



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK  
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

---

BE.1.V.53

B. E. J. A. 33.






**ANNALES  
INGOLSTADIENSIS  
ACADEMIAE.**



**P A R S III.**

**AB ANNO 1672. AD ANNVM 1772.**



**INCHOAVNT**

**VALENTINVS ROTMARVS**

**P. L. ORATORIAE PROFESSOR ORDINARIVS,**

**E T**

**IOANNES ENGERDVS**

**SS. THEOL. BACC. P. L. AC POESEOS PROFESSOR  
ORDINARIVS.**



**EMENDAVIT, AVXIT, CONTINAVIT  
ET CODICEM DIPLOMATICVM ADIECIT**

**IOANNES NEPOMVCENVVS MEDERER**

**SS. THEOL. DOCT. SERENISS. ELECT. PALAT. BAV.  
CONSIL. ECCLES. ACTVAL. ACAD. SCIENT. MONAC. SOCIVS,  
NVPER IN VNIVERSIT. INGOLST. DIPLOMAT. NVMISMAT. ET  
HIST. PATR. PROF. P. O.**

---

**INGOLSTADII,**

**in Bibliopolio Elef. Acad. apud Ioan. Wilhelm. Krüll,  
ex Typographia Luzenbergeriana, 1782.**



ILLVSTRI  
SCIENTIARVM. ACADEMTAE  
QVAE. MONACHII. BOIORVM. EST  
FAMA. PER. ORBEM. INCLVTAE  
ARTIVM. OPTVMARVM  
QVOTQVOT. SVNT  
IMPERIO. LATE. PROVECTO  
LITERATIS. HOMINIBVS  
VNDIQVE. EVOCATIS  
IN. LITERARIOS. LABORES  
PRAEMIIS. CONSTITVTIS  
ANNVIS. SVMTVOSIS. REGIIS  
RERVVM. VETERVM. VETERI. MEMORIA  
IN. LVCEM. HANC  
COMMVNEM. CLARAM. PVBLICAM  
PROLATA  
GENTIS. BOICAE. MONIMENTIS.  
ERVVIS  
E. PVLVRE. ET. SITV  
VINDICATIS




**COMMENTATIONIBVS  
HISTORICIS. PHYSICIS. MATHEMATICIS  
PLVRIMIS. VTILISSIMIS  
ELEGANTER. STUDIOSE. DOCTE. LVCVBRATIS  
CETERIS. MVLTIS. MVLTIGENERIBVS  
IN. REL. TOTIVS. LITERARIAE. BONVM  
SCRIPTIS. GESTIS  
BENE. MERENTISSIMAE. IMMORTALI**

**HVNC**

**ANNALIVM. INGOLSTADIENSIS. ACADEMIAE  
TOMVM. TERTIVM  
PERPETVVM. OBSERVANTIAE. SVAE. TESTEM**

**D. D. D.**

**AVCTOR DEVOTISSIMVS  
eiusdem Academ. focus.**



# ANNALES ACADEMIAE INGOLSTADIENSIS.



SECVLVM III.

ANNO DOMINI MDC LXXII.

A.  
1672.

Reft. CCCXC. WOLFG. SIGISM. BREM. &c. Medic. Prof. VI.  
Reft. CCCXCI. IGNAT. CHRISTOPH. KHERL &c. Controu. Fid.  
Prof.

Inscripti 140.

Nobiles, Philipp. Frid. Adam. } a Leonrodt.  
Franc. Rudolpb. }  
Max. Albert. L. B. a Muggenthal.  
Ioan. Franc. a Beerenthal, Scyrus.  
Ferd. Cusanus, Perillastr. & Generol.  
Franc. Ernest. Comes de Cricbingen.  
Ioan. Adam. Lanzinger a Dischingen, Austr.  
Ioan. Wolfg. a Gastbeimb.  
Iof. Sigism. } LL. BB. a Geepöck in Sulzenmoos & Arn-  
Albert. Ant. } bach.  
Georg. Frid. Schluderer a Lachen, Suen.  
Ioan. Bernard. } Goder de Walzing.  
Max. Franc. }

A

Fran.

A.  
1672.

- Franciscus, } Lybstejuský, Comites de Kolowrat.  
Norbert. Leopold. }  
Nicol. Frid. Buckorosky, Eques de Hussirzan.  
Ioan. Bernard. L. B. de Gumpenberg.  
Andreas Thiemo a Gumpenberg.  
Ignat. Maximil. Werndl a Lebenstein, Noricus, Egrensis.  
Christoph. Adam. a Pichl, Styrius.  
Ioan. Wilhelm. de Lemmingen, ad Culmain, Auerbacenf.  
Palatin.  
Franc. Theodor. de Hönning, S. R. I. Eques Alsata.  
Ioan. Iacob. Bassus, Pefclauient.  
Ioan. Herbartus L. B. de Musckhon, Carniol.  
Nou. Prof. Laurent. Gernwig, Rattenberg. Tirol. S. I. Prof. Theol.  
mor.  
Wiricus Embken, Iuliacenf. I. V. D. & Digest. Prof. ord.  
Petrus Mabillon, Landeronens. Gall. S. I. Prof. Ma-  
thes. ord.  
Anton. Cottet, Friburg. Heluët. S. I. Prof. Phil. ord.  
Dominic. Bassus, I. V. D. & Prof. Extraord.  
Nou. Doct. Caspar. Mayr, Vilsbiburg. iam ante SS. Can.  
Doctör, ad S. Maurit. Ingolst. Beneficiat.  
Ioannes Reyschl, Monacens. VV. Vrsulin. Lan- } Theol.  
dishuti Confessarius.  
Dominic. Schattenhofer, Beilengriesensis ad Al-  
monium, Franco.  
Ioan. Ferd. Behamb, Austriaco-Hungarus, }  
Statuum super. Austr. Prof. publ. In- }  
stitutionum. }  
Matthias Gasteiger, Tyrolens. Silianens. } Tr. Iur.  
Ignatius Crollanza, }  
Ioan. Adam. Plessing, Aduocatus Monacens. }

Januario mense literæ aduenere a Celsissimo Prin-  
cipe & Episcopo Constantiensi tanquam Conservatore Acade-  
miæ Friburgensis datæ, quibus petebatur informatio de duobus  
punctis Theologicam Facultatem concernentibus; nempe quis  
esset apud nos Professor primarius in Facultate theologica;  
dein

deinde, vtrum Professores Theologiæ, qui non sunt Senatores Vniuersitatis præcedant Professores Senatores aliarum Facultatum. Responderunt Theologi, ad primum; Professoris primarii titulum apud suam Facultatem non esse in vsu; ad alterum, omnes Professores Theologiæ, siue sint actu Senatores Vniuersitatis, siue non sint, præ omnibus Professoribus reliquarum Facultatum, etiam Senatoribus Vniuersitatis locum & ordinem habere.

Theses theologicas mense Iulio summa cum laude defenderunt *Ioan. Bapt. Hemm* & *Benedictus Wild*, Imperialis & exempti Monasterii O. S. B. ad S. Emmeramum Ratisbonæ Professi. Cohonestauit a prandio locum disputationis præsentia sua Reuerendissimus D. Abbas eiusdem Monasterii, seditque in capite scanni Iuris Professorum, tapete instructi.

Defuncto, vt supra dictum est, *Arnoldo Ratbilo* cathedræ lectionum iuridicarum sequentem in modum ipsius Serenissimi decreto mutatae sunt: Professor Codicis constitutus est *Caspar Manzius*; Pandectarum *Antonius Crollanza*; Institutionum ordinarius *Ignatius Raib*; Extraordinarius *Dominicus Bassus*. In eadem Facultate cum *Anton. Crollanza* quatuor Iurium Doctores crearet, actu & conuiuio interfuit Illustrissimus Urbis Gubernator, Comes *de Berlo*. In stuba academica priorem locum habuit Rector Magnificus; deinde D. Gubernator a Notario ante omnes alios deductus fuit in Auditorium Canonistarum & collocatus in loco Abbatum. Finito actu iterum ante omnes alios solus deductus fuit a Notario vsque ad portam. Vocatus subin ad conuiuium per Professore[m] quemdam Iuris honoris causa primo loco sedit a dextris Rectoris Magnifici.

Exemplum nouum & hætenus in ista Vniuersitate inauditum editum hoc anno fuit in saluberrima Medicorum Facultate, cum *Francis Plank* Monacensis Bauarus, licet absens, Medicinæ Licentiatus dictus est. Huius petitionem cum *Henricus Scheiflerus*, Medicæ Facultatis tunc Decanus, in Concilio pleno proposuisset; quod nempe ob magnam corporis infirmitatem proficisci Ingolstadtum ipse non posset, nec tamen res moram pateretur, propter spem certam obtinendi officii, si licentiato medico esset insignitus; atque his precibus cum accederent commendatiæ literæ *Ioannis Iacobi de Mapheis* Archiatri

A 2

Electo-



A.  
 1672. Electoralis, nomine totius Collegii Medici Electoralis datæ, diu disputatum fuit inter Patres academicos, ac tandem conclusum, posse absentem conferri licentiam, exemplo aliarum Academicarum, ad arbitrium tamen Procancellarii Vniuersitatis. Constructum est super ea re a Notario quodam iurato Instrumentum publicum in forma solenni, quod inter Acta Facultatis medicæ repositum est.

*Christophorus Klingensberger* impressas hoc anno ex Philosophia Theses publice defendit; ac in solenni Magisterii gradu secundum ordine doctrinæ locum promeritus est.

Pro officio Regentis Collegii Georgiani commendatus est a Senatu academico, & in omnem euentum præsentatus Serenissimo Electori *Ignat. Christoph. Kherl*, Controu. Fid. Prof. Sed cum *R. D. Kottmayr* iam mense Decembri superioris anni Electorali decreto ad munus illud designatus esset, parum videtur efficax fuisse illa præsentatio; Certe ipse *Kherlius* Octobri mense huius anni petiit a Magistratu academico, vt se in iure per præsentationem quæsito tueri velit, & Serenissimum Electorem rogare, vt potius ipse, iam præsentatus, quam alius constituatur. Verum nihil effectum est, quod ex consequentiam annorum historia patebit.

Eodem anno lora ac Priuilegia Academicæ contra Magistratum ciuium huiatem tueri debuit Senatus academicus, cum ille scilicet in impositione militum eodem modo subditos Vniuersitatis haberet, ac subditos ciuitatis. Significatum igitur per literas illi est: 1. Ne quemquam ciuium academicorum impositione militum grauaret, nisi consulta Academia. 2. Vt iuxta priuilegia nostra non imponerentur milites subditis nostris, nisi tantus illorum esset numerus, vt etiam Senatores ciuitatis exteriores, vt vocantur, impositionem militum ferre debeant; illis enim in priuilegiis nostris comparantur subditi nostri. 3. Vt in militum distributione vnum semper admittant Commissarium Vniuersitatis, qui caueat, ne nostri nimium grauentur.

Atque hunc quidem in modum transactus est *Annus Secularis secundus*, nostræ Vniuersitatis. Mirum vtique, ne vestigium quidem apparere vilius solennitatis ad eius anni celebrandam

dam memoriam institutz. Sed silent plane monumenta, quæ 1672.  
 inspicere licuit, omnia; & vel obliiti videntur fuisse recurrentis  
 tæ Seculj; vel consuetudo tunc non vigebat seculares Epochas  
 speciali quadam festiuitate signandi.

ANNO DOMINI M DC LXXIII.

A.  
1673.

Rect. CCCXCII. WIRICVS EMBKEN, Iuliacens. I. V. D. Serenissimi Elect. Bau. Consil. Præfekt. in Gerolfsing, Pandekt. Prof. ord.

Rect. CCCXCIII. IOAN. HENRIC. SCHEIFLER, Phil. & Medic. Doctor, Serenissimi Elect. Bau. Consil. & Medicus Aul. Medic. Prof. ord.

Inscripti 120.

- Nobiles , *Georg. Petr. Franc.* } *ab & in Sandizell.*  
*Christoph. Henric.* }  
*Petrus des Granges*, Parisinus, Eques, Aduocatus supr. Gall. Curiz.  
*Ioan. Ios. Wigul.* } *L. B. de Weichs, Griesbacens.*  
*Ioan. Ioachim.* }  
*Ioan. Frideric. ab Armansterg*, Schönbergenf.  
*Ferd. Ernest. Zeller* L. B. de Leuberstorf & Kleinstetten, Aichacensis.  
*Carol. Emmanuel de Marolles*, Comes d'Juoy, Gallus.  
*Franc. Ioseph.* } *de Stingbatm, Palatini.*  
*Franc. Guilielm.* }  
*Georg. Carol. a Linden* in Göttersdorf.  
*Ioan. Ignat. Ortner* ab Ortt.  
*Ioan. Franc. Brey* a Schönstett, Bau.  
*Martin. Ant. L. B. a Gumpenberg* de Siesbach.  
*Franc. Amand. de Fossa*, Halstingenf. Bau.  
 Nou. Prof. *Andreas Waibl*, Vberlingan. S. I. Prof. Phil.  
*Adamus Widl*, Monacens. S. I. Prof. Rhet.  
 Nou. Doct. *Franciscus Plank*, Monacens. Medic.

A 3

M.

A.  
1673.

*M. Ioan. Sebast. Storr*, Gamundian. Suen.  
*M. Daniel von Feld*, Augustan.  
*Franciscus Riedermaier*, Pfaffenhofens.  
*Ioan. Petrus Wilhelmi*, Heidelbergens.  
*M. Franc. Philipp. Guzer*, Monacens.

} *Medic.*

Cum hactenus Personæ illustres huius Academiæ, Professores ipsi, ac quatuor Magistri Vniuersitatis gausi fuissent priuilegio immunitatis a certis vestigalibus ratione vini & cereuicis persoluendis, cœpit hoc anno vi Monachiensis cuiusdam decreti ab iisdem, semper antea exemptis, ea pensio expeti. Deliberatum super ea re a Patribus academicis, nihilque non tentatum, vt saluum esset antiquissimum Priuilegium. Quid effectum fuerit, posteriorum temporum historia dabit.

*Scheiflerus* noster mense Ianuario huius anni demonstrationibus anatomicis publice instituendis initium fecit, ac per integrum octiduum easdem continuauit, præsentibus ingenti numero non studiosis tantum, sed ipsis etiam aliarum facultatum, maxime philosophicæ Professoribus.

Eiusdem Facultatis philosophicæ Decanus, cum ad finem mensis Februarii pro more Concilium angariale celebraretur, coram pleno senatu querelas suas exposuit contra abusum admodum tunc, vt aiebat frequentem; cum scilicet complures e studiosorum numero ad alias Facultates transfirent, non impleto Philosophiæ biennio, quod tamen requireret speciale Serenissimi decretum. Collectis Patrum academicorum votis, statutum est in honorem Facultatis philosophicæ & Vniuersitatis incrementum, vt affixo ad Academiæ ualvas programme studiosi omnes ad eius decreti executionem uergerentur. Ac speciatim quidem decreuit Facultas sacra, vt Theologiæ etiam moralis studiosi, ad Sacerdotium aspirantes, integram absoluerent Philosophiam; Facultas autem iuridica consensit, vt deinceps nullus ad gradum, vel ad examen pro gradu admittatur, nisi testimonium de Philosophia per biennium audita exhibere possit. Quæ omnia tanto firmiter ut essent, conscripsit Decanus philosophicus catalogum satis longum eorum, qui Serenissimi decreto circa Philosophiæ biennium nondum satisfecerunt; atque

A.  
1673.

que illum Reſtori Vniuerſitatis & Decano Collegii Iſtorum tradidit.

Mirifice Facultatem philoſophicam hoc anno illuſtravit *Hieronymus Franciſcus de Portia*, qui exantlato, vt ſtatuta volunt, rigoroſo examine primum ordine doctrinæ locum inter quadraginta Baccalaureos eſt conſecutus.

Inſuper habita gemina præſentatione, qua Vniuerſitas Doctorem *Kberlium* ad munus Regentis Collegii Georg. deſtinavit, allatum eſt menſe Martio nouum Sereniſſimi decretum, quo Doctör *Franciſcus Poiſſl* ex Inſtituto Clericorum ſecularium in commune viuentium conſtitutus eſt Regens Georgianus. Concluſum eſt a Senatu academico hoc decretum ocuus executioni mandandum eſſe, ſi tamen prius Vniuerſitati iuramentum præſtitiffet circa ſubiectionem, dependentiam, ac rationes congruo tempore ampliffimo Senatu reddendas; inſuper eidem iniunctum, vt præter facultatem a ſuperioribus ſui inſtituti impetratam, primo quoque tempore ſufficientem cautionem præſtaret. Cum autem hanc æque ac illam ſtatim exhibere non poſſet, eius inſtallatio, vt vocamus, dilata eſt. Sed hanc ipſam *Wiricus Embken* Vniuerſitatis Reſtor executioni dedit tempore vacationum autumnalium, cum plerique ex Patribus academicis Ingolſtadio abeſſent. Aegre tulit Senatus actum hunc clandestinum, ac pro inualido etiam habuit; ad impedienda tamen grauiora incommoda, poſt inſtitutas complures conſultationes, eundem in ſuo robore reliquit.

---

 ANNO DOMINI M DC LXXIV.
A.  
1674.

Reſt. CCCXCIV. IOAN. IACOB. LOSSIVS &c. SS. Can. Prof. VI.

Reſt. CCCXCV. IOAN. ANTON. CROLLALANZA &c. V.

*Inſcriptorum* numerus indicari non poteſt, quia deficit matricula a 19. Febr. 1674. vſque ad 19. Octobris anni 1675. Inde etiam ex *Nobilibus* vnicus notatus eſt.

*Ioan. Erneſt. L. B. ab Elm.*

Nou.



**A.**  
1674. **Nou. Prof.** *Ioseph. Frank*, Margareithenf. Tirol. S. I. Prof. Theol. Schol.

*Matthæus Drattenberger*, Bruneggenf. Tirol. S. I. Prof. Phil.

**Nou. Doct.** *Menradus Vorwaltner*, Ingolstadt.

*Georg. Schrank*, Neoburg.

*Carol. Hobenegger*, Ingolstadt.

} *Medic.*

Cum ipso mox anni huius exordio quies Academicæ turbata est, quæ vix per reliquum deinceps annum satis fuit restituta. Accusavit Gubernator Urbis Senatum academicum Monachii de nimia in studiosos indulgentia, & in plectendis excessibus negligentia. Hæ igitur literæ cum ad Academiam remitterentur, adiecit Serenissimus alias, quibus monuit eundem Senatum, vt maiorem deinceps curam adhiberet in conferuanda disciplina academica, vocata quoque, vbi opus fuerit, in subsidium opera magistratus ciuici. Congregato 26. Ian. Patrum academicorum concilio, conclusum est primo, vt falso obiecta refellerentur; deinde vt cum Senatu ciuico ageretur de meliore concordia mutua, & studiosorum ac conuictuum emolumento. Dicta colloctioni dies 1. Febr. qua ex Academicis quatuor Decani cum Notario, ex ciuicis Doctor *Reichmair* & Dominus *Dormor* cum Archigrammateo, in stuba, quam vocant, iudiciali ciuica, conuenere. Consultationis argumentum potissimum fuit, qua ratione, quibusue mediis Studiosi a nocturnis grassationibus deducendi ac domi continendi essent. Promisit Magistratus ciuicus 1.) se subditis suis Patribusfamilias, imperaturum vt ædium clauas a conuictoribus repetant, nec deinceps reddant; 2.) ne post nonam vespertinam, dato consueto campanæ signo, liberum egressum aut ingressum permittant, nec passim domi suæ alienos pernoctare patiantur. 3.) Se e Senatoribus suis constituturum aliquem, qui vna cum circitoribus noctu obeat hospitia publica & exploret, an & qui ciues hospitibus suis vltra consuetum tempus locum præbeant. Vicissim petiit a Senatu academico, ne quid ex sua parte hoc in negotio desiderari pateretur, ac proin idem a suis subditis ciuibus exigeret, & studiosos præterea ita contineret, vt ne graues & iniuriosi sint ciuibus;

A.  
1674.

bus; denique vt Pedellus academicus Senatori ciuico, Visitatori nocturno, comes adderetur. Patres academici omnia probarunt, vltimo excepto, quod aliquibus visum nimis difficile & Pedello periculofum.

His prouide ac sapienter constitutis, superueniunt 31. Martij Monachio Commissarii *Prenobilis D. Peikhofer & D. Doctor Leidl*, missi a Serenissimo ad inducendam firmiorem concordiam inter tres Magistratus, academicum videlicet, militarem & ciuicum, ac consequenter maiorem etiam inter subditos disciplinam. Hi exhibitis postridie Commissionis suæ literis petiere imprimis, vt Patres academici pleno in Senatu conferrent graminam, siquæ haberent contra reliquos Magistratus, eaque ad se continuo referrent cum aliis, quæ ad Vniuersitatis bonum ac studiosorum disciplinam facerent, remediis. Conquerebantur igitur hi 1. quod suspecti & periculosi conuictus tolerentur; 2. quod meretrices palam notæ non expellantur; 3. quod nocturnæ vigiliæ a Magnifico D. Rectore mandata reculent accipere; 4. quod a militibus nimium otiosis, studiosi qua verbis qua factis lacesantur; 5. quod Illustris D. Gubernator Vrbs plerumque via facti, vt loquimur procedat, & querelas suas contra studiosos ante Monachium quam ad Rectorem Vniuersitatis deferat. Hæc atque alia plura huiusmodi cum Commissariis secunda Aprilis die fuissent proposita, hi vocatis in arcem reliquis duobus Magistratibus militari ac ciuico, & pertractatis quærelarum capitibus, quarta dicti mensis hunc in modum Academiæ responderunt: Ad 1. paratos esse reliquos Magistratus tollere conuictus noxios, dum eos Senatus academicus nominaret; ceterum in eiusdem potestate esse studiosos tanquam subditos suos auocare aut arcere a quocunque conuictu pernicioso. Ad 2. Fœminas infames amandandas. Ad 3. Vigiles nocturnos deinceps Rectori Magnifico parituros. Ad 4. querela retorta in studiosos: Ad reliqua daturos se operam vt emendentur. Sic Commissionis negotium confectum est; neque enim inuenio quidquam deinceps ea in causa actum fuisse.

Eodem Aprili mense conuenere in Academia quatuor Facultatum Decani de bono Bibliothecæ consulturi. Conclusum autem imprimis est, petendam a Magistratu academico re-

B

stitu-

A.  
1674.

stitutionem 60. florenorum annui census, quem per multos annos Camera academica receperat ex capitali 1200. florenorum, a Duce ALBERTO Bibliothecæ transcriptum, pro rarioribus scilicet numismatis, ac aliis cimeliis ex Knoringiana hereditate Monachium translatis. Deinde visum est e re Bibliothecæ fore, si Domino Procancelario adderetur adiutor seu inspector aliquis e Decanis, qui vna Bibliothecæ curam vrgeret, præsertim in repetendis libris, exigendis rationibus & censibus &c. Delectus tum ad id muneris Decanus theologicus, eo pacto, vt elapso anno illud ad iuridicum, deinde ad Medicum ac demum ad philosophicum deouleretur.

*Ioannes Baptista Erbard* Theol. Scholast. Professor, postquam integro sexennio eam cathedræ ornasset, hoc anno docere desuit, ac pro *Christophoro Haunoldo* Præfetti studiorum generalis munus in Collegio Patrum Societatis suscepit, successorem in Academia nactus *Iosephum Frankium*, qui 19. Octobris solenne principium habuit. *Franciscus* autem *Strobélius*, qui & ipse annis sex Theologiam scholasticam antehac explicarat, vitam hoc anno posuit, optime de hac Vniuersitate meritis, vt Acta testantur theologicæ Facultatis.

Eodem die, vigesima scilicet tertia Augusti, ac eadem fere hora, qua *Erbardus* suis Theologiæ Auditoribus valedixit, *Dominicus Bassus*, Iurium Professor ordinarius nuper renunciatus, solenne suum principium habuit, tempore prorsus insolito, media scilicet ante decimam matutinam hora.

E Medicorum Collegio die 9. Nouembris virum mors sustulit meritissimum & Facultatis Seniore *Wolfgangum Sigismundum Bremium* Gmbrechtshofensem Palatinum, ieu vt Acta loquuntur, Palatino - Waldsallensem. Hic Præagæ creatus Philosophiæ Magister, ac Patauii Medicinæ Doctor, præclarissimis vñs est Medicæ Artis Præceptoribus, ac Præagæ quidem *Marco de Marcis*, Patauii vero *Ioanne Veslingio*, quem eundem promotorem etiam ac Brabutam habuit. Redux ex Italia in patriam, Ambergæ Medicinam cum laude factitauit; inde fama virum promouente, ad nostram Academiam translatus, per viginti omnino ac septem annos Medici experientissimi, & diligentissimi Professoris partes omnes impleuit, ita, vt magno omnium ordi,

A.

1674.

ordinum luctu fuerit extinctus, anno ætatis 60. Fumus 12. Nou. ab octo Medicinæ Studiosis ad sacram speciosæ Virginis ædem deportatum est, vbi *Phil. Jac. Schönfelder* ciuitatis Ingolstadiensis eo tempore *Physicus*, defuncti olim discipulus orationem habuit funebrem, typis postea impressam, ac *Schönfelderi Hieronofologia* in fine annexam. In tricesimo perorauit *Iacobus Stelzlin* Medic. Prof. & ipse *Bremii* quondam discipulus. Lapidum sepulchrali hoc inscriptum legere est Epitaphium: *Sta viator, Nobilis ac Magnifici D. Wolf. Sigis. Brem. in Gumbrechtsbouen Phil. ac Med. Doct. & hic XXVII. annis Clariss. Professoris Senioris piis manibus post tot contra mortem labores sanctam vitam quietem bene precare, XII. Nou. Anno M. DC. LXXIV. et. LX. Scripsit Bremius Instructionem pro Medico, tempore contagiosi morbi, 1649. Suffitum plus quam aromaticum pro pauperibus tempore pestis, 1650. Prefationem medicam, una cum libello vtilissimo grauidis & puerperis, 1658. Orationem de vita & morte Iob. Duëleri, 1656. De aurium tinnitu. Reliquit etiam Manuscriptum quoddam medicum, Methodum scilicet *Hydropicis iam confirmatis adhibitam*, quod recensetur apud *Franc. Ign. Thiermarum l. 6. c. 9. in Schol. Consult. & Schol. medic. MS.**

Sub extremum Nouembrem sacram quamdam solennitatem communi cum reliquis ordinibus studio Academia celebravit; scilicet, cum in templo academico *Indulgentiæ*, quas vocant, plenariæ Roma recens impetratæ a Serenissima Electrice nostra in honorem *B. Margaritæ Sabaudæ* promulgarentur, Patres academici omnes festiuum illum diem sua præsentia honorarunt.

## ANNO DOMINI M DC LXXV.

A.

1675.

Rect. CCCXCVI. IACOBVS STELZLIN, Med. Prof. IV.

Rect. CCCXCVII. IGNAT. CHRISTOPH. KHERL, SS. Theol. Doct. Renerendiss. Princ. & Ep. Eichstett. Consul. Eccl. Cathedr. ibid. Can. Paroch. ad D. V. & Controp. Fid. Prof. II.

B 2

In-



**A.**  
**1675.** Inscripti 90, a 19. Octobris ad Ianuarium vsque sequentis anni.  
 Priores menses in matricula iterum deficient.

- Nobiles ,** Carol. Augustin. Giringelli, Bellizonens. Mediolan.  
 Ioan. Georg. Ioach. Freidenberg, Palatin.  
 Ioseph. Airoidus, Mediolanens.  
 Franc. Georg. Ignat. L. B. a Leubelsing in Hauzenstein.  
 Franc. Henric. Ritzschell ab Hartenbach, Palatin.  
 Ioan. Christoph. a Neiching, Palatin.  
 Wilhelm. Arnold. L. B. Deloe in Wissen, Cliuens.  
 Euerbard. a Schmidtman, Osnabrugens.  
 Ioan. Ios. Wolfig. Mändl L. B. a Deutenhofen.  
 Ios. Oswald. Schuss a Peilnstein, Burghus.  
 Franc. Quirin. } de Widman, Eggmillens. Boi. Ba-  
 Christoph. Guilielm. } rones de Pruggberg postea dicti,  
 Ferd. Maria Franc. L. B. a Neubaus, Bau.  
 Adam. Leopold. a Reblingen, Straubingan.  
 Ioan. Ferd. a Knörtingen, Bürnzwangens.  
 Ioan. Guil. L. B. de Parsperg & in Hirsching.  
**Nou. Prof.** Ioan. Bapt. Weiss, Burkheim. Palat. S. I. Prof. SS. Can.  
 Gotthardus Luca, Ananienf. Tirol. S. I. Prof. Theol.  
 moral.  
 Georg. Spiznagl, Kissing. Bau. S. I. Prof. Log.  
**Non. Doct.** Balthas. Satler, Monacens.  
 Andreas Casar, Frisingens. }  
 M. Philippus Schmid, Monacens. } Medic.  
 Henricus Sartorius, Neoforens. Palat. }

Multa hoc anno contigere, & maxime quidem memora-  
 bilia, quæ iuxta seriem temporis, quo facta scilicet sunt,  
 referre hic iuvat. Grauiſſimum Senatui academico negotium  
 mox ad initium anni faceſſiuit Collegium Georgianum; de huius  
 enim ſtatu, foundationibus, ſtipendiis, regulis &c. Sereniſſimus  
 informationem ab Academia petiit; dein ipſe D. Regens Doctör  
 Poiffel iuriſdictioni academicæ ſeſe conabatur ſubtrahere, ne-  
 gans ſe, vtpote Clericum, ſubditum Senatui, cui tamen prius  
 obedientiam iurauerat; potius vni ſe ſubelle Sereniſſimo, a quo  
 traditum ſibi eſſet Collegium absque alterius inſpectione, aut  
 facult-

facultate etiam inspiciendi; quamvis hac super re decretum exhibere nullum potuerit, vt Acta Facultatis theologicæ testantur. Comparuit tamen citatus coram Senatu. Tandem iussu Serenissimi tota cāussa cum informatione Monachium missa est ad Consilium ecclesiasticum. Quid definitum denique fuerit, ex charta reformationis, quam eodem anno Serenissimus circa dictum Collegium instituit, omnium clarissime perspicere potest. Vid. Annal. P. IV. Num. LXXXV. pag. 420.

Alia circa academicam iurisdictionem caussa excitata est eodem Ianuario mense, cum SS. Canonum Professor *Loffus Michael* quemdam *Lenigen* Clericum, Metaphysicæ Studiosum coram Consistorio, vt vocant, Eichstettensi iniuriarum accusauit. Euocauit illud reum ad suum tribunal; sed prohibuit eundem comparere Senatus academicus, quod cedere hoc in præiudicium suæ iurisdictionis videretur, quam ex antiquissima consuetudine in ipsos etiam Clericos consentientibus Episcopis semper exercuisset: decretum itaque, vt hoc ipsum modestissime significaretur Reuerendissimo Ordinario Eichstettensi; qui libenter de suo proposito remisit, saluis tamen, vt in litteris insinuabantur, suis iuribus. Quamdiu deinceps illa caussa protrahatur, ac tandem Monachium translata fuerit, nihil attinet hic referre.

Mense Martio venit ad Academiam *Ioannes Georgius Zöpf* SS. Theol. Doctor, cum literis commendatitiis Reuerendissimi Principis Eichstettensis, ad obtinendam sacræ Scripturæ cathedram ac Parochiam Mauritanam; Doctore scilicet *Oswaldo a Zimmern* & senio & aliis corporis infirmitatibus afflicto. Die sexta dicti mensis lectæ sunt ex literæ in pleno concilio, atque simul aliæ Serenissimi nostri Electoris, quibus informari petebat de eodem Doctore *Zöpf* ac de aliis quibusdam ad memoratam S. Mauritii Parochiam & S. Scripturæ cathedram pertinentibus. Totum negotium interpellatione Facultatis theologicæ primo dilatum est; sed post aliquot septimanas, cum interea innotuisset eam Parochiam ac cathedram cuidam ex Instituto Clericorum secularium in commune viuentium promissam esse, vtrique Principi, literis quam fieri potuit, humanissimis responsum est, supplicauit eodem tempore Facultas sacra Reuerendissimo ac

**A.**  
**1675.**

ssimo Principi Eichstetteni vt *Christophorum Kberl* Procancellarii Vniuersitatis Vicarium crearet, cum iure successionis. Sed id tantum obtentum est, vt Procancellarii munere fungeretur, quoties Doctor *Oswaldus* morbo vel quacunque causa impeditus esset; simulque spes eius muneris facta in euentum morituri senis.

Gravius est, & in Vniuersitatis historia memorabilius, quod mensè Maio accidit. Decima septima Maii, cum *Stephanus Comes Leszinskius* Theses logicas horis antemeridianis defendisset, omiſsa a prandio disputatione subito convocatum est Concilium plenum, publicatumque a *Iacobo Stözlino* Vniuersitatis tunc Rectore Decretum Serenissimi Electoris FERDINANDI MARIAE, quo primaria Iuris cathedra, SS. scilicet Canonum, postquam longiori iam tempore ob Doctoris *Loffii* infirmitatem vacasset, nec spes etiam esset eundem sanitati suæ restituendum, in Patrem quemdam Societatis IESV transfertur, quem scilicet Provincialis eius Ordinis missurus esset. Patres academici omnes parendum sine mora censuere, idque ipsum significandum esse Serenissimo per illum ipsum tabellionem, qui decretum Monachio attulerat, iussus non redire nisi responso ab Vniuersitate accepto. Conditiones, quæ translationem illam comitabantur, ex ipso electorali decreto describam. Habeat scilicet nouus Professor suas lectiones loco & tempore hætenus Iuris Canonici Professoribus consueto. Ipse autem pro sua persona non ad iuridicam, sed ad theologiam Facultatem pertineat, gaudeatque iure sessionis ac voti in Senatu academico, inter Theologos secundum senium, siue annos commorationis academicæ; in actibus vero ac functionibus quibuscunque iuridicis, quales sunt Inaugurationes doctorales ex utroque Iure, dispensatio Consiliorum academicorum, Examina, Collegia priuata ac publica, disputationes, & quæ alia sunt eiusmodi, non ad theologiam, sed ad iuridicam Facultatem referatur; a munere tamen Rectoris vel Decani iuridici, vti & ab aliis negotiis Cameram academicam spectantibus immunis habeatur. Verum illud quoque cautum est, ne per accessionem Professoris Canonum ad Facultatem theologiam vota Patrum Societatis multiplicarentur, sed idem esset numerus Senatorum academicorum, qui hætenus fuerat. Aduenit igitur 25. Maii *Ioannes Baptista Wriſs*

A.  
1675.

*Weiss* SS. Theol. & SS. Can. Doctor, & iam antea per septem annos Theologiæ moralis apud nos Professor, qui tertio post die, 27. scilicet Maii a prandio hora 1. in consueto Canonistarum Auditorio solenne principium habuit de Historia Concordatorum Germaniæ, futurarum scilicet per sequens anni spatium lectionum materia. Die vltima eiusdem conuentum habuit Ictorum Collegium in stuba academica, ad quem vocatus fuit nouus Professor Canonum, vt sessionem scilicet caperet in Facultate etiam iuridica, ac simul, quod postea compertum est, vt responderet ad quædam capita a D. Decano, Doctore *Crollanza*, nomine Facultatis eidem proposita. Scilicet, vtrum in actibus & conuentibus Facultatis iuridicæ, ad quos iuxta decretum Serenissimi vocandus esset, prætenderet *precedentiam* ante D. Decanum, aut etiam ante Doctorem *Loffium*, si recuperata sanitate ad huiusmodi actus accedere ei luberet. Deinde an eidem Domino Decano vocanti ad eos actus, parere velit. Denique an participare etiam velit de emolumentis ac iuribus, quæ Facultati obueniunt vel ob expedita consilia, vel ratione examinum ac tentaminum pro gradibus. Respondit ille omnem se honorem, & præcedentiam, immo & obedientiam in similibus actibus semper delaturum spectabili Domino Decano; cessurum se etiam libenter Domino Doctori *Loffio* priorem locum si conualuerit. Quod ad emolumenta & iura Facultatis, æquum sibi videri, vt vbi communis fuisset labor, sine in consiliis, quæ scilicet a sua professione non essent aliena, sine in gradibus academicis, communis etiam esset fructus. Ne tamen Candidati Graduum maioribus sumtibus onerentur, aut aliorum Professorum sportulæ ex sua accessu minuantur, libenter se illis cariturum, dum Doctor *Loffius* viveret. His quidem responsis facile acquieuit Ictorum Collegium; Sed in Facultate theologica, cui pariter adscriptus est ex Electorali decreto Professor Canonum, noua exorta est dubitatio, an scilicet idem admitti ad Consilia Facultatis, & in illis voto tam actiuo, vt vocamus, quam passiuo gaudere debeat, præcipue in personalibus & prerogatiuis eiusdem Facultatis, qualis in specie est administratio Decanatus. Hæc super re allatum est Monachio clementissimum Decretum, 21. Dec. e. g. expeditum, quo declarat Serenissimus, Professorem SS. Canonum

in

**A.**  
**1675.** *in omnibus eiusmodi actibus & functionibus aliis theologiae Facultatis Professoribus parem habendum esse.*

Philosophiam nostram insigniter hoc anno ornarunt Illustissimi duo Comites, *Hieronymus Franciscus de Portia*, & *Stephanus Lessinski*, quorum ille primum inter Magistros, hic inter Baccalareos locum doctrinae ordine est consecutus. Illud praeterea singulare habuit *Comes de Portia*, quod 19. Jun. praeside *Antonio Cotteto* Theses philosophicas defenderit, praesente frequentissimo Auditore, ipso etiam Urbis Governatore *Comite de Berlo*, inter Theologiae Professores sedente. Qui disputantem impugnarunt, tredecim fuere, quos inter memoratus etiam *Comes Lessinskius*, *Barones de Weix & Glasenapp*, ac *Rev. Pater de Portia*, Franciscanus, defendentis Germanus frater, Neoburgo disputationis causa huc profectus.

Mense Augusto, die 19. Serenissimi quatuor Principes Neoburgici iuniores ad Collegium Patrum Societatis inuisere dignati sunt, quare ab Academia speciali quodam ritu excepti non fuere. *Iosephus Frankius* Theologiae Professor perbreui illos latina oratiuncula salutavit, cui Princeps natu maximus clementissime eodem idiomate respondit. Post sumtum ibidem prandium iustrarunt supellectilem mathematicam, quam paulo ante liberaliter auxerat *Ioannes Euangelista Thannerus* Prouincialis Iesuitarum ex hereditate *P. Andrea Arzet*, Constantiae nuper defuncti.

Iisdem fere diebus virum pretiosum amissimus *Ioannem Iacobum Lossium de Sandersdorf & Mendorf*, S. E. B. Consiliarium & Iuris Canonici Professore, qui post diuturnam infirmitatem in sua Sandersdorfensi arce 21. Aug. circa tertiam pomeridianam diem suam obiit. Cadaver altera die sub noctem in urbem aduectum, 23. eiusd. apud D. Mauritium hora 8. matutina tumulo illatum est Professoribus omnibus funus comitantibus. Anteaetate vitae encomia referentem neminem habuit; sed persoluto gemino solenni officio mox terrae mandatus est. A prandio eius diei congregatum est concilium Patrum academicorum, actumque de obsignatione, ut communiter cum Ictis loquimur, hereditatis Lossianae, nomine Vniuersitatis facienda. Cum vero Agnati minarentur, se vi repulsuros, quicumque obsignatum venissent, decretum est, ut, quoniam Personis nobilibus lux  
ba.

bauaricum hac in re plus quam ceteris indulgeret, amice insinuaretur agnatis, causas afferrent huius suæ reluctationis; tum si reculare pergerent obliigationem, præstarent saltem cautionem seruandi Senatam academicum indemnem. Quem causa exitum habuerit, non inuenio. Ad *Loffium* igitur nostrum reuertor: fuit is triginta omnino & sex annis Iurium apud nos Professor; ac quatuordecim quidem annis Institutiones, duobus Pandectas, reliquis sacros Canones interpretatus est, & sexies intra hoc tempus supremum Vniuersitatis magistratum gessit. Ostendit vero in omni vita sua insignem pietatem, magnum religionis ardorem, & singulare disciplinæ academicæ studium. Specialem memoriam meretur intima illius familiaritas cum *Bartolomeo Holzbausero* Instituti Clericorum secularium in commune viventium Venerabili Fundatore; quæ quidem vnde initium duxerit, haud scio; quo vsque autem increuerit, ad annum 1647. relatum est; eo scilicet, vt *Loffius* huiusmodi Instituti illius alumnorum non hospitator tantum, sed quasi parens exstiterit. Neque minus de *Loffio* videtur bene meritus esse *Holzbauserus*, cum perditam fere illius œconomiam miro quodam beneficio restaurauit. Seriem rei, vt in vita Venerabilis Serui Dei *Bartolomei Holzbauser* pag. 180. & 181. legenda exstat, ad verbum hic describam. Inundante Bauariam exercitu suecico possessiones & bona *Loffii* ita prædis ac depopulationibus exhausta erant, vt in manifesto periculo deprehensus, ne breui ad incitas redigeretur, esset consternatus omnino & afflictus. Eo ipso tempore Dei Seruus (*Bartolomeus Holzbauser*) Ingolstadtium venerat, qui cognita amici sui consternatione & querelis, libera illi voce edixit, vt nullo infortunii huius fastidio terreteretur, sed bono animo esset; persuasit insuper efficacissime, vt omni, quæ adhuc reliqua erat pecunia, rebusque pretiosis frumenta compararet, quæ tunc temporis vilissimo pretio venalia exponebantur; nulli proin sumtui parceret, sed quantumcunque posset, illius copiam accumularet; hac enim ratione futurum, vt omne damnum, quod passus esset, resarciret, & in statum primum reducerentur; intra pauculos enim menses frumenti pretium supra mensuram ita augendum, vt prorsus immodicum crederetur. Paruit *Loffius* pio consiliario, totamque pe-

A.

1675.

cuniam residuam frumento emendo apposuit, eo re deducta, vt florenis quinquaginta venderet, quod prius decem comparauit; vnde domum suam in eum statum reduxit, vt postea hospitium primi nominis Baronum ac nobilium perionarum esset, qui ibi ad studia incumbabant, pariterque domus *Bartolomei* & suorum; quin ipse *Loffius*, vti & illius successores hanc Dei benedictionem domui suæ collatam grati semper agnouerunt. Hactenus citatus libellus. Ceterum ad illustrandam *Loffianæ* vitæ historiam nihil nobis reliquum est, nisi vnica *Dissertatio de donationibus*, an. 1647. Duæ item manuscriptæ Orationes, prima in funere *Caspari Denichii* an. 1660. Altera in depositione muneris rectoralis an. 1665. recitata; ac denique Epitaphium, quod *Waizeneggeriano* subiunctum legere est his verbis: *Hunc sicuti viuendi tam in pietate, erga pauperes liberalitate, eximia prudentia, doctrina, aliisque virtutibus secutus est D. Io. Iac. Loffius in Sandersdorf & Mendorf, S. E. B. Conf. & SS. Can. Prof. Ord. ita & piissime idem XXI. Aug. a. MDCLXXV. in predicta sua arce Sandersdorf in Domino obiit, postea hac translatus, & XXIII. eiusdem mensis hic tumulatus est, vbi & binæ eius lectissima Coniuges Catharina & Maria Anna Loffin sepultæ sunt. Imago Loffii in Bibliotheca academica exstat prægrandi forma.*

Die 6. Octobris circa quintam vespertinam pie in Domino obiit R. P. *Seruilianus Veibelin* Collegii Soc. IES. iam tertium Rector. Absoluerat is in Academia nostra Professor cursum philosophicum an. 1646. moxque eodem anno ipsi huic Collegio, quamuis præcipuo in Prouincia, Rector datus est. Eius exequiis, quæ postridie celebratæ sunt, interfuere Illustrissimus Urbis Gubernator, cum coniuge & plerique ex Professoribus secularibus.

Sub extremum denique Octobrem mensem aduenit Ingoldstadium Serenissimus Elector noster FERDINANDVS MARIA cum MAXIMILIANO EMMANVELE Electorali Principe, tunc tredecim annos nato. Serenissimi hospites a Professoribus omnibus in arce sunt excepti. Tertia autem post die, quæ fuit Dominica, Rector Vniuersitatis, *Christophorus Kberl*, prælatis sceptris, comitantibus in ordine Professoribus iterum in arcem profecit, salutaturus Electoralem Principem, eique primum isthac aduen-

aduentum gratulaturus, quod & eleganti oratione omnium nomine præstitit. Respondit Princeps e memoria latine, paucis quidem sed humanissimis verbis, gratias scilicet referens, & pollicitus incrementum ac felicitatem Vniuersitatis semper sibi cordi futuram. Postridie eius diei media secunda pomeridiana in Academiam vocati Professores omnes eundem Electoralem Principem exceperunt, qui & Auditoria inuifere, & depositioni, vt tunc vocabant, quinque studiosorum & vnius ex famulatio aulico interesse voluit. Tulerunt depositarii & depositi munus Principe dignum; Quintus 15. florenos, Substitutus septem cum dimidio, reliqui pro ratione præstitæ operæ. Prima Nouembris siue Festo OO. SS. intermissa Rectoris Magnifici deductio; eius loco Patres academici Sereniss. Electorem comitati sunt ad templum Spec. Virginis, vbi rei sacræ adstitum. Serenissimus cum filio Principe locum Rectoris Magnifici occupauit, relicto loco in media chori area ipsi specialiter præparato. Die 4. Nou. hinc Monachium Serenissimi Principes discessere.

A.  
1675.

ANNO DOMINI M DC LXXVI.

A.  
1676.

Rect. CCCXCVIII. DOMINICVS BASSVS in *Sandersdorf*, I. V. D. S. E. B. Consil. Iur. Prof. ord.  
Rect. CCCXCIX. IGNATIVS RATH, I. V. D. S. E. B. Consil. & Instit. Imper. Prof. ord. III.

Inscripti 130.

Nobiles, Ioan. Franc. Seifinger de Seifingen.

Ioan. Wencesl. ab Obwitz, S. R. I. Baro hæred. de Fernemont, Silesius.

Ioan. Franc. Friefscheyfen ab Eisenberg, S. R. I. Eques, Silesius.

Georg. Matthias de Gejb, Luxemburg.

Martin. Albert, Iac. a Ginsbaimb in Schwindach.

C 2

Frid.



**A.**  
1676.

- Frid. Leopold. Kotulinski, L. B. a Kotulin & Krzisko-  
Wicz.*  
*Ioan. Wolfg. L. B. a Parsperg, Palatin.*  
*Ioan. Georg. Maurer ab Hohenstein, Lincens.*  
*Georg. Sebast. Ligszal ab Holding in Pelhuim.*  
*Georg. Ioseph. ab Armansperg, Schönbergens.*  
*Franc. Sigism. a Palling, Kemnatenf.*  
*Ludou. Guil. a Siggenhausen & Allershausen.*  
*Henric. Maximin. L. B. de S in Robrbach.*  
*Marquard. Leopold. Schutz a Rotstatt, Eichstett.*  
*Bonifacius Sartorius de Schwannensfeld, Austr.*  
*Georg. Frid. Langenmantl, Monacens.*  
*Ferd. Ios. Darnizl ab Hönhardt.*  
*Georg. Casp. }  
 Ignatius, } Frenauer de Offenstetten.  
 Franc. Bern. }*  
*Ferd. L. B. de Simeoni, Monacens.*  
*Nicol. Henric. a Vieregge, Mecklenburgens.*  
*Paul. Godefrid. a Schönbrun.*  
*Sebast. Benno Ligszal ab Ascholding & Fereishausen,  
 Monacens.*  
*Georg. Christoph. Vorrig ab Hochhaus, Austr.*  
*Ignat. Langenmantl, Augustan.*  
*Franc. Iac. Ignat. L. B. a Seybelstorf.*  
*Conrad. Thom. Rumel a Lannerstatt in Zandt.*  
*Marquard. Iac. Hundtpiss a Waltrams, Campidon.*  
*Ioan. Ortolpb. a Sandizell.*  
*Ioan. Iac. Haller ab Hallerstein, Palatin.*  
**Nou. Prof.** *Georgius Widmond, I. V. D. S. C. M. & S. E. B. Con-  
 sil. Pandect. Prof. ord.*  
*Maximil. Rafsler, Waldseens. Suen. S. I. Prof. Log.*  
**Nou. Doct.** *Franc. Wenig, Parochus in Winzer & Perkharn. }  
 Sebast. Henric. Schnorff, Badens. Eccl. Colleg. } Theol.  
 Grandis vallis ad S. Germanum Canonicus. }  
 Henric. Marquard. Ruesch, Eichstettens. }*

Pri-

A.

1676.

Primum ex memorabilibus huius anni occurrit triste obsequium, quod 29 Martii in Templo academico Serenissimæ **ADELHAIDI** defunctæ Electrici Bavaricæ exhibuimus, erecto pegmate, affixisque insignibus tam bavaricis quam sabaudicis, nulla tamen habita oratione panegyrica.

Circa Iurisdictionem academicam controuersia quædam mense Maio exorta est cum Directore, vt vocant, domus Cæsareensis, qui *F. Honoratum Seitzium* Benedictinum Prüfeningensem, suum conuictorem, in causa quadam academica ad Vniuersitatis Rectorem tertio iam citatum comparere coram eodem prohibuit. Conuocatum est igitur Concilium plenum, conclusumque vnanimi Magistratus academici sententia ac voto, tam Monachos Cæsareenses, quam, & multo magis Benedictinum illum Conuictorem subesse Magistratui academico; tum quod Monachi omnes, quantumuis exempti, extra monasterium viuentes subint ludici ordinario; tum quod omnes illi Monachi matriculæ academicæ inscripti iuramentum obedientiæ Reçtori Vniuersitatis præstiterint; tum etiam quod aliunde priuilegium ostendi non possit, domum illam Cæsareensium in causis academicis exemptam esse; denique quod grauissima incommoda ac præiudicia ex opposito sequerentur contra priuilegia Academiæ, quarum omnes, quibuscum nostrâ in priuilegiis participat, vt Salmanticensis, Viennensis in Austria &c. eandem, immo seueriorem Iurisdictionem in Monachos exercent. Expeditum igitur est decretum cum solenni protestatione ad memoratum D, Directorem, quo negata ipsi omnis exemptio, & iniunctum, vt Benedictinum non impediatur, quandocumque eum Reçtor Magnificus vocauerit. Datæ simul literæ a Senatu academico ad vtrumque Reuerendissimum Abbatem, Cæsareensem & Prüfeningensem, vt scilicet res amice potius quam per iuris viam componeretur.

Alia causa Academiæ per tres fere menses incubuit, cum scilicet duo Electoralis Cameræ Consiliarii *Iacobus Schleich* & *Franciscus Millauer* iustratis omnibus Cameræ academicæ documentis conati sunt plenam de illius statu informationem comparare, ac eandem in meliorem administrationis formam redigere. Quamdiu hic subsisterent, a Iulio scilicet mense vsque

C 3

in

A.

1676. in Septembrem, administratio rerum cameralium speciali Serenissimi decreto Academicis adempta & suspensa erat. Ad actus academicos & conuiuia memorati Commissarii nunquam fuere inuitati, quod ante Professores, atque ipsum Rectorem Vniuersitatis locum & sessionem affectarent. Quis fructus eius Commissionis fuerit, hoc quidem anno haud cognitum est. Superuenit quidem mense Nouembri decretum Serenissimi Electoris, siue potius scriptum aliquod Cameræ Monacensis, quo potissima culpa neglectorum reddituum academicorum conferebatur in Professores cum antiquiores tum modernos; sed conclusum est a Senatu, vt per literas Monachium non ad Cameram, sed ad Concilium intimum datas ostenderetur, potius Cameram ipsam culpa laborare, quæ ad crebras petitiones Professorum noluerit inspicere rationes academicas, neque responderit ad propositas ipsi varias difficultates in negotio reddituum occurrentes, & plura similia.

Qualescunque has Patrum academicorum molestias lætior absterfit dies S. Michaelis, quo Illustrissimus D. *Ferdinandus Comes de Berlo*, Gubernatoris huius filius, & designatus Collegiæ Landishutanæ Præpositus primam Deo hostiam in templo academico obtulit. Ad eam solennitatem vti & ad subsequens conuiuium humanissime inuitati sunt Professores omnes, qui etiam sacris primitiis uniuersi adfuere; ad conuiuium soli accesserunt Rector Magnificus, Decanus Theologicus, duo Icti, vnus Medicinæ Professor & Decanus philosophicus. Ratione præcedentiæ res ita fuit instituta, vt Illustrissimus D. Gubernator Neomystræ Parens tanquam deputatus a Serenissimo Commissarius vna cum Coniuge medium in Chori area locum occuparet, ac primus etiam eiusdem Serenissimi donum, inauratum scilicet prægrande poculum, ad aram ex parte Epistolæ offerret; Rector autem Magnificus cum Illustribus Studiosis ac Professoribus academicis ex parte Euangelii vbi stationem habebant, oblationes facerent; ad alterum vero aræ cornu post dictum D. Gubernatorem aliæ nobiles fœminæ, D. Colonellus Frater Neomystræ, Officiales militares, Senatus ciuicus &c. accederent. Munus nouo Mystræ ex Academiæ ærario decretum nullum est, tum quod ipse in literis inuitationis contra illud serio

A.  
1676.

serio sit protestatus, tum quod administratio bonorum camera-  
lium iuxta superius dicta adhuc esset suspensa. Rector tamen  
Vniuersitatis *Dominicus Bassus* suo nomine & sua e cella dolium  
vini valtelini optimi, cum rariorum altilium appendice obtulit.

Die 14. Nou. depositionum academicarum Minister seu  
*Quintus*, vt vocabant, per literas a Senatu Vniuersitatis exqui-  
siuit, quid agendum esset cum studiosis Oeniponto, ex noua  
scilicet Academia aduenientibus, & alibi nondum depositis.  
Responsum est, illos pro academicis non habendos, dum con-  
suetam depositionem subirent, aut certe probarent Academiam  
Oenipontanam cum nostra confœderatam esse, vt est Friburgen-  
sis in Brisgoia.

Transienti Neoburgicæ Principi, Aug. Imperatoris LEO-  
POLDI sponsæ eundem Academia honorem exhibuit, quem Se-  
renissimis alias suis Electoribus habere solet. Scilicet Rector  
Vniuersitatis cum Professoribus omnibus illam aduenientem in  
arce excepit, ac breui etiam oratione gratulatoria salutauit;  
Altera die, quæ erat tertia Decembris & D. Francisco Xauerio  
sacra, eandem Augustissimam sponsam vna cum Serenissimis Pa-  
rentibus, quatuor fratribus & Principe *Dietrichsteinio* ad tem-  
plum S. Crucis comitati sumus, vbi & ipsa Princeps sponsa &  
eiusdem Paranympus *Dietrichsteinius*, ac Parentes Principes sa-  
cra synaxi refecti sunt. A prandio eius diei hora 1. Neosta-  
dium versus abeuntibus inseruimus.

Eodem Decembri mense Oeniponto aduenit nouus Pan-  
dectarum Professor *Georgius Widmann*, seu vt ipse mutato nomi-  
ne se vocauit, *Widmont* I. V. Doctor, Sacr. Cæs. Maiest. &  
Sereniss. Bau. Electoris Consil. qui 12. Dec. solenne principium  
habuit. In Actis Decanicis Iuridicæ Facultatis ad anni sequen-  
tis diem 29. Octobris sua se manu scripsit Processus Iudicarij  
& Pandectarum Professore ord. & Primarium.

AN-

A.  
1677.

ANNO DOMINI M DC LXXVII.

Rect. CCCC. IOAN. HENRIC. SCHEIFLER, Phil. & Medic. Doct.  
S. E. B. Confil. & Medic. Aul. Medic. Prof. ord. II.  
Rect. CCCCI. WIRICVS EMBKEN, I. V. Doct. S. E. B. Confil. &  
Præfectus in Gerolding, Pandect. Prof. ord. II.

Inscripti II2.

Nobiles, Ioan. Adam. Koz a Metzenhof.  
Adalbert. Thilli, Can. Regul. Rohrenf.  
Ioan. Aloys. Matknecht a Millegg, Prunouient,  
Georg. Franc. } LL. BB. a Liechtenau.  
Ioan. Conrad. }  
Georg. Petr. Franc. }  
Christoph. Henric. } LL. BB. ab & in Sandizeß.  
Franc. Dominic. }  
Philip. Wernerus ab Hörnigk, Moguntin.  
Acbatius Ludou. Notbaf L. B. de Weiffenstein.  
Wolfg. Ignatius, }  
Franc. Matthæus, } a Rifenfels, Prouincial. Aufr.  
Ioan. Conradus, }  
Andr. Achilles, }  
Franc. Casp. Schmid ab Haslach & Pürnbach.  
Marquard. Ludou. Ferd. L. B. de Notbaf a Weiffenstein,  
natus de Marquardstein.  
Ioan. Max. Iof. Fugger Comes in Kirchberg & Weiffen-  
horn.  
Ioan. Casp. ab Herwart.  
Ioan. Marquard. Christoph. ab Erolzheim.  
Wolfg. Wigul. Ignat. de Widman in Pruckberg.  
Ioan. Ferd. Limbeck in Rieghofen.  
Ioan. Georg. Ignat. Paur ab Haidenhaim & Aft, Landis-  
hutanus.  
Georg. Leo ab Haimenbofen, Allgoius.  
Nou. Prof. Iacob. Prugger, Schwazenf. Tirol. S. I. Prof. Theol.  
moral.  
Ioan. Petr. Wilhelmi, Haidelberg. Palat. Medic. Prof. ord.  
Iacob.

A.  
1677.

*Jacob. Wex*, Altkirchenf. Sundgoi. S. I. Prof. Log.  
*Jacob. Wiestner*, Veldkirchenf. Rhæt. S. I. Prof. Ethic.  
*Christoph. Klingensperger*, Frontenhuf. Bau. Iur. Prof. extraord.

Nou. Doct. *Martin. Perenegger*, SS. Can. Doct. Canon. & Pa-  
roch. ad SS. Martin. & Castul. Landishuti. } *Theol.*

*Simon. Thadd. Schmid*, Monacens.

*Andreas Haffner*, Ingolstad. Phil. Mag. privilegiati Ca-  
pituli Kelhaimensis Ecclesiasticæ Immunitatis Ca-  
merarius & Parochus in Buelach, *Iuris Can.*

*Ioan. Christoph. Bönning*, Duderstad. Dica-  
sterii Erfordienf. Assessor & Aduoca-  
tus Fisci.

*Ioach. Ernest. Rumpf*, Ambergens. Regim.  
Elect. ibid. Aduocatus & Cæs. Notar.  
publ. } *Vtr. Iur.*

*Ioan. Ant. Velcher*, Græcenf. Styr. Cæsar.  
Regim. Aduocatus.

*Christoph. Klingensperger*, Frontenhuf. Bau.

*Georg. Schidl*, Landishutan. Bau,

*Jacob. Geiger*, Elbacens. Sueu.

*Franc. Mattheus Rechtbaler*, Phil. Mag. Mona-  
cens. } *Medic.*

*Ioan. Quirin. Kraus*, Wemdingan. Sueu.

*Ioan. Conrad. Brenner*, Marisuallenf. Franc.

*Ioan. Martin. Faber*, Dünkelspühlenf. Sueu.

A funeribus aspicari oportet huius anni historiam, quo-  
rum intra breue tempus tria extulimus. Primum fuit *Caspari*  
*Manzii* Digestorum ac Iuris publici Professoris, qui 28. Martii  
extinctus, 31. eiusd. ad D. Virg. media octaua matutina se-  
pultus est, comitante tota Academia, & duobus e Facultate  
philosophica pro defuncto sacrum facientibus. Post vtrumque  
Officium ac sepulturæ cerimonias recitata est a Sacerdote quo-  
dam Oratio, quam *Manzius* in eam rem composuerat quindecim  
annis ante suum obitum. Eius argumentum erat totus decur-  
sus eius vitæ: placuit omnibus summopere ob insignem viri

D

sancti.

A.

1677. sanctitatem quæ se passim in illa prædebat, & aliunde etiam pridem innotuerat. In die tricesimo exequiarum Orationem funebrem dixit *Dominicus Bassus*, Facultatis iuridicæ tunc Decanus, quam diligentissimi Chartophylacis *Ignatii Dominici Schmidii* manu descriptam penes me habeo. Eius Epitaphium, quod in templo D. Virg. ante aram summam monumento porphyretico inscriptum exstat, huius est tenoris: *Hic quiescit, qui in vita parum quieuit, multum laboravit, Casp. Manzius Gundelfingan. Neopal. Reuerendissimi ac Illustrissimi Princ. Ep. Augustani Henrici per quinquentium Consiliar. in Acad. Diling. Institutionum Iuris & tempore belli aliquamdiu Philosophia, postea in hui. Elect. Vniu. præfatarum Institution. Constitut. Carolin. Criminal. Digest. & Iuris Publici per XL. annos Professor. Sereniss. Princ. Neoburg. Wolsfg. Wilbelmi Patris, Phil. Wilb. filii, ab a. 1631. usque 1660. per XXIX. annos Consil. per septem Cancellar. aulicus tandem Ser. Elect. Ferd. Mariae Bau. Ducis ab a. 1660. usque ad vitæ finem Consiliar. pluribus scriptis notus, Vir altas integerrime vitæ & rare virtutis prototypon, pietate plusquam Religiosus, iustitia constans & inexpugnabilis, semper & ex voto sobrius, nullo labore vel aduersitate, solum mortis iniuria fractus, ille tibi beatam vitam & felicem mortem, tu ei requiem sempiternam precare. Obiit XXVIII. Martii A. C. MDCLXXVII. annorum LXXI. Natus erat Casparus Manzius Gundelfingæ in Palatinatu Neoburgico parentibus acatholicis, ac literas dein humaniores Vlmæ didicit. Quo anno ad romanâ sacra transferit, aut quibus ad id rationibus fuerit permotus, mihi quidem non constat; tempore tamen studiorum iuuenilium factum illud fuisse, inde cognoscimus, quod in duabus Academiis ex arte catholicis sublimiores scientias hauserit, in Dilingana scilicet Philosophiam, in nostra Ingolstadiensi Iurisprudentiam. E scholis vix egressus paulo post ad easdem vt Professor rediit; ac Dilingæ quidem Institutiones Iuris, & aliquamdiu etiam Philosophiam, belli nimirum tempore, explicare cœpit. Inde an. 1636. ad nos translatus, per quadraginta deinceps annos mox dictas Iuris Institutiones, Constitutiones Criminal. Carolin. Digesta & Ius publicum docuit, excepto illo septennii interstitio, quo apud Serenissimum Ducem Neoburgicum Cancellarii munere, vt supra relatum est, fungebatur. Toto autem illo tempore quibus virtutibus Acad.*

de,

demiam ornauerit, quibus illustrarit lucubrationibus, satis pro **Annalium** breuitate describere non possum. Conspirant certe omnia, quæ ex illo suo supersunt monumenta, *Manzium* virum fuisse insignis virtutis & doctrinæ, atque de hac nostra Vniuersitate optime meritum. Studium præcipue religionis ita commendant, vt in viro seculari Ascetam, in marito Religiosum, in Iurisconsulto Theologum deprædicent. Iustitiæ integerrimus erat cultor, & parum credebat esse aliena non appetere, nisi iustissime etiam oblata repudiaret. Certe Cancellarii Neoburgici dignitate ideo tantum sese abdicauit, ne qualescunque minus æque agendi periculum subiret. Pauperum verus audiebat Pater; disciplinæ autem academicæ rigidus erat exactor. Sed de vberissima *Manzii* eruditione atque doctrina quid referam? Hanc summi etiam Orbis Principes maximi æstimarunt: Gloriosissimus Rom. Imp. LEOPOLDVS ex alio libro Iurisprudentiæ Elementa doceri non voluit, quam ex doctissimo *Manzii* in Institutiones commentario. Sereniss. autem Bau. Electores ac Duces Neoburgici in grauioribus ac perplexis causis Doctoris præcipue *Manzii* prudentissimis consiliis sunt vsi. *Dominicus Bassus*, testis coæuus, in Oratione funebri fatetur, Illustrissimam iuuentutem, quæ illis annis ad hanc Academiam magno numero e diuersis Europæ prouinciis confluxerat, fama præcipue *Manzii*, atque eius videndi, audiendique desiderio fuisse attractam. Verum omnium fidelissimos doctrinæ suæ testes ipse nobis *Manzium* reliquit, tot illos scilicet doctissimos libros, qui hodie dum Bibliothecas nostras exornant, quorumque catalogum *Bibliotheca aurea Iuridico - Politico - Theoretico - Practica* &c. an. 1705. Francofurti edita exhibet hoc ordine: I. INSTITVTIONES: *Commentarius in IV. Libros Inst. Imperial.* an. 1645. *Extractus seu Commentariolus ex eodem Comment.* 1661. *Synopsis Inst. Manz.* 1648. *Epitome successionis ab intestato*, 1640. II. DIGESTA: *Pandectæ melius quam in corpore Iuris digestæ* &c. 1664. *De Pactis & Transactionibus*, 1661. *De Aduocatis, Procuratoribus, Defensoribus, Syndicis* &c. 1659. *De Restitutione in integrum* &c. 1662. *De Seruitutibus personalibus, Usufructu*, &c. 1657. *De Tutelis & Curis*, 1652. *De Seruitutibus prædiorum Urbanorum & Rusticorum*, 1657. *De Fideiussoribus*, 1641. *De Testamento valido & inualido* &c. 1661. *Responsum Iuris de Validitate*



A.

1677. *Testamenti*, 1633. *De legitima Liberorum, Parentum, Fratrum &c.* 1658. III. CRIMINALIA: *Commentarius in Carolinam Sanctionem criminalem*, 1650. *Summa Processus criminalis*, 1645. IV. MATERIA CALAMITOSI BELLI: *Patrocinium debitorum calamitate belli depauperatorum*, 1639. *Preludium belli ciuilis inter rigorosos creditores & calamitosos debitores &c.* 1642. *Zinscharmützel, ein Auszug aus dem vorigen*, 1645. *Aequilibrii Partes tres super defectus fructuum, censuum, & Usurarum, cum Reportorio QQ. Militarium &c.* 1671. *Præsidium creditorum &c.* 1665. V. VARIJ GENERIS: *Decas illustrium Quest. Feudalium*, 1643. *Centuria decisionum Palatin.* 1659. *Specialia in Iure communi, siue Cassæ, ob quas antiqui Legum latores & Icti a regulis Iuris comm. recesserunt &c.* 1668. *De Ciuitatibus, von Land oder Fürstenstädten*, 1670. *Tropheum Manzianum, oder sein durch allgemeinen Reichschluß approbirtes Buch, de Patrocinio debitorum & consuetu censuali*, 1655. VI. POLITICI ET IURIS PVBLCI: *Status Imperii Rom. antiquus & nouus, 2. Partes, quibus accedit Volumen Consiliorum, tam priuato auctoris, quam Facultatis iurid. nomine publicatorum. Axiomata Iurid. studiose congesta &c.* Ludouici Granatensis *Philosophia Christiana de admirabili opere creationis, & quomodo per creaturas ad Creatoris cognitionem perueniatur; Philosophis, Theologis, Verbi diuini Præconibus, ac omnibus pietatem amantibus lectu iucundissima, & utilissima; ad disputandum, meditandum & concionandum accommodata, quam anno iubilæo 1650 typis Ingolstadiensibus, ad mentem Manzii Iurisconsulti & Philosphi Christiani, Auunculi sui edidit Casparus Schmidius tunc Aduocatus Straubinganus, postea intimus Sereniss. Elect. Bau. Cancellarius & Liber Baro, Sebastiano Denichio Suffraganeo Ratisbonensi, Ioanni Adeltreitero Intimo Cancellario, & Casparo Denichio SS. Canonum Professore dedicatam. Duodecim Prædicamenta &c.* 1658. *Iudicium super illa Questione: Virum dari possit melior, & pietati christiane conformior modus docendi Philosophiam, quam sit vulgaris? Epistola contra D. Pflaumerum, & super illa Quest. an Bacchanalia tolerari possint?* 1653.

Ex Illustrium Academicorum numero die 8. Aprilis obiit Iosephus Sigismundus L. B. de Geebeck, Iurium Studiosus, cui exequias iuere Professores omnes.

Tertium funus e Facultate medica elatus est Iacobus Stelzlus, Inninganus Sueuus, Medic. Prof. ord. ac Senior. Is, cum

15.

A.  
1677.

25. Iunii tentamini duorum Medicinæ Candidatorum *Franc. Matthæi Rechthaler & Quirini Kraus* interfuisse, eo vixdum peracto hora 5. pomeridiana repente apoplexia tactus est in ipsa Stuba, vt vocamus, academica; inde domum transportatus hora 10. noctis pie in Domino obiit. Tenuerat cathedram medicam viginti omnino & tribus annis; ac per totum hoc tempus candore animi, religionis studio, charitate erga alios, contemptu autem sui eximie sese omnibus probauerat, vt acta illius temporis testantur. Sepultus ad D. Virg. & in tricesima exequiarum die defuncto Collegæ panegyricum funebrem adornauit *Henricus Scheiflerus*, Vniuersitatis tunc Rector magnificus. Sub eius nomine typis editæ exstant *Theses ex vniuersis Institutionibus medicis*, an. 1660. *Synoptica delineatio vite sobriæ*, an. 1662. *Positiones & Questiones ex vniuersa Medicina*, an. 1669. Hæc omnia clarissimum virum per speciales disputationes fusius proponere & explicare intendisse, ex postremi opusculi vltima pagina liquet.

Post *Stelzlini* obitum, cum vnus duntaxat Medicinæ Professor *Henricus Scheiflerus* in Academia reliquus esset, ad iteratas amplissimi Senatus preces tandem a Serenissimo Electore Monachio submissus est *Ferdinandus Maria de Pistorini* Consil. & Medic. cubicul. Electoralis, nec non alias Medicinæ Professor primarius, vt cum memorato *Scheiflero* solita Medicinæ Candidatorum examina prosequeretur, ac promotionem etiam doctoralem institueret, cuius quidem faciendæ honorem, vti & decanatum eidem tanquam hospiti ac veteri amico *Scheiflerus* sponte obtulit. Quod autem ad lectiones medicas attinet, cœpit idem *Scheiflerus* a 25. Iunii bis in die legere, ante prandium scilicet institutiones, post prandium Methodum resoluendi Puncta theorica & practica, ac casus extemporaneos pro examine doctorali; easque geminas quotidie lectiones continuauit ad 29. Nouembris diem, quo *Ioannes Petrus Wilbelmi Haidelbergensis Palatinus*, Medicinæ Professor Ordinarius constitutus, solenne suum principium habuit hora 8. matutina, ac Institutiones medicas prælegere cœpit.

Mense Augusto missæ sunt a Reuerendiss. ac Cels. Principe *Eichstettensi* tanquam Vniuersitatis Cancellario literæ ad Academiam, quibus Officium Procancellarii ob senium & alias infirmitates *Oswaldi a Zimmern* Parochi Mauritanii per modum

D 3

pro-

**A.**  
**1677.**

provisionis ita confertur *Ignatio Christophoro Kberlio* Parocho ad D. Virg. vt tamen Doctori *Oswaldo* relinquatur titulus Procancellarii, præcedentia, & tertia pars prouentuum ex eo munere collectorum; post huius vero mortem munus illud Doctori *Kberlio* ex integro commissum esset. Consensit hæc Facultas theologica cum Rectore Vniuersitatis; at Icti & Philosophi rem Monachium deferendam censuere; vrgentibus tamen illis hi quoque cessere tandem, & *Kberlius* mox postridie quinque luriū studiosis Licentiam pro more contulit. Interea venit Monachio sub initium Octobris decretum Serenissimi mandantis, vt Senatus academicus redderet rationem atque informationem de nupero actu Licentiatu & acceptatione noui Procancellarii; simulque mitteret acta in tabulario Vniuersitatis asseruata de aliis huiusmodi casibus. Confecta statim & missa est informatio; sed cum hæc Monachii non satisfaceret, ob suspicionem scilicet, quasi nonnulla de iuribus Serenissimi Electoris circa præsentationem Procancellarii Vniuersitatis omissa fuissent, nouis literis alia petita est informatio, in qua mox etiam laborari cœptum. Interea suspensum quasi videbatur in hac Academia Procancellarii Officium; vterque certe nouus Ethices atque Logices Professor Doctoratu philosophico inaugurandi Dilingam profecti sunt, quod lite inter duos Procancellarios, seu inter duos potius Principes pendente non satis consultum putarent ab alterutro Licentiam petere. Mense tamen Decembri huius anni, cum in Festo Immaculatæ Conceptionis B. V. Mariæ consuetum iuramentum in templo academico præstaretur, *Christophorus Kberlius* tanquam Procancellarius illi functioni præfuit. Quid deinceps in ea causa gestum fuerit, ignoro.

Cum a quibusdam annis iusta esset querela contra quosdam sublimiorum scientiarum studiosos, quod mature nimis ab Academia discederent, ac sero redirent, conclusum est 17. Nou. in pleno Senatu, vt eius rei in testimoniis tam priuatis quam publicis singularis deinceps ratio haberetur.

AN-

ANNO DOMINI M DC LXXVIII.

A.  
1678.

Rect. CCCCL. IGNAT. CHRISTOPH. KHERL &c. II.

Rect. CCCCLIII. GEORG. WIDMONDT, I. V. Doct. S. C. M. & S.  
E. B. Consil. Pandect. & Processus Iudicarii  
Prof. ord. & primarius.

Inscripti 133.

Nobiles, *Frans. Hannibal. Merman de Schönberg.*

*Georg. Christoph. Caiet. Ferd. Notthast L. B. de Weissenstein, Landishut.*

*Ferd. Laur. Franc. Xau. S. R. I. Comes de Filly & Braitenegg &c.*

*Ioan. David Stich ab Adlmanstein.*

*Ferd. Ioan. Ant. L. B. de Paumgarten, Monacens.*

*Anton. a Berchem, Monacens.*

*Ant. Dominic. } Comites a Wolkenstain, Tridentini.*  
*Casparus*

*Guidob. Alb. Ioseph.*

*Ferdinand. Maria, } Comites a Ladron.*

*Guidobald. Ios. Franc. Pbil. }*

*Albert. Ignat. Ios. L. B. de Clofen, Boi.*

*Ferd. Felix Franc. Ant. de Maphais, Monacens.*

*Ioan. Ernest. Goder a Walxing, Bau.*

*Ioan. Wolfg. Leoprechting ab Altenramsberg.*

*Martin. Ios. Schmidt ab Haslach & Biernbaeh.*

*Georg. Ferd. Köck ab Hötzing, Palatin.*

*Cosmas Damian. Hochbolzer ab Hackershofen, Landishut.*

*Ferd. Ioseph.*

*Maximil. Henric. } a Viereck, Bauari.*

*Franc. Ioan. Gundak. }*

*Franc. Ios. L. B. de Tauffkirchen, Boi.*

*Maximil. Rudolpb. a Westernach, Cronburgenf.*

*Gabriel Ignat. de Bruyn, Spirens.*

*Ferd. Franc. Sigism. Eurhardt a Miltenburg, Neoforens.  
Palat.*

*Ioan. Bapt. Buttistocus, Mediolanens.*

Non.

- A.  
1678. Nou. Prof. *Ioannes Hader*, Kemnatenf. Palat. S. I. Prof. Theol. mor.  
*Vitus Norbertus Feigeliuſ*, Viennenf. Auſtr. Medic. Prof.  
ord.  
*Ignat. Wertenftein*, Buchloenf. Suen. S. I. Prof. Ethic.  
*Chriſtoph. Zingniſ*, Eppanenſ. Tirol. S. I. Phil. Prof. ord.  
Nou. Doct. *M. Georg. Franc. Trenner*, Caroloſtad. Franco.  
*M. Iacob. Velborn*, Amberg. Palat.  
*M. Vituſ Bachmayr*, Auenſiſ Boi.  
*M. Georg. Barthol. Viſcher*, Monac. Boi.  
*M. Ioan. Adam. Binder*, Vberling. Acron.  
*Ioan. Chriſtoph. Eder*, Monac. Boi.

} Medic;

Controuerſia, quæ inter duos Iuriſ Profefſores *Georgium Widmond* & *Dominicum Baſſuſ* ſuperiori iam anno enata erat ob horam lectioniſ, meſe Ianuario huiuſ anni a Senatu academico in fauorem Profefſoriſ *Codicis D. Baſſuſ* decifa eſt, vt ſcilicet iſ retineret horam nonam matutinam, ex veteri conſuetudine & electorali etiam decreto ſibi debitam; *Digeſtorum* autem Profefſor *D. Widmond* iuſſuſ eſt ſibi deligere vel horam 7. matutinam, vel aliam poſt prandium, ſalua tamen hora Profefſoriſ *Inſtitutionum*, & alteriuſ Profefſoriſ *digeſtorum*; quorum priori ex conſuetudine debetur duodecima; poſteriori vero iure antiquioriſ poſſeſſionis hora prima. Poſt hanc Academiz ſententiam ſuperuenere Monachio literæ, quibuſ ſerio mandatum eſt, vt Doctoz *Widmond* horam nonam cederet Profefſori *Codicis*, ipſe autem legeret mane ab hora ſeptima ad octauam.

Die 23. Martii ſolenne Principium habuit hora 1. pomeridiana *Vituſ Norbertuſ Feigeliuſ* Viennenf. Auſtr. Medic. Doctoz & Profefſor; ac morbuſ capitiſ explicare cœpit.

Ex illuſtribuſ Academicis hoc iterum anno vnum moſ improuiſo rapuit, *Martinuſ Antoniuſ Nicolauſ L. B. de Gumpenberg* & *Stebach* Iuriuſ ſtudioſuſ, qui ſub extremuſ Martiuſ correptuſ morbo, quem neque ipſe neque Medicuſ exitialem putabat, & die 4. Aprilis eodem extinctuſ eſt, nemine aliquod periculuſ opinante. Tumulo illatuſ eſt ad *D. Virg. comitanteſ* Magiſtratuſ academico.

Ioan.

A.  
1678.

*Ioannes Oswaldus a Zimmern* Procancellarius Vniuersitatis & Parochus ad D. Mauritium die 8. Maii in templo suo parochiali annum Sacerdotii sui quinquagesimum, siue secundas vt vulgo dicimus, primitias celebravit, ad quas tamen nec Academiam, nec vllam Facultatem inuitavit, ea, ni fallor, causa offensus a Patribus academicis, quod inhabilem se declarassent obeundo Procancellarii officio, ac Parochum etiam ad D. Virginis Vicarium sibi substitui voluissent in conferendis gradibus. Quamuis enim optimus Senecio prope ad infantiam esset redactus, importune tamen nonnunquam se ingerebat ad conferendos gradus; quod ipsum 27. Iul. videre licuit in Magisterio philosophico, vbi festiuo sese indutum habitu stetit in Stuba academica; sed cum aduerteret creandos ab alio esse Philosophiæ Licentiatos, actui interesse noluit.

Circa idem tempus Reuerendissimus & Amplissimus Abbas Osterhofiensis *Michael* ingens volumen concionum suarum, *Rationale Ecclesiasticum* inscriptum, ad Academiam nostram misit, atque a theologica Facultate censuram expetiit. Annuit sacrum Collegium, ac honorificam, vt merebatur scilicet opus, approbationem dedit.

Ex eadem sacra Facultate mense Octobri Dilingam discessit *Iacobus Prugger*, Theol. moral. Prof. ad regendum ibi Societatis Collegium, vbi iam antea triennio Theologiam scholasticam tradiderat. In eius locum Oeniponto aduenit *Ioannes Hader*, qui & ipse biennio ibidem eam, quam diximus, moralem Theologiam professus erat.

Sub initium Nouembris allatum est Monachio decretum Serenissimi, quo continebatur 1.) circa Philosophiam, vt dilatatis in annum tertium difficilioribus materiis, ac magis ad Theologiam necessariis Philosophia naturalis absoluetur anno secundo, & deinde Gradus Magisterii conferatur; liberumque sit omnibus tertio anno prosequi philosophicum studium (quod tamen ad Theologiam aspirantibus necessarium visum) vel omittere. 2.) Vt habeatur singularis cura disciplinæ ac morum; nec testimonia cuius in superlatiuo, sed pro merito a facultatibus concedantur; in conciliis vero angarialibus ii, qui male se gesserint, notentur, & in quaternis per annum informationibus ad

E

pro-

A.  
1678.

proprias Serenissimi manus mittendis nominatim exprimantur, vt suo tempore in conferendis officiis illorum haberi ratio possit. Addidit Serenissimus hac occasione illorum etiam specialem habendam fore rationem in titulis mensæ, vt vocamus, in beneficiis aliisque muneribus, qui in publicis promotionibus academicis inter tres quatuorue primos locum nacti fuerint. 3.) Denique, vt solícite prouideatur, ne pro libitu statuantur pretia conuictuum immodica; item ne præter ea, quæ ad mensam sunt necessaria, studiosis quidquam credatur mutuo, præcipue ad lusus, computationes vel ad alia huiusmodi.

Aliis literis e consilio aulico Monacensi ad Academiam missis Decembri mense commendata est executio decreti iam pridem editi, vt scilicet vnum semper exemplar librorum a Professoribus nostris editorum vel a nostris Typographis impressorum Monachium transmitteretur.

A.  
1679.

ANNO DOMINI M DC LXXIX.

Rect. CCCCIV. DOMINICVS BASSVS in Sandersdorf & Mendorf,  
I. V. D. S. E. B. Confil. & Prof. Cod. ord. II.

Rect. CCCCV. IOAN. PETRVS WILHELMI, Medic. Doct. &  
Prof. ord.

Inscripti. 112.

Nobiles, *Christoph. Guil. L. B. de Hörwart* ab Hohenburg.

*Georg. Ant. Ios. L. B. ab Hegnenberg*, Dux appellatus.

*Ferd. Franc. Maximil.* } LL. BB. de Rouyer.

*Leonard. Franc. Simpert. Mändl*, L. B. de Deutenhofen.

*Ioan. Willibald. ab Allmanshausen.*

*Ioan. Georg. Loebener* ab Hittenbach in Lintach, Ambergens.

*Carol. Martin. Ioan. Rudolph.* } Gasser a Strafsberg, Veldkirchens.

*Ferd.*

*Ferd. Marquard. Richel* ab & in Winhöring, Rosen-  
haimens. 1679.

*Christoph. Ios. a Gözengrien*, Teispacens.

*Adam. Bernard. Spett* a Zwifalten, Sueu.

*Ferd. Ioseph.*

*Max. Adolph. Franc.* } *S. R. I. Comites in Rbeinstein &*

*Tättenbach.*

*Nou. Prof. Franciscus Rhem, Augustan. Sueu. S. I. Prof. Theol.*  
*Schol.*

*Casparus Adlmann, Eustad. Franco, S. I. Prof. Phil.*

*Nou. Doct. Ioan. Wernerus Zoller, Memming. Sueu.* } *Medic.*

*David Strobl, Motzenhofens. Bau.*

Ad illas superiorum annorum causas, quæ Vniuersita-  
tem cum Camera Electorali collidere, nouæ hoc anno accessio-  
nes sunt factæ; cum enim Februario mense *Christelius* quidam  
consueto more ad Parochiam Vttenhofensem ab Academia præ-  
sentaretur, non consultâ Camera Electorali, quæ ob annexam  
pensionem suam etiam consensum requiri volebat, venerunt  
eodem adhuc mense literæ Monachio, ipsius Serenissimi nomi-  
ne subscriptæ, quibus Vniuersitati mandabatur, vt factam  
præsentationem retractaret. Verum responsum est Serenissimo,  
cum huiusmodi præsentationes semper ab ipsa Vniuersitate ac  
Senatu academico & non a *Cameralibus* siue Cameralia admini-  
strantibus factæ fuerint, sperare se, Serenissimi Electoris in-  
tentionem non fore, vt hæc iura præsentandi vna cum admini-  
stratione rerum cameralium sibi adimantur. Ad has quidem  
Vniuersitatis literas nihil rescriptum est Monachio; adductas  
tamen rationes exigui momenti visas esse Electoralis Camere  
Consiliariis, eodem adhuc anno patuit, cum vacante Parochia  
Wendingana, & *D. Schaffio* ad illam ab academicis Patribus præ-  
sentato, nouæ superuenerunt a Camera Elect. literæ, quibus  
verbis acerbissimis reprehendebatur Senatus acad. ob factam  
præsentationem, eum ius hoc vna cum administratione bono-  
rum cameralium sit ab Vniuersitate auocatum ad Cameram Mo-  
nacensem, & ideo nominatio illa omnino fuit reiecta. His in-  
super habitis concludere Patres academici ad Consilium intimum  
& ad Serenissimum Bau, Administratorem MAXIMILIANVM PHE-



A.  
1679.

LIPPVM (iam enim satis concesserat Serenissimus FERDINANDVS MARIA) dandas esse literas, quibus de nouo ostenderetur ius nominandi, quod hactenus competiisset Senatui academico, non videri dependere ab administratione bonorum cameralium, ex eo præcipue fundamento, quod licet antehac certi etiam viri constituti fuerint, qui bona Academiæ administrarent, ius nominandi nihilominus fuerit penes totum Senatum academicum, & non penes Administratores illos; atque id ex eo capite videri factum fuisse, quod totus Senatus maiorem haberet promouendorum notitiam. Sic caussa ad aliquod iterum tempus sopita est.

Aliud Serenissimi Electoris decretum mense Aprili nobis communicatum est, quo rursus facultas conceditur, Magistros Philosophiæ creandi more antiquo, nempe in fine tertii anni philosophici, vt adeo quoad hoc punctum reuocatum sit præcedens decretum. Adiecta etiam fuit summa materiarum, quæ quouis anno iuxta nouam methodum deinceps in Philosophia tradenda esset.

Tristiores erant literæ, quas mense Maio itidem Monachio accepimus de repentino obitu Serenissimi Principis ac Domini nostri FERDINANDI MARIAE &c. Contigit is vigesima sexta Maii Schleisheimii. Nos decima Iulii defuncto Principi exequias celebravimus in templo academico, vbi præclaras Illius virtutes facunda sane oratione exornauit *Iosephus Frankius* Theol. Prof. ord. omnium Patrum academicorum calculo ad hoc dicendi munus electus, postquam magnificus Vniuersitatis Rector diu nimis deliberauerat, an non ipse Oratoris munus suscipere in se vellet; ob quam etiam caussam tam sero parentatum est. De expensis eas in exequias factis lis denuo enata est Vniuersitati cum Camera Monacensi, quæ volebat scilicet, vt ex illis pecuniis soluerentur, quæ ex inscriptionibus cedunt zrario academico. Sed responsum est, ex illis pecuniis non tantum nihil superesse, quod posset impendi in solutionem funeralium; sed ne sufficere illas quidem ad expensas ordinarias, & expungenda debita iam pridem contracta.

Die

Die vigesima Iulii mortem oppetiit *Christianus Iobst*, Pe- A.  
1679.  
dellus Vniuersitatis ultra viginti annos bene meritus; cuius  
funus altero die plerique ex Professoribus comitati sunt.

Facultas theologica exquisiuit Augusto mense ex Regente Georgiano, quis frueretur stipendio tertio Schwebermariano, cuius conferendi ius ad sacrum inprimis Collegium, atque Decanum Facultatis theologicæ, & ad ipsum D. Regentem spectaret. Respondit ille, stipendii illius redditus ante plures iam annos salario suo a Senioribus Academiz adiectos esse. Protestata est Facultas sacra, id contra mentem Fundatoris & contra suum ius factum esse, appellauitque ad iudicium nouorum eius Collegii Inspectorum.

*Christophorus Klingenspergerus* haftenus Iurium Professor extraordinarius, Decembri mense, die 12. solenne principium habuit, ad ordinarii scilicet Professoris dignitatem iam promotus.

ANNO DOMINI M DC LXXX.

A.  
1680.

Rect. CCCCVI. IGNATIVS RATH, Instit. Imp. Prof. IV.

Rect. CCCCVII. IGNAT. CHRISTOPH. KHERL &c. III.

Inscripti 130.

Nobiles, *Ioannes Sedlnitzki* L. B. de Choltiz, Silesius.

*Franc. Maximil. Hundt* L. B. de & in Lauterbach, Monac.

*Franciscus Comes a Wolkenstein & Trospach*, Dominus Irçani & Toblini, hæreditar. Præf. Stab. & Dapum Incisor Comitatus Tirol.

*Ferd. Laur. Fr. Xau. S. R. I. Comes de Tilly & Braitenegg*, renou.

*Ant. Franc. Truefer de Voldersperg*, Præf. D. Com.

*Ioan. Wolfg. a Peckbenzell*, Bau.

*Ioan. Franc. Stich* ab Adlmanstein, Bau.

*Franc. Conrad. Ant. Gobel* ab Hofgiebing, Amberg.

*Fr. Xau. Benno a Zeilhofen*, Monacens.

*Adam. Andr. Voglmayr* a Tierburg & Ferchlechen, Tirol,

E 3

Ioan.

A.  
1680.

- Ioan. Wolfg. Dyrnizl* ab Henharth, Straubing.  
*Ioan. Mich. Weismann* de Weissenstein, Palat, Auerbac.  
*Ioan. Ios. Pilbis* a Sigenburg in Nidernalrain, Bau.  
*Ioan. Wencesl. Zeller*, L. B. de Leiberstorf & Kleinstetten, Bau.  
*Ant. Ios. Sigism. Fugger Comes* a Kirchberg & Weissenhorn, Baro de Bollweil.  
 Nou. Prof. *Ioan. Georg. Zöpfl*, SS. Theol. Doct. & S. Script. Prof. ord. ad D. Maurit. Paroch.  
*Andreas Waibl*, Vberling. Acron. S. I. Prof. Theol. Schol.  
*Franciscus Bryat*, Bruntrut. Raurac. S. I. Prof. Log.  
*Andreas Pinter*, Monacens. Bau. S. I. Prof. Mathes.  
 Nou. Doct. *M. Placidus Müller*, Neostad. Bau.  
*M. Ioan. Simeon Göttl*, Vilsbiburg. Bau. }  
*Bonifac. Marian. Schwelmair*, Ingolstad. } *Medic.*  
*Georg. Sedlmair*, Pfaffenhofens. Bau. }  
*Ioan. Sebast. Kraezer*, Bamberg. Franc. }

Ad initium huius anni *Christophorus Kberl* qui ab aliquo iam tempore, vt supra relatam est, Vniuersitatis Procancellarium egerat, coram Senatu academico, exclusis tamen iuriconsultis, conquestus est, quod Facultas iuridica se inscio & non interrogato statutum condiderit, vt in posterum pro conferendo Licentiae gradu non nisi tres floreni Procancellario soluantur, cum haecenus quatuor semper fuerint dati. Rogauit igitur, vt sibi in conseruandis suis iuribus assistatur. Patres academici rem amice tractaturi literas dedere ad Facultatem iuridicam, quibus monebant, vt Procancellarii iura ad conseruandam pacem integra relinquerent. Satis quidem acerbe responderunt Icti; cum tamen mense Martio *Christophorus Kberl* a Serenissimo etiam Administratore in munere Procancellarii esset confirmatus, quasi sponte sua hic turbo resedit.

Feruente adhuc mox memorata de iuribus Procancellarii controuersia, mense Februario, die illius vigesima secunda, post quintam vespertinam diem suum obiit emeritus Vniuersitatis Procancellarius *Ioannes Osvaldus a Zimmer* SS. Scripturae Professor.

A.  
1680.

fessor ordinarius & ad D. Maurit. Parochus. Sepultus est vigesima quarta eiusdem in templo suo parochiali, vbi & Septimus & Tricesimus exequiarum eidem habitus. Defuncti laudes oratione funebri celebravit ipse Sacre Facultatis Decanus *Ioannes Haderus* Theol. moral. Prof. loco *Ignat. Christophori Kberl*, qui a facultate ad perorandum designatus Monachio tunc temporis nondum redierat, quo negotiorum causa excurrit. Cum de hereditate Doctoris *Oswaldi* ageretur, nominatus est *Wirticus Emkenius* Iurium Professor, qui cum Notario Vniuersitatis refingendæ obſignationi, ab Academia factæ, & simul conficiendo inuentario interesset; verum cum *Commissarius* Eichstadio submissus concordata allegaret, discessit *Emkenius*, protestatus tamen, ne per hunc actum vltum præiudicium fieret Iuribus Serenissimi & Academiæ. Ex libraria defuncti suppellectile magna pars Bibliothecæ academicæ cessit. Laudum & vitæ *D. Oswaldi* compendium Collegii Theologici Patres hac inscriptione complexi sunt: *Ioannes Oswaldus a Zimmern Weldenbaimensis SS. Theol. Doctor & I. V. L. Coll. Eccl. S. Maurit. Augustæ Canonicus*, postquam aliquot annos in Diceceſi Augustana magno illius bono Pœnitentiarum & Viſitatoris Generalis munus præclare epit, ad Academiam nostram translatus SS. Scripturam XLVIII. annos docuit, totidemque Procancellarii ac tredecies Rectoris officio functus, ob singularem animi candorem omnibus gratissimus. In administranda Parochia sua Mauritiana Zelosi Pastoris partes egregie adimpleuit. Pacis conseruanda & reducendæ studiosissimus. Munifica sua liberalitate merito sortitus nomen Patris pauperum. Cultui B. V. vt ipse erat apprime addictus, ita laborabat eundem in aliis excitare. Tandem ætatis suæ anno 76. post alteras iam celebratas primitias placidissime expirauit Ingolstadii 22. Febr. anno 1680. Scripsit Opusculum asceticum de Oratione ex SS. Literis contextum, an. 1663.

Peregre eodem anno, die 29. Martii vitam posuit *Ioan. Euang. Thanner* quondam Philosophiæ ac Theologiæ apud nos Professor; qui qualis quantusque fuerit vir, ex elogio disces, quod eidem sacra facultas statuit: *Ioannes Euangelista Thanner S. I. Monacensis Boius, sanguine, virtute, doctrina Illustris. Philosophia sexennio tradita, Theologiam scholasticam in Academiis Eriburgensi, Dilingana, Ingolstadiensi 13. annos eximia cum laude professus fuit. Quo in munere, vt in suis iudiciis virtutem cum doctrina suaderet, ad*

fre.

**A.**  
**1680.** *frequentes & audios ardentissime Præses dixit, maxime cum moribundos Sodales ad extremam luctam animaret. Hinc singulari vir prudentia regendis Neoburgensis & Dilingani Collegii fascibus ac toti denique Provincia Germaniæ superioris Prepositus, donec a Serenissimo Duce Neoburgico, & ipsa dein Augustissima ELEONORA in Confessarium electus, post multa insignis patientiæ in acutissimis calculi doloribus documenta, in Bohemia, ubi religiosa vitæ tyrocinium, vitam quoque posuit meritis quam annis grauerem, anno 1680. 29. Martii, Aetat. 61.*

Circa hoc tempus Monachii obiit *Franciscus Ignattus Thiermayr* Serenissimi Electoris Archister & Medicinæ antehæc apud nos Professor. Colligere id licet ex Actis Sodalitatis academicæ, quæ decima octaua Martii sacra illi funebria fieri curauit. Vid. *Grienwaldii Alb. Bau. Patr. pag. 121. & seq.*

Die octaua Aprilis *Ioannes Georgius Zöpfl* SS. Theol. Doctor, Ordinarius S. Scripturæ Professor constitutus, solenne principium habuit, cui præter morem frequentes Auditores adfuerunt.

Ex Illustribus Academicis singularem sibi laudem hoc anno comparauit *Georgius Petrus Franciscus L. B. ab & in Sandizell*, qui non tantum disputationem publicam quinta die Iulii cum insigni prorsus doctrinæ commendatione ex vniuersa Philosophia sustinuit, sed etiam vigesima tertia eiusdem mensis, cum viginti & vnus AA. LL. & Phil. Magistri solenniter crearentur, primum inter omnes locum æquissimo iure, vt in Actis notatum reperio, est promeritus.

Mense Augusto citata est Vniuersitas ratione bonorum cameralium ad præstandum Serenissimo Electori nostro MAXIMILIANO EMMANVELI homagium in diem decimam quartam dicti mensis. Deliberarunt Patres academici, quid in præsentium rerum statu faciendum videretur; ac tandem concluderunt, vt, quandoquidem hoc negotium bona cameralia concerneret; horum autem administratio Commissariis Monacensibus demandata esset, res tota *Vicecamerario*, vt vocant, Vniuersitatis ac illis ipsis *Commissariis* relinqueretur, quorum scilicet interesset scire, quid ea in re facti opus esset.

Præter memoratum *D. Zöpfl* nouos mense Octobri Professores accepimus *Andream Waibl* a lectione mathematica ad Theo,

Theologiam scholasticam translato; *Franciscum Bryatum*, superiori biennio Rhetorices, nunc Philosophiæ Professore; *Andream Pinterum Mathematicum & Paulum Zingis Rhetorem.*

A.  
1680.

ANNO DOMINI M DC LXXXI.

A.  
1681.

Rect. CCCCVIII. CHRISTOPHORVS KLINGENSBERGER, I. V. D.  
Seriff. Bau. Elect. Confil. Iuris publici Prof. ord.  
Rect. CCCCIX. IOAN. HENRICVS SCHEIBLER, Medic. Prof. &c. III.  
Inscripti 148.

Nobiles, *Godefrid. Amadeus Comes in Rheinstain & Tattenbach.*  
*Baltas. de Baltasaris in Lewenfeld, Tirol.*  
*Ioan. Ignat. Mändl a Deutenhofen, Landsberg.*  
*Ferd. Ios. Ant. L. B. a Fraunhofen.*  
*Ferd. Ioan. Georg. Anastas. de Maphais.*  
*Ferd. Ignat. Ant. a Delmuck, Spirens.*  
*Ios. Wilhelm. Ignat. Lösch L. B. ab & in Hilgertshausen.*  
*Ioan. Christoph. Egkber a Käpfing in Thrain, Eitenhofens.*  
*Boi.*  
*Georg. Ios. Dominic. a Siggenhausen & Hörzhausen, Rhainens.*  
*Ioan. Georg. Edmund. } a Siggenhausen &c.*  
*Georg. Franc. Constantius } a Siggenhausen &c.*  
*Ferd. Franc. Vlrici a Kymerspruck, Rhainens.*  
*Ant. Theophil. a Wangnereck, Fritlingens.*  
*Ioan. Maria Bassus, Pefclaiuens. frater nostri Professoris.*  
*Ios. Felix Calet. Wämpl a Karpfheim, Monacens.*  
*Christian. Guilielm. Gobel ab H. fgiebing, Ambergens.*  
*Ioan. Thom. Ios. } Miller a veteri Amerthal, Am-*  
*Ioan. Bonau. Seuerus } bergens. Palat,*  
*Ant. Maria Comes a Wolkenstein & Eberstein.*  
*Ferd. Ioan. Ios. L. B. ab Haslang.*  
*Maximil. Emmanuel L. B. de Simeoni.*

F

Philipp.

A.  
1681.

- Philipp. Iac.* } *Schmid* ab Haslach & Biernbach, Mona-  
*Ferd. Ignat.* } cens. filii Cancell. intim.  
*Frideric. Ios. Brodreis* a Kulz, Ambergens.  
*Bonaventura Comes de Albertis* a Collico, Can. Trident.  
*Hieronym. Ceschi*, Sanctæ Crucis de Burgo vallis Au-  
 lugii, Tirol.  
*Bernard. Burchard. Püttner* ab Ehrnberg, Neoburgens.  
 ad Oenum.  
*Ios. Andr. Malanotti* de Caldes Tirol.  
*Ioan. Simplicius Volmar* L. B. de Rieden.  
*Franc. L. B. de Bemmelberg.*
- Nou. Prof. *Iacobus Prugger*, Schwazens. Tirol. S. I. Prof. Theol.  
 Schol.  
*Iacob. Wiestner*, Veldkirch. Rhæt. S. I. Prof. Theol.  
 mor.  
*Wolfgang. Obermayr*, Ebersberg. Bau. S. I. Prof. SS. Can.  
*Ioan. Menrad. Vorwaltner*, Medic. Prof. ord.  
*Paulus Zingnis*, Eppanens. Tirol. S. I. Prof. Log.  
*Franc. Blawen*, Caldar. Tirol. S. I. Prof. Ethic.
- Nou. Doct. *Ios. Bernard. Glettle*, Prof. Instit. Imp. Di-  
 lingæ ord. & actualis. } *Vtr. Iur.*  
*Franc. Ignatius Woller*, Klängenfurtenf. Ca-  
 rinthius.

Hunc quoque annum a funere vacuum non habuimus: ipso enim Ianuario mense extulimus *Ioannem Petrum Wilhelmi* Heidelbergensem Palatinum, Medicinæ Doctorem & Institutionum medicarum per tres annos & duos menses Professore ac Facultatis saluberrimæ p. t. Decanum. Obiit die 27. dicti mensis circa duodecimam meridianam ex Hæctica, & sepultus est vigesima nona eiusd. comitante funus tota Academia. In die tricesimo depositionis orationem panegyricam defuncto recitavit *Ioannes Henricus Scheifler* Medicinæ Professor & Vice-Decanus. Exstat apud *Iac. Schenfelderum* Hist. Enarrat. & Curat. Med. L. 2. Hist. 67. *Epistola Medica Ioan. Petri Wilhelmi.*

Mense Februario venerunt Monachio literæ obiurgatoriæ ad Senatum academicum, quod insuper habita prohibitione Sere-  
 nissi.

A.

1681.

nissimi Dominum *German* ad Parochiam Bondorfensem præsentarit. Responsum est ab Vniuersitate, eam præsentationem factam fuisse optima fide; accepto enim Electorali illo mandato *inhibitorio* scripsisse Magistratum academicum ad Serenissimum, atque eidem exposuisse rationes omnes, ob quas speraret, sibi ius suum ademptum non iri. Ad eas iam literas cum nihil fuerit rescriptum, credidisse Patres academicos, se vtendo iure suo antiquo, nihil contra clementissimam Serenissimi voluntatem facturos. Quid ad has Senatus acad. literas Monachio responsum fuerit, paulo inferius memorabitur.

Circa Hungerianum 50. florenorum stipendium, cuius conferendi ius ad medicam ac philosophicam Facultatem pertinet, ita hoc anno, die 3. Martii conuenit inter dictas facultates, vt deinceps quilibet earum alternatim eo stipendio ad integrum triennium frueretur, siue illud vni, siue pluribus ex suis studiosis simul vel successiue intra triennium illud conferret; cuius initi pacti *Recessus*, vt vocant, vtriusque Facultatis Sigillo & Decanorum subscriptione munitus, cuique Facultati traditus est.

In cathedram medicam *Petri Wilhelmi* eodem adhuc anno successit *Ioannes Menradus Vorwaltner*, Ingolstadiensis, *Bernardi Menradi* huius Vrbs *Physici*, vt vocant, filius. Is cum philosophicas disciplinas in Academia nostra didicisset, ac mathematicas etiam publica disputatione sub *Adamo Aigenlero* propugnasset, in studium medicum totus incubuit *Stelzino* ac *Bremio* Magistris vsus. Creatus apud nos an. 1672. Medicinæ Licentiatus in Italiam abiit, ac Paduæ primum Medicinam discendo absoluit, *Doxoris* ibidem laurea coronatus; dein Romæ Medicinam ipse exercuit integro quadriennio. Redux in patriam vix Cambensibus datus erat Medicus, cum ad nostram Academiam vocatur, primum extraordinarius, mox ordinarius Medicinæ Professor constitutus vbi vigesima quarta Octobris solenne principum habuit. Reliquam vitæ illius historiam ad an. 1704. persequemur.

Vigesima septima eiusdem mensis Octobris die nouus etiam Iuris Canonici Professor *Wolfgangus Obermayr* solenne fecit suæ Professionis initium. Venerat is Oeniponto, vbi sacram Iurisprudentiam annis pluribus explicarat, atque hic successu



A.  
1681. Usus erat *Ioanni Baptiste Weiss* primo e Societate IFSV SS. Canonum apud nos Professore, qui decima tertia die Martii sequentis anni 1682. Oettingam veterem abiit, atque tum primum vacuam *Obermayero* cathedram reliquit.

Novembri mense varia Monachio aduenere decreta, a Camera Electorali transmissa. His mandabatur 1.) Vt Rector Vniuersitatis de tertia parte pecunie ex inscriptionibus collectæ residuum traderet *Vicecamerario* Vniuersitatis additis rationibus expensarum. 2.) Vt de stipendiis eorumque administratione mitteretur informatio ad *Camera Electoralem* Monacensem. 3.) Vt a præsentandis illis Parochis, quorum stipendia *Vicecamerarius* ex *Commissione Camera Electoralis* administrat, in posterum Vniuersitas abstineat. 4.) Vt redditus, qui proueniunt de Capitali 1200 fl. quod Serenissimus ALBERTVS glor. mem. Bibliothecæ academicæ deputauerat, eidem deinceps non applicentur, sed tradantur sæpius memorato *Vicecamerario*. Conclusum a Senatu academico ad 1. tradendum esse residuum pecuniam *Vicecamerario*, sed primum finito Rectoratu, & addendas rationes expensæ tantum in genere. Ad 2. iniungendum *Vicecamerario*, vt informationem mittat, sed tantum de iis stipendiis, quæ ipse administrat; non autem de stipendiis facultatum particularium, cum profus contra mentem fundatorum sit, vt horum administratio vel præsentatio alio deuoluatur. De 3tio & 4to uti & de pluribus aliis grauaminibus, per quæ violari viderentur iura Academiæ, scribendum esse ad Consilium intimum.

A.  
1682.

ANNO DOMINI M DC LXXXII.

Rect. CCCCX. *WIRICVS EMBKEN*, I. V. Doctor, S. E. B. Consil. Præfect. in Gerolling, Pandect. Prof. ord. III.

Rect. CCCCXI. *IOAN. GEORG. ZÖPPL*, SS. Theol. Doct. Reuerendiss. & Celsiss. Princ. & Episc. Eichstett. Consil. S. Script. Prof. ord. ad D. Maurit. Parochus.

Inscripti 128.

No.

A.  
1682.

- Nobiles, *Adam. Laurent. Wolfg. L. B. a Fraunhofen.*  
*Ignat. Gugler a Zeilhofen*  
*Christoph. Henric. Felix Zeller ab Ettmansdorf, Palat.*  
*Ferdinand. } a Muggenthal, Schrobenuf.*  
*Ioan. Albert. } a Muggenthal, Schrobenuf.*  
*Maximil. Felix Lösch, L. B. ab & in Hilgertshausen, Boi.*  
*Ioan. Christoph. Castner ab Vnterschnaittenbach, Palat.*  
*Ant. Maximil. Ios. L. B. de Tannberg ab Aurolzmünster.*  
*Franc. Kau. Mattheus Gerbel in Hoff ab Effenbach, Landshut.*  
*Franc. Ant. a Perling, Trugenhofen, Palat.*  
*Franc. Philipp. Sigism. de Baltasaris, Tirol.*  
*Ioan, Ignat. Christoph. de Baltasaris, Carniol.*  
*Franc. Ios. Azinger, a Scherneck, Boi.*  
*Petrus Ant. Comes a Wolkenstein.*  
*Carol. Ios. Stanngl de Neuhaus, Boius.*  
*Nobil. Theophil. a Wangenereck, Flising.*  
*Ioan. Augustin. Schweiger a Lerchenfeld, Labacens. Carniol.*  
*Ioan. Ferd. de Spittaell ex Heshüelen, Westphal.*  
*Ioan. Ios. a Seida in Spandenbergh, Gynzburg. Suen.*  
*Marquard. Franc. } Schenk LL. BB. a Castell.*  
*Franc. Ludouic. } Schenk LL. BB. a Castell.*  
*Ioan. Wolfg. Münch a Münchshausen, Suspergenf. Palat.*  
*Christoph. Godefrid. Ernest a Murach, Palat.*  
*Franc. Ios. Schrenk a Nozing, Schwarzachens. Boi.*  
*Franc. Ios. Schalk de Reichenfeld, Veldkirchens.*  
*Georg. Christoph. Ignat. Schwab ab Altenstatt, Palat.*  
*Franc. Ant. Maximil. Petr. Schrenk de Nozing, Inkhofen & Hechenkirchen &c. Boi.*  
*Ios. Marian. a Leidel in Affing, Berg & Mattenhofen, Monacens.*  
*Ferd. Maria Ant. Comes de Perlo.*  
*August. Christoph. Frideric. Münch a Münchshausen, Suerbergeni. Palat.*  
*Ioan. Casp. L. B. ab Hegnenberg, dictus Dux, ab Oberhaunstatt.*  
*Americus de Cosmis a Capella, Roboret. Ital.*

F 3

Nou.

A. <u>1682.</u>	Nou. Prof. <i>Franc. Roll</i> , Bernau. Raurac. S. I. Prof. Log. <i>Ioseph. Weifs</i> , Friburg. Heluet. S. I. Prof. Mathes. Nou. Doct. <i>Ant. Lindemayr</i> , Ingolstadt. <i>Anaclet. Franc. Feigelius</i> , Monacens. <i>Franc. Ant. Stebler</i> , Monacens. <i>Thom. Bergmiller</i> , Augustan. <i>Franc. Ant. Ebmer</i> , Dingolzing. Boi. <i>Ioan. Andr. Würer</i> , Riedens. Boi. <i>Wolfg. Mattheus Scharrer</i> , Kötzing. Boi. <i>Franc. du Chenoy</i> , Luxemburg. <i>Sebast. Keill</i> , Ingolstadt.	}	Medic.
--------------------	--	---	--------

Februario mense nobis Monachio nunciatus est obitus Professoris Theologiæ dudum emeriti *Petri Braieri*, cuius venerandam memoriam sacra Facultas eodem adhuc anno sequenti encomio honoravit: *Petrus Braierus S. I. Rotundimontanus Heluetus, Philosophiam ac Theologiam in hac Vniuersitate doctus, in eadem postea professus est utramque; illam quidem IV. hanc vero XVI. annis singulari doctrinæ claritate conspicuus, & eximia erga omnes humanitate venerandus. His tamen longe plura maioraque decora religioso sua celandi studio visus est occultare, quorum nec pauca, nec leuia indicia ultimo presertim vite tempore prodere coactus est. Postquam enim docere desuit, pluribus annis partim hic, partim Monachii superiorum studiorum rerumque spiritualium Præfexus, tandem senio cum morbis conspirante, corpore quidem fractus, animo tamen semper erecto perstitit usque ad mortem, quam religiose obiit Monachii die 13. Febr. anno 1682. ætatis 79. inite Societatis 60.*

Eodem Februario mense, cum Magistratus ciuicus nomine Cameræ provincialis Monacensis steuras, vt vocant, extraordinarias Personis academicis indixisset, consultatum est in Concilio pleno, num his collectoribus pendendæ ab illis essent; & concludum, nihil dandum, donec id Monachio ipsi Academicæ fuerit intimatum. Venere autem paulo post a Consilio aulico literæ, quibus demandatum fuit *D. Bassus* Codicis Professori, vt ipse vna cum rei salinaræ Præfecto dictas steuras a personis academicis colligeret. Iam noua exorta est quæstio, quid hac in re, vtpote auctoritati Rectoris & Senatus acad. plurimum de-

A.

1682.

derogante, agendum. Statuere Patres, debere Rectorem ipsum, iunctis sibi Professoribus secularibus illas colligere, & Monachium transmittere, addita ratione huius facti. Quod consilium cum paulo post executioni fuisset datum, Camera provincialis transmissas pecunias non tantum non acceptavit, sed mox Academia remissit, ut constitutis in eam rem *Commissariis* consignarentur; id quod superueniente consilii aulici mandato circa idem tempus confirmatum fuit. Censuit Senatus acad. parendum esse, atque mox eas pecunias *Commissariis* tradidit.

Die tertia Iulii supplicium capitale subiit Miles ille, qui aliquot abhinc mensibus Dominum *Widmann* Monacensem, luris utriusque studiosum interfecerat.

Circa visitationem librorum missum est Monachio circa initium Nouembris decretum Consilii ecclesiastici ad Vniuersitatem sicut ad omnia Electoralia Regimina, ut quorumcumque Bibliopolarum libri spirituales a persona quadam ecclesiastica, politici vero a seculari visitentur. Conclusum est ab Academia; insistendum esse antiquis Serenissimi decretis antehac super ea re ad Vniuersitatem exaratis, atque theologicæ Facultati hoc negotium relinquendum esse.

Cum versus finem huius anni occasione stipendii Abegiani, quod Seniores superiorum trium Facultatum conferre solent, quæstio moveretur, quis in iuridica Facultate pro Seniore habendus videretur, decreta est a Senatu hæc prærogativa D. Doctori *Rath*; eoquod D. *Crohalanza* Professor emeritus ob senium & virium defectum nec frequentare consilia, nec alia seniori munia obire commode posset.

A.

1683.

## ANNO DOMINI M DC LXXXIII.

Rect. CCCCXII. GEORG. WIDMONT *ab Offendorf* &c. II.

Rect. CCCCXIII. DOMINIC. BASSVS *in Sandersdorf* & *Mendorf* &c. III.

Inscripti III.

Nobiles, *Alexander Loets* *ab Arches*, Amberg. Palat.

*Erid.*

A.  
1683.

*Frid. Ios. a Brotreis* in Kulzen, Ambergens. Palat.  
*Casimtr. Lescynski* Comes a Lesno, Polon.  
*Ioan. Petr. Enderlinus* di Montzick, Rhætus.  
*Ambros. Schmid* de Grunec, Com. Palat. Rhæt.  
*Ioan. Franc. Ios.* } *Mändl*, L. B. de Deutenhofen,  
*Ioan. Thadd. Nicol.* } Monac.  
*Christoph Nieborski*, Comes a Krzynoutoga, Pol.  
*Ioan. Bapt. Merzi*, Patric, Trident.  
*Philipp. Christoph. Mabler* de Weissenberg, Veldkirchens.  
*Georg. Godefrid. Werner* a Gollersdorf, Schwandorf.  
 Palat.

*Ioan. Ernest. Eggmillner* ab Auegg, Falkenstein. Austr.  
*Ioan. Guil. Gobel* ab Hofgiebing, Amberg. Palat.  
*Fr. Albert. Ant. Guil. Wager* a Vilshaim, Mäffenhuf. Boi.  
*Ioan. Wenc. de Grünthal* Eques Bohemus.  
*Ferd. Ios. L. B. de Herwarth*, Monacens.  
*Iac. Phil. Kirchmayr* de Ragen & Lambrechtsburg, Tirol.  
*Georg. Rudolf. König* a Thurumbs, Neofor. Palat.  
*Franc. Ioach.* } *May*, Prouincial. Salisburg.  
*Georg. Polycarp.* }  
*Ioan. Adam. Matthias Grosz* de Waldt, Bohem.  
*Ioan. Carol. Hentschel* de Gilgenheimb, Silesius.  
*Fr. Henric. Ios. Mägerl* a Weglertheim.  
*Euseb. Augustin. L. B. a Donnersberg*, Iglingenf. Boi.  
*Ioan. Frid. Schad* L. B. de Mittelbiberach in Warthau-  
 sen & Aisch. Sueu.  
*Franc. Leopold. Schad* &c.

**Nou. Prof.** *Frideric. Inninger*, Landishut. Bau. S. I. Prof. Theol.  
 Schol.

*Iacobus Wiestner*, Veldkirch. Rhæt. S. I. Prof. SS. Can.  
*Bernard. Sonnenberg*, Lucern. Heluet. S. I. Prof. Theol.  
 Moral.

*Balthasar Strobmayr*, Monacens. Bau. S. I. Prof. Log.  
*Adamus Ebreureich*, Donawert. Sueu. S. I. Prof. Ethic.

Iurisdictio academica grauitur hoc iterum anno impete-  
 batur decreto quodam Consilii Aulici, vi cuius *Dopplerus* qui-  
 dam

A.  
1683.

dam Academicus de furtiua venatione accusatus Monachium mittendus erat, ac Consilio Aulico sistendus, ad eiusmodi causas specialiter deputato. Conclufum est a Senatu, non debere illum mitti; sed rogandum esse Sereniffimum, ne rem haecenus inauditam & in graue Vniuersitatis prauiudicium cessuram exigere velit. Antequam haec literae Monachium peruenirent, alatum est alterum decretum, quo iubebatur Vniuersitas *Dopplerum* in Domini Granarii potestatem tradere. Sed repetitae sunt priores preces, & addita informatio ad Consilium aulicum. Demum 23. Febr. lectum est in pleno Patrum academicorum Concilio tertium decretum, ipsius Serenissimi manu subscriptum, quo iterum mandabatur accusati traditio, ita tamen, vt haec iurisdictioni ac priuilegiis Vniuersitatis prauiudicium nullum afferat, nec iste casus in consecutionem deduci vnquam possit. Vigesima igitur quinta eiusd. mensis facta est executio; & mane circa horam septimam rhedae impositus, & comitantibus circitoribus nocturnis, non lictoribus, extra portam ciuitatis deductus est, vbi a lictore militum compedes eius pedibus iniecti sunt; atque ita cum duobus circitoribus eidem in rheda adiunctis dimissus est. Anno primum sequenti compertum est eam *Doppleri* auocationem praecise ex mandato Concilii venatorii factam esse, licet ipsum nomen Serenissimi subscriptum esset.

Die duodecima mensis Aprilis elatum est funus *Ioannis Antonii Crollanza* Iurium Doctoris & Pandectarum Professoris emeriti, qui sexta Aprilis apoplexia tactus, & octaua eiusd. post horam tertiam pomeridianam extinctus est. Funus deportatum primo est ad D. Mauritii templum; inde diuinis peractis officiis translatum ad Patres Franciscanos, & terrae ibidem mandatum fuit cum hoc epitaphio; *D. T. O. M. Praen. Magnif. & Clariff. Viri D. Ioan. Antonii de Crollanza I. V. D. Ser. El. ac utr. Bau. Ducis Consil. nec non in hac alma Vniuersitate Prof. Iurium emeriti, eiusdemque chariffime uxoris Helene natae Bayerin, quae 1671. in Domino obdormiuit, ossa circa hoc altare D. Catharinae tumulata sunt, quibus & altis ex utraque praefata familia fidelibus defunctis Lector eternam precare requiem.* In die exequiarum tricesimo orationem funebrem in defuncti laudes adornauit *Christophorus Klingensperger* Iuris publici Professor. De reliqua huius viri vita perparum nobis cognitum est; ne

G

qui-

A.  
1683.

quidem illius patriam exquirere certo licuit; Tiroloensem tamen opinor fuisse, quod eius nominis familia hodieum apud illam gentem floreat. Scripsit *Ichnographiam Rerumpublicarum generalem atque typani Mundi, seu orbis Romani tam veteris quam moderni S. R. I. Germanici specialem* an. 1674. Item *de Ingressu ac Progressu sacri Militis*, an. 1675.

In cathedra iuris canonici successit mense Octobri *Wolfgango Obermayero Iacobus Wiestner* antehac Theologiae moralis per biennium hic Professor, qui & tertia die Nouembris solenne suum principium habuit, ac ad annum vsque 1700. eam cathedram cum solidissima doctrina, tum editis etiam libris illustravit.

Extraordinariam quandam solennitatem vigesima octava Nouembris in templo academico institutam vna cum ciuibus ac militibus nos quoque concelebrauimus, cum scilicet ob felicem reditum Serenissimi Electoris nostri ex Hungaria atque bello turcico, praemissa oratione sacra Hymnus Ambrosianus inter tubas & tympana ac repetitas tormentorum explosiones decantatus est.

In concilio pleno Vniuersitatis, quod pro more in anagaria, vt vocamus, hyemali congregatum fuit, concludere Patres academici, studiosis deinceps omnibus, sine Oeniponto venirent, sine Bambergae aut Salisburgo, aut quacunque alia ex Academia (vnam si excipias Friburgo-Brisgoicam) in qua *Depositionis* ritus non vigeret, hic subeundam illam esse, ne quidem exceptis Magisterii gradu insignibus, aut Iurium Candidatis; moniti tamen fuere caerimoniae illius ministri, vt in horum *depositione* abstineant tam ab actionibus quam a verbis, quibus *Beanismus* formaliter exprimitur, e. g. *Baccbant* &c.

A.  
1684.

ANNO DOMINI M DC LXXXIV.

Reft. CCCCXIV. IOAN. MENRAD. VORWALTNER, Medic. Doct. & Prof.

Reft. CCCCXV. IGNATIVS RATH, Inffit. Prof. &c. V.

Inscripti 114.

No.

Nobiles ,

*Ios. Fr. Xan. Maximil. L. B. ab Ow, Monacensf.**Hannibal Alphonf. Emmanuel Comes de S in Portia & Brugnara.**Ioan. Bapt. Dominic. L. B. de Leidl.**Franc. Hyacynth. a Viniaco, Stauiacensf.**Paulus Serpontus Mediolan.**Ios. Ludou. Schnorff a Schnorffingen, Badensf.**Guidobald. Comes a Wolkenstein, Tridentin.**Christoph. Ios. Ant. Mändl, L. B. a Deutenhofen in Steeg.**Ignat. Franc. ab Hallerstein, Viennensf. Austr.**Ioan. Ferd. Feyrer de Feyrhofen, Viennensf. Austr.**Franc. Ferd. Mechtlinger a Marchelkofen.**Franc. Carol. Talbamer ab Höchenberg, Tegernseensf.**Vitus Ios. a Wolfswisen, Nideraltahensf.**Maximil. Ioan. Sebast. de Maphais, Monacensf.**Franc. Wigbard. Ignat. Hoffmann. Equi- Viennensf. Austr.**Sigism. Georg. Hyacynth. } tes de Leuch- Glacensf.**Ant. Sigismund. } tenstern, Roschachensf.**Ioan. Maximil. S. R. I. Comes ab Herberstein.*

Nou. Prof.

*Ioan. Bapt. Frölich, Oenipont. Tirol. S. I. Prof. Log.**Ioseph. Azwanger, Bullanensf. Tirol. S. I. Prof. Mathes. & Ling. Sacræ.**Ferdinand. Schönsvetter, Salisburg. S. I. Prof. Ethic.*

Præcipuam scribendi materiam hoc anno suppedi-  
tant Illustræ nostri Academici, ex quibus ordine temporis pri-  
mus occurrit *Georg. Petrus Franc. L. B. ab S in Sandizell*, qui non  
tantum sæpius intra annum in collegiis, vt vocant, *more suo*  
*præclarissime respondit*, quæ verba a quodam eius Professore nota  
reperio; sed & publicam ex vniuerso iure disputationem  
*Klingenspergero* Præside eadem cum laude decima quinta Iulii in-  
stituit. Hunc egregie die 5. Augusti mensis æmulatus est *An-*  
*tonius L. B. de Berkheim*, Electoralis Consiliarii intimi filius, qui  
& ipse ex eadem Iurisprudentia propositis publice thesibus non  
minore sui commendatione disputauit. Ipsam quoque Philoso-  
phiam insigniter illustrauit *Ferdinand. Ioan. Iosephus L. B. ab Haslang*,  
qui inter quindenos Artium liberalium ac Philosophiæ Magi-  
stros primam doctrinæ merito locum est nactus.



A.  
1684.

Ex Actis philosophicæ Facultatis inuat ea, quæ ad octauam Augusti diem de Stipendio philosophico ibidem occurrunt, ad verbum describere; cum enim de stipendio illo hodie, dum hæc scribo, controuersia sit inter dictam facultatem ac Collegii Georgiani Regentem, poterunt fortasse ea alterutri parti pro qualicumque noticia deseruire. Sic autem habent: *Octaua Augusti, consentiente tota facultate & intercedente R. P. Biegeisen S. I. ac Admodum Reuerendo & Excellentissimo Domino D. Poissl Collegii Georgiant Regente collatum fuit stipendium philosophicum D. Ioanni Müller Physice Studiofo, quod prius R. D. Fridericus Ochs per 5. annos habuerat. Est id constatum ex 4. stipendiis, quorum collatio saltem ex parte ad facultatem pertinuerat; unde ex conuentione facultatis cum D. Regente tenetur D. Regens Stipendiato dare victum & habitationem sine exactione supplementi, uti prestitit hætenus Domino Ochs, a quo nullum conuictus supplementum pecuniarium petit, licet alii stipendiati omnes debuerint aliquid superaddere.*

Duos iterum Commissarios Monachio missos hoc anno habuimus *Dominum ab Allmanshausen & D. Reichmair*, illum bellici, hunc reuisorii, ut vocant, Consilii Assessorem. Hi cum inquirere essent iussi in originem incendii, quod vigesima prima Iunii circa medium noctis horrenum, ouile, atque plures officinas œconomicas Patrum Societatis absumpserat, duos præcipue petebant Academicos suo examini sistendos. Reluctabatur aliquamdiu Vniuersitas, sed cum se missos extraordinarie ab ipso Serenissimo, non a quodam Consilio Monacensi dicerent, atque literas etiam reuersales, ut vocant, offerrent, concessum illis est, quod volebant.

Tristissimus casus die 15. Nou. duos inter illustres Adolescentes accidit, *Georgius Franc. L. B. de Liechtenau* Rhetorices studiosus prope ipsam ciuitatem ex incuria, fallente scilicet sclopo, misere occisus est a suo condiscipulo *Francisco Dominico L. B. de Sandizell*; qui, cum confessorium pariter ac Chyrurgum iam iam morituri socio accersiuisset, asylum apud Patres Franciscanos quaesuit. Baro *Liechtenauus* paulo post extinctus die 17. eiusd. in templo academico, in sacello S. Ioannis sepultus est, Patribus academicis ac studiofis omnibus funus comitantibus. Causa dein in pleno Vniuersitatis concilio examinata, cum ma-

nife.

nifestis constaret argumentis, nec præmeditatam fuisse nec de-  
 liberatam eam occisionem, canonica tamen quædam pœna *San-*  
*disellio* dictata est, scilicet vt per semestre singulis mensibus  
 Pœnitentiæ atque Eucharistiæ sacramenta in solatium præcipue  
 defuncti in templo S. Crucis susciperet. Circa expensas in fun-  
 nus faciendas placuit Senatui academico, antequam in hoc tan-  
 quam accessorio puncto ferretur sententia, prius dare locum  
 & tempus amicæ inter vtramque illustrem familiam composi-  
 tionis. Postea tamen Baro *Sandizellius* præter centum florenos,  
 quos pro curando funere iam soluerat, etiam expensas in in-  
 spectione cadaveris ab Vniuersitate factas compensare est iussus.

A.  
 1684.

ANNO DOMINI M DC LXXXV.

A.  
 1685.

Rect. CCCCXVI. IGNAT. CHRISTOPH. KHERL & C. IV.

Rect. CCCCXVII. CHRISTOPH. KLINGENSPERGER, Inst. Prof. II.

Inscripti 160.

Nobiles, *Ioan. Herbardus L. B. de Lampfrizbam.*

*Albert. Sigism. Xau. Ant.*

*Albert. Maximil. Ioan. Caiet.*

} Comites de Lodron.

*Ioan. Ferd. Vischl a Schonstein, Boi.*

*Ios. Wilhelm. Rink a Baldenstein, Santgallenf. Turgoi.*

*Albert. Ioseph.*

} Stieller de Rosenegg, Ratisbonenf.

*Ioan. Caspar.*

*Ios. Ant. a Fels, Ratisbon.*

*Carol. Hieronym. Comes Archintus, Mediolan.*

*Carol. Alberic. Baldiconus, Mediolan.*

*Dominicus Don Rolandus, Casalens. Montisferrat.*

*Camillus de Rodriguez, Hispan. Dominici filius.*

*Ferd. Ios. Ewald. L. B. de Kleist.*

*Franc. Ios. Frey de Schönstein.*

*Franc. Henric. a Gözengrien, Teisbacenf. Boi.*

*Wolfg. Ferd. a Pöckenzell, Bau.*

*Ioan. Maximil. Adeodat. Franc. Sigism. L. B. a Muggenthal.*

G 3

Ioan.

A.  
1685.

- Ioan. Ant. a Stachelberg, Tirolens.*  
*Franc. Ant. Sebast. a Sattelberg, Oenipont.*  
*Wolfg. Sigism. a Kyrnberg, Viennens.*  
*Vitus Constantin. L. B. de Seeau, Austriac.*  
*Ferd. Xau. Ligsalz ab Ascholding, Monacens.*  
*Ios. Franc. L. B. de Edlbeck, Bau.*
- Non. Prof.** *Georgius Spitznagl, Kissing. Bau. S. I. Prof. Theol. Schol.*  
*Iacobus Wex, Altkirch. Suntgoi. S. I. Prof. Theol. mor.*  
*Christoph. Rastler, Constant. Acron. S. I. Prof. Log.*  
*Franciscus Mouleto, Straubing. Bau. S. I. Prof. Ethic.*  
*Ioseph. Adlmann, Eustadian. Franc. S. I. Prof. S. Ling.*  
 & Mathes.
- Non. Doct.** *Menradus Kugler, Reuerendiss. & Sereniss.*  
 Princ. & Episc. Frising. ac Ratisb. Consil. Eccl. Insignis Colleg. Eccl. ad S. Andream Can. ad D. Georg. Parochus, Interaquensis Decanus natus.
- Georg. Wolfg. Ammon, Parochus & Decanus,*  
 nec non Sanctimonialium Confessarius  
 Geisenfeldæ. } *Theol.*
- Nicolaus Schreiber, Pressatens. Palat. Parochus*  
 in Windischeschenbach.
- Ioan. Christian. Auer, Abensberg. Boi.*  
*Thomas Fetz, Castellanus Palat.* } *Medic.*  
*Ioan. Vitus Weinberger, Ambergens. Palat.* }

A funeribus hunc iterum annum exordior. Die octaua Ianuarii pie in Domino defunctus est *Iosephus Azwanger* S. Linguz & Matheseos Professor, postridie sepultus in Templo S. Crucis presente Rectore Magnifico. Ex studiosorum numero perpauci aderant, quod scilicet affixo programme convocati haud essent. Nondum expleto Theologiae curriculo applicatus est *P. Iosephus* ad disciplinas mathematicas priuatim tradendas a mense Maio vsque ad octobrem superioris anni, cum publicam atque ordinariam conscendit cathedram, quam vix per integrum trimestre tenuit, cum contra omnium opinionem in ætatis flore nobis ereptus est, atque spes maximas de se conceptas secum tumulto intulit.

Tri-

A

Tristius nuncium eodem mense Ratisbona accepimus: 1687.  
 pretiosam scilicet animam ibidem 18. Ian. posuit Reuerendissimus ac Celsissimus S. R. I. Princeps & Episcopus Eichstettensis **MARQVARDVS II.** Vniuersitatis nostræ Cancellarius XI. & ad Comitiam Imp. Ratisb. *Commissarius*, vt vocant, *Principalis*. Natus hic ex illustri familia Baronum *Schenkiorum de Castell*, anno 1636. Princeps ac Episcopus Eichstettensis electus, Ecclesiam suam difficillimis temporibus per annos quadraginta nouem sapientissime rexit. Cumque anno 1669. Comitibus Imperii Ratisbonensibus nomine Cæsaris præsidere esset iussus, tam digne hoc munus gessit, vt in meritorum remunerationem eius familia S. R. I. Comitum titulo ac dignitate ab Imperatore fuerit ornata. Vniuersitas defuncto suo Cancellario exequias celebravit vigesima prima Februarii, perorante in Eius laudem Procancellario. Die 13. Martii in eius locum subrogatus est **IOANNES EVCCHARIVS** itidem ex *Schenkiorum de Castell* familia ortus, antea Ecclesiæ Cathedralis Præpositus.

Eodem die, quo memorata Electio Eichstadii facta est, extulimas Ingolstadii funus *Ioannis Comitiss de Berlo, L. B. de Coquier &c.* huius Urbis Gubernatoris, die sexta eiusdem mortui. Interfuerunt funeri Rector Magnificus & Professores omnes per Pedellum inuitati, & studiosi affixo programme citati. Habitu exequiæ in templo D. Mauritii, dictaque ibidem oratio funebris a Concionatore eius loci ordinario; tum deportatum funus ad Patres Franciscanos. Successor in Gubernatoris officio decima quinta Iulii aduenit Comes *Antonius de Montfort*.

Post hæc funera parum absuit, quin & ipsum Vniuersitatis nostræ caput morti succumberet. Septima die Aprilis mane cum Icti nostri concilium quoddam in stuba academica celebrarent, *D. Ignatius Rath p. t.* Rector Vniuersitatis repente hemiplexia tactus concidit, ac ibidem, quod omnis motus periculosus haberetur, decubuit ad vndecimam vsque dicti mensis, qua ad proprias ædes translatus est.

Funesta hæc anni initia lætiosæ tandem exitus coronauit. Inuisit ad nos quinta die Nouembris Serenissimus Dominus ac Elector noster **MAXIMILIANVS MARIA EMMANVEL**, ac quod communem læticiam præcipue auxit, adduxit secum Serenissimam, quam

A.

**1685.** quam paulo ante duxerat, Coniugem **MARIAM ANTONIAM IOSEPHAM** Imperatoris **LEOPOLDI** filiam vna cum aliis Serenissimis Principibus. Exceperunt Patres academici circa mediam sextam vespertinam aduenientes Serenissimos; die autem octava dicti mensis ad alloquium seu *Audientiam*, vt vocant, sunt admissi, vbi omnium nomine Rector Vniuersitatis, *Christophorus Klingensberger* Serenissimum latina, Serenissimam vernacula oratione salutavit, atque libellum eisdem obtulit, *Thronum Gloriae Serenissimis sponjis erectum* a *M. Georgio Mandl S. I.* compositum, Clementissime respondit vterque Princeps; ac Serenissimus quidem *Magnifici* etiam titulo Rectorem compellauit. Postridie eius diei, quæ erat nona Nouembris, paulo ante decimam matutinam ad manus osculum iam tertio admissi reuerentiam nostram exhibuimus Serenissimis Principibus Geisensfeldam ad venerationem abeuntibus.

Die 17. Decembris solennissimam ex Philosophia disputationem summa cum laude instituit *Ferd. Laurent. Franc. Xau. Comes de Tilly & Braittenege &c.* præside *Balthasaro Strobmair* Methaphysices Professore. Respondit Dominus Comes ad obiecta argumenta stans, sed tecto capite: Inuitavit postea oportuno quodam die totam Facultatem philosophicam ad splendidum conuiuium.

A.

**1686.**

## ANNO DOMINI M DC LXXXVI.

Rect. **CCCCXVIII.** **VITVS NORBERT. FEIGELIVS**, Phil. ac Medic.  
Doct. S. B. E. Consil. Med. Prof. ord.

Rect. **CCCCXIX.** **WIRICVS EMBKEN**, Prof. Pandect. &c. **IV.**

Inscripti 164.

Nobiles, *Ioan. Ernest. a Pflaumern*, Biberacens.

*Ioan. Franc. Henric. L. B. de Heguenberg* ab Hauastadt,  
Dux appellatus.

*Ioan. Guil. Ortner* ab Ortt, Schardingens.

*Albert. Iacob. Ioan. Frenauer* ab Offenstetten.

*Franc.*

A.

*Franc. Adam. Roman. L. B. de Freyberg, Mauerkirchenf. 1686.*  
 Böi.

*Georg. Reinhard. Haim ab Haimenhofen, Augustan.*

*Ioan. Carol. Ant. Fieger L. B. a Fridberg*

*Paul. Ant. Keyholz de Bodenstern, Palatin.*

*Georg. Sigism. a Neuburg in Pasing, Boius.*

*Ioan. Maximil. Ios. Ant. Comes de Lamberg, Salisburg.*

*Ios. Fr. Xau. L. B. a Seyboldsdorf, Boi.*

*Maximil. Ios. Comes a Tauffkirchen, Boi.*

*Wencesl. Warmund. Franc. } a Wernle, Straubing.*

*Maurus Ioan. Georg.*

*Ioan. Ios. Ant. Anastas. de Maffeis, Vilsbiburg. Boi.*

*Ignat. Amand. L. B. Vogt de Altensameran & Prasberg in  
 Daxwangen, Markdorfens.*

*Ioan. Ernest. Ludou. Schirer de Waldheim, Augens.  
 Sueu.*

*Carol. Oskanian. Ant. ab Im Hof, ab & in Ginzlhofen.*

*Ioan. Ios. L. B. ab Im Hof in Vndermaittingen.*

*Ioan. Gerhard. Winkens ab Oteren, Regiomontan.  
 Boruff.*

*Ioan. Ios. in Olexou Gniemasque Eques Polonus.*

**Non. Prof.** *Ebrnfridus Creuzen, S. I. Prof. Log.*

*Franc. Xau. Amrbya, Lucern. Heluet. S. I. Prof. Ethic.*

Ianuario mense delatum est ad Academiam decretum electorale, quo iubebatur *Ignatius Rath* Archiuum Vniuersitatis, cuius eura ob infirmam valetudinem habere iam non posset, tradere *Christophoro Klingensperger* tunc Reктору Vniuersitatis.

Cœperunt ad eiusdem anni initium grassari febres tunc garicæ, a militibus, vt erat suspicio, haustæ. Prostrauerant illæ non paucos ex Academicis, quosdam omnino absumserant, atque inter hos *Franciscum Dominicum L. B. a Sandizell* Logicæ Studiosum, illum ipsum scilicet, de quo ad an. 1684. Obiit is decima tertia Maii, sacris omnibus egregie munitus, assistente eius agoni *Iacobo Wiesnero* Iuris canonici Professore. Funus comitati sunt Academici & Gymnasistæ omnes.

H

Luctuo-

A.  
1686.

Luctuosus est fatum, quod e nobilioribus Academicis quidam subiit, *Franc.* scilicet *Ant. Sebastianus a Sattelberg* Oenipontanus, Iurium studiosus. Hic cum extra portam danubianam per paludem modicam equitaturus primo vna cum equo aliquantum immersus hzisset, ab equo descendens, prout in paludem lapsus, misere suffocatus est. Iuuenis erat optimorum morum, & paucis ante diebus SS. Sacramentis expiatus.

Ex Philosophia solennius iterum hoc anno disputatum est. Tres Religiosi ex ordine Eremitarum S. Augustini Præside *Balthasare Strobmaier* in arena comparuerunt, propositis in libello thesibus, quas Illustrissimo D. Urbis Gubernatori Comiti *Montfortio* dedicarunt. Interfuit is disputationi toto antemeridiano tempore, occupauitque locum primum ex parte Iuristarum elegantius ornatum, e regione Rectoris Magnifici, qui tamen ipse non comparuit. Illustrissimi Thesium Patroni loco ac nomine argumentum primum proposuit *Henricus Scheifler* Facultatis medicæ Senior.

A.  
1687.

### ANNO DOMINI M DC LXXXVII.

Rect. CCCXX. IOAN. GEORG. ZÖPFEL, Prof. S. Script. &c. II.

Rect. CCCXXI. IOAN. HENRIC. SCHRIFLER, Medic. Prof. &c. IV.

Inscripti 131.

Nobiles, *Nicolaus, Marchio ac Comes Pallaniscinus, Cremonens.*

*Franc. Ioach. Ios. ab Offenbach.*

*Hermann. Ioan. Bapt. L. B. a Sandisell ab Edelzhausen.*

*Ioan. Barthol. L. B. de Berchem.*

*Marquard. Ant. L. B. de Lerchenfeld.*

*Ioan. Ant. a Deyring in Hohenthan, Landishut.*

*Laurent. Ferd. a Mollendorf, Venetus.*

*Ios. Franc. Adam. Comes de Thurn & Taxis, August.*

*Franc. Christoph. Ios. a Rodt, Busmanshuf. Suen.*

*Guil. Ant. a Perling, Pertolzhem. Neopalat.*

*Ioan. Franc. de Saffel & Ruffet, Haberiens. Sabaud.*

*Philipp. David Im Hoff, August.*

*Albert.*

A.  
1687.

*Abert. Ernest. ab Im Hoff & in Ginzlhöfen, Monacens.*

*Max. Emmanuel Caiet. L. B. a Neubaus, Monacens.*

*Ioan. Adrian. L. B. Im Hoff, Dominus in Vndermaittingen, Augustan.*

**Nou. Prof.** *Georg. Prugger, Oenipont. Tirol. S. I. Prof. Log.*

*Felix Poll, Tridentin. S. I. Prof. S. Ling. & Math.*

*Melchior Friderich, Landsberg. Bau. S. I. Prof. Ethic.*

*Renatus Paulinus, Brisacens. Brisgoi. S. I. Prof. Mathes.*

**Nou. Doct.** *Ioan. Georg. Spengler, Ciuitatis Constantiensis Syndicus, & Inst. Imp. designatus Professor ibid. Vir. Iur.*

*M. Melchior Lindauer, Weichingens. Boi.*

*M. Georg. Benedikt. Hinkelmann, Ingolst. Boi.*

*M. Ioan. Georg. Winkler, Landshut. Boi.*

*M. Hieronym. Carol. Berkmueller, August. Suen.*

} Medic.

Ipso Ianuario mense ad Academiam nostram accessit *Nicolaus Marchio Pallauicinus*, Rhetoricæ daturus operam. Cum & de hoc iterum dubitaretur, an Comites reliquos, in Vniuersitate ipso antiquiores præcedere deberet, Rector Magnus Patrum academicorum suffragia, missis ad eosdem literis encyclicis, explorauit. Inducatum est, nec huic, nec cuiquam alteri Marchioni, qui simul Princeps non esset, quales nostri sunt in Germania Marchiones, præ reliquis Comitibus deferendam esse quamcunque prærogatiuam, nisi quæ ratione longioris commorationis in Vniuersitate eidem competeret. Atque huic quidem sententiæ Marchio Pallauicinus facile acquieuit.

Ex nostris Philosophiæ Professoribus *Ebrenfridus Cretzen* quarta Februarii Oenipontum abiit, tuturus ibidem Instructor Ianiorum Principum Serenissimi Ducis Lotharingiæ, postulantis illum ad id muneris Serenissimis Parentibus. Eius loco Philosophiam, quam paulo ante absoluerat, docere iterum cepit *Balthasarus Strobmaier* S. Lingue hætenus & Matheseos Professor; hæc interea ad Octobrem vsque mensẽ excepit *Renatus Paulinus*, cui denique *Felix Poll* successit.

*Ioannes Georgius Spengler* ciuitatis Constantiensis Syndicus, qui studiis iuridicis Lincii in Austria absolutis, Licentiam in utroque iure superioribus iam annis in nostra Vniuersitate con-



**A.**  
**1687.**

secutus fuerat, supplicauit hoc anno Facultati iuridicæ, vt, quoniam ab Augustissimo Imperatore Institutionum Imperialium Professor in noua Vniuersitate Constantiensi, quo illa scilicet Friburgo Brisgoiæ translata erat, designatus esset, supremum Doctoris gradum Constantiæ assumere sibi liceret, interpositis etiam a mox dicta Vniuersitate literis intercessionis. Iam declarauerat Ictorum nostrorum Collegium eius sese precibus consentire, si tamen præstanda ex more prius præstitisset, cum mense Octobri ipse Constantia huc aduolat, ac priuatim sibi conferri gradum doctoralem petit, eoquod tamdiu morari hic non posset, dum omnia pararentur necessaria ad publicam inaugurationem, cum statim post festum Omnium Sanctorum auspiciari Lectiones publicas deberet. Accessit, quod vix vllitum adessent studiosi, præsertim Iurium, vt adeo exigua fuisset futura solennitas actus publici. Quibus aliisque rationibus permota facultas consultissima has quoque illius preces audiuit, ac vigesima secunda dicti mensis Octobris in stuba academica per *Georgium Widmont ab Offendorf* Pandectarum Professore Vtriusque Iuris doctoratum eidem priuatim conferendum decreuit; quod quidem illo adhuc tempore rarum erat, & extraordinarium.

Die decima septima Nouembris Monachio aduenit Illustr. ac Excell. Dominus *a Leidl* Vicecancellarius, & Serenissimi nostri Commissarius ad Vniuersitatem, in caussa scilicet reformandæ in quibusdam Academiæ, quod ipsi munus iam biennio abhinc fuerat impositum. Monitus de eius aduentu Rector Magnificus misit Decanos iuridicæ & medicæ Facultatis, qui nomine Vniuersitatis ipsum exciperent. Tum ad curiam academicam conuocatis Patribus circa medium tertiz, ipse paulo post adfuit Dominus *Commissarius*, cui ad scalas occurrit Rector cum aliquot Professoribus, qui ad *stubam* illum deduxere. Primo loco consedit *Commissarius*, tum Rector, Procancellarius, & reliqui ex ordine Professores, ac post omnes Dominus *Prielmayer* Secretarius. Primo omnium D. *Commissarius* rationem reddidit, cur cœpta ante biennium *commissio* hæctenus fuerit protracta; tum per *Prielmayerum* Secretarium legi curauit decretum Serenissimi, quo notabantur inprimis defectus quidam singularum fere facultatum; deinde pro-

A.

promittebatur, in posterum valituras iterum nostras præsentationes ad stipendia & beneficia. Perlectis omnibus mox abiturus e conuentu D. *Commissarius* subiunxit, siquid porro haberent Patres academici, quod in bonum Academiæ proponendum putarent, se id libenter auditurum, atque propterea se in alterum vsque diem hic perstiturum. Instituto igitur concilio cum varii varia afferrent, in sequentia denique puncta, quæ proponerentur, conuentum est. 1. Vt quatuor iterum academici conuictum Magistri, vt vocantur, constituantur, qui vt melius suos & leuiori pretio habere possint, vectigalibus, gabellis & aliis huiusmodi oneribus eximantur. 2. Vt Magistri Linguarum, Saltationum &c. iurisdictioni academice subiiciantur. 3. Vt iura præsentandi integre, quoad effectum, nobis restituantur. His subiungi placuit, quamlibet Facultatem accuratius perpenfuram, quid in rem suam futurum sit, idque scripto tradituram. Atque hæc cum die altero Rector Magnus ac quatuor Decani D. *Commissario* exposuissent, responsum nihil, præterquam futurum, quod fieri posset.

Huc fere pertinet, quod ab eodem Senatu academico decima septima Decembris conclusum est, scilicet, coniunctis viribus laborandum esse, vt a Serenissimo impetretur, ne in posterum tantus militum præcipue nouorum numerus huic vrbi imponatur, sed potius præsidium in antiquum statutum, & ad certum militum veteranorum numerum reducat; idque vel maxime ab Vniuersitate vrgendum esse, quod experientia docuerit, ab eo tempore, quo milites in tanta copia hanc in urbem fuissent coniecti, fere quotidianas fuisse studiosos inter & milites rixas, atque homicidia etiam nonnulla. Huiusmodi autem incommoda a præsidiariis & veteranis militibus non esse timenda. Videri etiam hoc a Serenissimo impetrari tanto facilius nunc posse, quod Illustrissimus Vrbis Gubernator Comes *Montfortius* in id ipsum inclinet, & Serenissimus omnibus modis emolumenta Vniuersitatis atque incrementa promouere intendat. Quid hocce consilio effectum fuerit sequentium annorum facti docebunt.

H 3

AN.

**A.**  
**1688.**

**ANNO DOMINI M DC LXXXIIX.**

**Reft. CCCCXXII. GEORG. WIDMONT** *ab Offendorf &c. Prof. Pandect. & Process. crim. III.*

**Reft. CCCCXXIII. DOMINIC. BASSVS** *in Sandersdorf, Mendorf, & Eggersberg &c. Prof. Cod. IV.*

**Inscripti 166.**

**Nobiles, Ios. Christoph. de Paderskirch, Günzburg. Suen-**

**Christoph. Erdmann. } a Pudewels, Palatin.**

**Franc. Henric.**

**Franc. Ant. Ios. Damian, Carol. } LL. BB. a Welden, Ra-**

**Ioannes Guilielmus } tisbonenf.**

**Franc. Guil. L. B. a Pelkonen in Mosweng.**

**Ioan. Franc. L. B. a Somigliano, Mediolanenf.**

**Franc. Ant. L. B. de Im Hoff ab & in Vntermaittingen.**

**Hieronymus Comes Archintus, Mediolanenf.**

**Max. Franc. a Scharfseed in Kollersaich, Monacenf.**

**Henric. Suicard. Oswald. L. B. a Sickingen, Can. Treuir. &c.**

**Ferd. Marquard. Ios. Ant. Comes de Wartenberg.**

**Ioan. Franc. Ignat. L. B. a Seyboldsdorf.**

**Frideric. Christian. } von der Borch, Paderbornenf.**

**Ferdinand. Otto }**

**Ioan. Christoph. } Comites a Wildenstein, Græcensf. Styr.**

**Franc. Augustin. }**

**Ioan. Carol. Lederer a Iiliensfeld, Labacensf. Carniol.**

**Marquard. Wilibald. Ant. Schenk Comes a Castell.**

**Ferd. Ios. Mäperl a Wagleitter, Riedensf. Boi.**

**Ios. Ant. de Cazan, Neoforenf.**

**Georg. Ios. Ant. L. B. a Clofen in Haidenburg.**

**Georg. Augustin. a Siggen - & Allershausen, Hartensteinf. Palat.**

**Franc. Ant. Bernard. L. B. in Höbenkirchen in Paar, Boi.**

**Ioan. Carol. Schmid L. B. de Haal - Piernbach & Schönbrynn, Monacenf.**

**Ioan. Wilhelm. a Werdle in Adlsried, Monacenf.**

**Ioseph. a Delling in Hueb, Monacenf.**

**Ios.**

A.  
1688.

*Ios. Abraham Orttner* ab Ortt, Schärding, Boi.  
*Carol. Ios. Ludou.* } LL. BB. ab *Vlm* in Erbach.  
*Euchar. Franc. Ant.* }

Non. Prof. *Ioannes Banbolzer*, Constant. Acron. S. I. Prof. Theol. Schol.

*Matthæus Drattenberger*, Bruneggens, Tirol. S. I. Prof. Theol. mor.

*Andreas Waibl*, Vberling. Acron. S. I. Prof. Mathes.  
*Baubas. Adlmann*, Eustad. Franc. S. I. Prof. Ethic.

Die nona Maii peracta est Eichstadii solennis consecratio Reuerendissimi & Celsissimi Principis ac Episcopi IOANNIS EVCHARII iam triennio abhinc electi. Ad eum actum Academia nostra præter morem priorum temporum non fuit inuitata; hinc & nullus ex Nostriis eidem interfuit. Exhibuit vero nobis Idem Reuerendissima aliud paulo post singularis suæ benevolentię argumentum, cum ad intercessionem Senatus academici cuidam militię suæ desertori Vniuersitatis paulo antea membro, capitis supplicium remisit, atque id ipsum honorificis literis nobis significauit.

Philosophiam nostram insigniter hoc anno illustrarunt duo Comites Itali *Carolus de Archinto* Metaphysicæ & *Hannibal de Porcia* Logicæ studiosus, qui simul ambo vigesima prima Iulii problema mathematicum proposuerunt; atque alias sæpius publica doctrinæ specimina ediderunt. Non minorem virtutis atque eruditionis commendationem meritus est *Hermann. Ioan. Bapt. L. B. a Sandizell* Shongauensis, qui finita hoc anno Logica Landsbergam abiit ad tyrocinium Societatis IESV. His accessit *Maurus Kuebeck* O. S. B. Professus in Mallersdorf, qui vigesima tertia eiusdem mensis ex vniuersa Philosophia publice disputauit insigni cum laude, ac primum etiam locum inter nouendecim Magistros a *Christophoro Raslero* creatos obtinuit.

Decima nona Octobris hora octaua matutina post triginta horarum agonem pie in Domino obiit *Ignatius Rath* I. V. D. Serenissimi Bau. Ducis Consiliarius & Iuris publici Professor ord. ac Facultatis Iuridicæ Senior, vigesima secunda eiusdem mensis sepultus. Fuit is *Arnoldi Rathii* filius, & inde ab anno 1663. Iura in nostra Vniuersitate explicauit.

Inter

A.  
1688.

Inter Facultatis theologicæ Professores eodem Octobri  
 menſe memorabiles quædam mutationes accidere. *Andreas*  
*Waibl* Theologiæ ſcholæſticæ per integrum octennium hic Pro-  
 feſſor ad Mathematicam lectionem quam antea pluribus annis  
 profeſſus fuerat, hoc anno rediit, & *Ioannem Banbolzer* ſucceſ-  
 ſorem habuit. *Jacobus* autem *Wex*, poſtquam Theologiam mo-  
 ralem triennio hic explicavit, Oenipontum translatus eſt ad  
 prælegendum Jus Canonicum. Huic ſucceſſit *Matthæus Dratten-*  
*berger*, Dilingæ antea per annos vndecim Theologiæ ſcholæſti-  
 cæ Profeſſor.

A.  
1689.

ANNO DOMINI M DC LXXXIX.

Reſt. CCCXXIV. IOAN. MENRAD. VORWALTNER, Prof. Me-  
 dic. &c. II.

Reſt. CCCXXV. IGNAT. CHRISTOPH. KHERL, Prof. Controv.  
 Fid. &c. V.

Inſcripti 143.

Nobiles, Ioan. Franc. L. B. de Neubaus.

Ioan. Wolfg. Ignat. Egon L. B. a Neubaus.

Wolfg. Joſ. Hugo de Scherer in Hohencrentzberg, Pro-  
 vinc. Auſtr.

Chriſtoph. Adam. a Sazenbofen in Wildenau, Eques Palat.

Franc. Maximil. ) de Puckb, Auguſtani.

Nicol. Ignat.

Wolfg. Honorius L. B. de Auersberg, Auſtriac.

Maximil. L. B. ab Hacklberg, Auſtriac.

Franc. Ant. )

a Granow Wodzicki, Equites Poloni.

Cæſimir. Mich. )

Rudolph. Henric. de Schönſtett, natus in March. Branden-  
 burg.

Ioan. Ignat. Schrenk a Nozing, Can. Berchtoldsgadenſ.

Franc. Marquard. Trainer ab Hörmansdorf & Martinsbuch,  
 Can. Berchtoldsgadenſ.

Chri-

- A.  
1689.
- Christoph. Erdmann. L. B. de Pudèvels*, Palatin, recognou.  
*Iac. Ant. Gerbl de Stoff*, Landishut, Bau.  
*Ioan. Ant. de S in Asch*, Deggendorf.  
*Ioan. Frid. Ignat. Münsterer* ab Holzhamer & Stöffling,  
 Palatin.  
*Ioan. Ios. Schrenk* a Nozing in Adlhausen.  
*Ios. Ant. L. B. de Røst*, Rottenburg. ad Niccarum.  
*Philipp. Henric. Godfrid. ab S ex Hees*, Nassauio - Sigenfis.  
*Ios. Henric. a Lemmingen* ex Culmein, Auerbacens. Palat.  
*Georg. Ios. Schrenk* a Nozing, Eggmating, Inkhofen &  
 Hohenkirchen, Inkhof. Boi.  
*Ioan. Casp. Gabriel Barth* ab Harmating & Bassenpach,  
 Walgstattens. Boi.  
*Ioan. Bernard. Gustau. Renner* ab Almandingen, Sueu.  
*Christoph. Albert. Pancrat. Auer* L. B. a Wenkel, Thurn-  
 thening & Ottering, Boi.  
*Ios. Ioach. Clemens S. R. I. Comes in Rbeinstein & Tattenbach.*  
*Adam. Anton. } Furder* a Beizkofen & Neifang.  
*Franc. Ioseph. }*  
*Ioan. Franc. Bayer*, Eques Polonus.

Institit sub huius anni initium Illustrissima Domina Comes de Wartenberg apud Serenissimum Electorem, vt filio suo *Ferdinando* Logices studioso prior locus ante reliquos Comites concederetur. Petiit Serenissimus hac de re informationem a Patribus academicis; cum autem hi per superiora tempora simile exemplum in suis diariis non inueniri scriberent, ac proinde totum negotium Serenissimi nutibus subiicerent, omnis deinceps quæstio de hac *precedentia* omissa est. Illustris quoque Dominus *L. B. de Lösch* similem inter Barones academicos prærogatiuam affectabat, quod ipso hoc anno a Serenissimo clau aurea esset exornatus, seu, vt communior phrasis est, quod Serenissimi *Camerarius* esset effectus. Sed, quod petebat, non obtinuit. Tertius eandem causam mouit *Ioan. Bapt. Dominicus L. B. de Leidl*, qui, cum diutius iam in Academia substitisset; atque hoc primum anno pro Barone se gereret, cupiebat nihilominus ratione *precedentia* priora etiam tempora computari: verum & ipse scopo suo excidit.

A.  
1689.

Illā vero laudabilissima eodem tempore Illustrium nostrorum Academicorum æmulatio eminuit, cum diligentia atque eruditionis laude antecedere reliquos impigre laborarunt; quod quidem omnium felicissime consecuti sunt *Hannibal Alphonsus Emanuel Comes de Porcia* & *Ioannes Franciscus Adamus Romanus L. B. de Freyberg Maurkirchenſis*, quorum hic inter duos & viginti Philosophiæ Magistros, ille inter nouendecim Baccalaureos primum locum doctrinæ merito obtinuit. Accessit disputatio publica, quam idem *Comes Porcia* ex Mathesi summa cum laude instituit, Patrono thesium Reuerendissimo ac Serenissimo S. R. I. Electore atque Archiepiscopo Colon. Episcopo Frising. & Ratisbon. JOSEPHO CLEMENTE e Ducibus Bau. Præside *Andrea Waibl* Mathematices Professore ord.

Vigesima secunda Iunii in Collegio Patrum Societatis occidit magnum quondam Academix nostræ tydus, *Christophorus Haunoldus* Soc. IES. Presbyter & emeritus apud nos Professor, quippe qui annis tribus Philosophiam, tredecim vero Theologiam docuerat. Huius viri quanta in hanc Academiam, & in omnem rem literariam fuerint merita, pulcherrime testatur facultas sacra in Elogiis Virorum Illustrium, descriptis in Auditorio theologico, his verbis: *Christophorus Haunoldus S. I. Alen-thannensis* Botus, non tam a Natalium claritate, quæ etiamnum adolescentem inter nobiles Aula Monacensis Ephebos adlegerat, quam scientiarum fama, quam postmodum qua ore, qua calamo ab erudito sibi orbe comparauit, in paucis memorandus. Sex annis Philosophiam, quindecim Theologiam partim in Friburgo-Brisgoica, partim in Ingolstadiana Academia tradidit, ea cum ingenii profunditate, maturitate Iudicii, docendique claritate, ut merito inter summos sui temporis Doctores sit computatus. Loquantur viri præstantiam complura in lucem edita Librorum monumenta, quæ cum subinde per octennium Præfectum studiorum ageret, cum ex vniuersa Theologia potissimum, tum etiam de iure & Iustitia mira facilitate doctissime elucubrauit. Obiit Ingolstadii meritorum & dierum plenus an. 1689. 22. Iun. ætatis 79. Sed multo illustrius præclarum Virum commendant conscripti ab ipso libri, quorum hic est catalogus: *De Ortu & interitu anime rationalis &c.* Dilingæ 1645. *Tractatus de Generatione & Meteoris &c.* MS. *Defensio pro Infalibilitate Ecclesia aduersus Herm. Conring.* Ambergæ 1654. De dispo.

*dispositionibus lacrativis, donatione, successione &c.* Ingolst. 1657. *Institutionum theologicarum Libri IV.* Ingolst. 1659. *Curfus theologicus, sive Theologiae speculativae Libri IV. respondentes Partibus Summæ D. Thomæ,* Ingolst. 1670. *Controversia de Iustitia & Iure Privatiorum uniuerso in 4. Tomos digesta.* Ingolstad. 1671.

A  
1689

Dignus est, quem facti nostri celebrent, dies decimus quartus Augusti mensis, quo summos orbis christiani Principes intra mœnia nostra venerari nobis licuit. Circa meridiem eius diei urbem ingressa est Serenissima ELEONORA MARIA Augustissimi Imp. LEOPOLDI soror, Poloniæ primum Regina, tum Serenissimi CAROLI V. Lotharingiæ Ducis Coniux; hanc circa octavam vespertinam consecuti sunt Augustissimus Imperator Rom. LEOPOLDVS cum Augustissima Coniuge, Serenissimus item IOSEPHVS Rex Hungariæ cum Serenissima Sorore sua, nostra Electrice. Paulo post Neoburgo aduenit Serenissimus Princeps Electoralis Neoburgicus cum fratre CAROLO, & Sorore futura mox Hispaniæ Regina. Patres academici aduenientes Augustissimos Hospites in interiore arcis ponte præstolati, facta exscensione eosdem inter reliquum Comitatum aulicum per scalas præcesserunt, atque ad primum vsque conclaue deduxerunt; die tamen altero, qui erat Assumptæ B. Virgini sacer, cum in templo S. Crucis rei diuinæ Principes interessent, neque in itu neque in reditu eosdem comitati sunt; quod illud honoris genus soli Serenissimo Electori nostro exhiberi consueuerit. Ad alloquium tamen admissus est eodem die sub medium sextæ vespertinæ totus Senatus academicus. Prælata fuerunt scepra, secutus est Rector Magnificus & Professores omnes in togis atque epomidibus. Oratiunculam habuit Rector Vniuersitatis, qui Augustissimo felicem inprimis aduentum, tum lætissimum victoriarum cursum gratulatus, ac precatus eidem prospera omnia, tandem vobram Vniuersitatem demississime commendauit. Augustissimus tecto capite, stans, expedite terseque latina lingua respondit, gratissimo animo se recognoscere hoc Patrum academicorum studium; quo venienti se sistere ac felicia quæque precari voluissent: Sibi eandem Vniuersitatem tum ab antiquitate, tum a doctrinæ celebritate dudum fuisse cognitam, eoque etiam nomine cariorem, quod Colendissimus Auis laus



A.  
1689.

Ferdinandus II. in eadem studiorum suorum cursum conficere voluisset. Cæsaream proinde gratiam & fauores eidem ac omnibus & singulis eiusdem membri se polliceri &c. Post hæc singulos ad manus osculum clementissime admisit. Decima septima eiusd. circa medium tertiæ pomeridianæ Principes omnes hinc Neoburgum abiere.

Eodem mense Augusto, die vigesima septima elatum est funus Reuerendi Domini *Ioannis Nicolai Chardonillet*, Sacerdotis & Linguarum Magistri emeriti, cui deducendo etiam Professores interfuerunt, & Studiosi affixo programmate inuitati. hic cum in Dioecesi Eichstadiana ordines quidem sacros recepisset, *Beneficiatus* tamen non esset, dubitatum est, an consecratio inuentarii & testamenti executio ad *Celissimum Eichstettensem*, an vero ad *Academiam* spectaret. Reliquerat vero moriens ex meris bonis industria sua collectis sex prope millia florenorum in parata pecunia, quam R. D. Procancellarius, qui morienti adstiterat, mox adhibito Notario sigillo *Academix* obsignari iussit. Cum vero Prætor civicus sigillum istud bis auulisset, atque illud ciuitatis supposuisset, tandem ope militum ab Excell. D. Urbis Governatore concessorum primum in suam domum, atque inde in Archiuum academicum transportauit. *Celissimus Eichstettensis* eo in negotio iurisdictionem *cumulatiuam*, ut vocant, *Academix* vltro offerebat, quam illa tandem accepit. Nouus Linguarum Magister, *Ioannes Baptista Baconus Parisiensis*, supplicabat Senatui academico, ut locus sibi & tempus designaretur, quo publice in *Academia* doceret. Sed negatum id illi fuit, quod nouum videretur, & nulli antehac Magistro linguarum vsitatum.

A.  
1690.

ANNO DOMINI M DC XC.

Reft. CCCXXVI. CHRISTOPHORVS KLINGENSBERGER, Prof.  
Instit. &c. III.

Reft. CCCXXVII. WIRICVS EMBLEN, Pandect. Prof. &c. V.  
Inscripti 140.

No.

- Nobiles**, *Ant. Bernard. L. B. ab Höbenkirchen*, Parrenf. Boi.  
*Ioseph. Comes a Spiryn Tarlo*, Polon. cum *Daniele Lip-  
lanski Can. Gnesnenf. Præfecto.*  
*Ioan. Iac. Holzappel a Kleinköz*, Patrit. August.  
*Maximil. S. R. I. Comes ab Arcu.*  
*Wolfg. Carol. Petr.* } *de Maffei*, Embhofenf. Palat.  
*Wolfg. Ludou. Bartbol.* }  
*Philipp. Ios. Franc. Ottau. Emmanuel S. R. I. Comes a Te-  
ring in Seefeld.*  
*Georg. Florian. Erasmi a Vieregg*, Gerzenf. Boi.  
*Christoph. Ioach. Bernard. Comes de Graunegg.*  
*Christoph. Franc. Henric. Albert. Comes de Muggenthal.*  
*Ferd. Franc. Xau. S. R. I. Comes, a Wahl.*  
*Ant. Andr. Philipp. Groschedel a Perkhaußen & Aigls-  
bach*, Traunstein. Boi.  
*Wolfg. Ios. a Matrau*, Brunouienf. Boi.  
*Henric. Ludou. L. B. de Sengelau in Löwenheim.*  
*Wolfg. Adam. Erdmann. Michael de Frankenöc*, Fran-  
kenoënfis Palatin.  
*Reinhard. Ant. Sebast. ab Eyb*, Can. Cathedr. Bamberg.  
& Herbipolenf.  
*Ioan. Balthaf. a Risenstain*, Mittenwaldenf. Boi.  
**Non. Prof.** *Ioachim. Reittmayr*, Trosburg. Bau. S. I. Prof. Log.  
*Andreas Paul*, Heidenf. Bau. S. I. Prof. Ethic.  
*Guilielm. Stinglheim*, Kirnenf. Neopalat. S. I. Prof. S.  
Ling. & Mathes.  
**Non. Doct.** *M. Iacob. Heinleth*, Wending.  
*M. Michael Hertel*, Rhainenf. Bau.  
*M. Chrysof. Ignat. Reischl*, Landishut. Boi. } *Medic.*  
*M. Ioan. Ios. Walter*, Ratisbonenf. Boi.  
*M. Ios. Felix du Bies*, Landishut. Boi.  
*Michael Temperer*, Moncenf. Boi.

Cum superioribus annis iura præsentationum nobis inte-  
gre restituta viderentur, contigit Ianuario mense huius anni,  
vt in locum defuncti *D. Gaileri*, Decani Abensbergenfis primo  
*Erasmum Walterum* Canonicum Ratisbonensem; dein, hoc ad aliud

**A.**  
 1690. interea beneficium promotum, *D. Friesium* Cooperatorem Geisenfeldensem Senatus academicus nominaret. Sed Monacenses neglecto iure Academicæ alium præsentarunt.

Die vigesima octava Martii ab Academia discessit *Andreas Waibl* Vberlinganus Acronianus, S. Lingue & Mathematicos Professor, Vir de geminis Facultatibus philologica scilicet & theologica optime meritus; quippe qui hanc octo, illam novem omnino annis in eadem semper nostra Vniuersitate diligentissimus Doctor ornauit. Illud singulare, quod, cum e cathedra mathematica ad theologiam ascendisset, ab hac denuo ad illam insigni modestiæ exemplo descendit. Gessit deinceps summos omnes, solo Generalis Præpositi munere excepto, Ordinis sui magistratus, ac tandem in officio Assistentis, ut vocant, Germaniæ Romæ obiit an. 1716, ætatis septuagesimo nono.

E Professorum numero die nona Septembris tumultu ilatus est *Vitus Norbertus Feiglius* Viennensis Austriacus Medicinæ practicæ per duodecim annos & sex circiter menses Professor ordinarius, ac Facultatis medicæ tunc Decanus. Hic, cum fere semper, quamdiu nobiscum vixit, infirma valetudine fuisset usus, aliquot septimanis ante diem obitus paralyti in toto sinistro latere ita correptus est, ut die septima mensis Septembris, ætatis suæ anno sexagesimo octauo pie in Domino obdormierit. Reliquit post se filium *Anacletum*, quem ipse an. 1682, Medicinæ Doctorem creauit.

Proximo Octobri mense, die decima tertia defunctus est *Sebastianus Hainold*, Vniuersitatis ultra triginta annos Notarius, cuius funus decima sexta eiusdem elatum est pompa maiori, ac nonnulli Professorum fieri oportere existimabant. Eius filius *Franciscus Wilibaldus* mox post parentis obitum Senatui academico supplicauit, ut eidem in officio subrogaretur; quod & omnium consensu obtinuit.

Chardouiletianæ pecuniæ, de quibus superiori anno dictum est, inter ipsos Patres Academicos non leues controuersias excitarunt, cum disceptarent scilicet, Decanisne, an vero Ex-Decanis eius negotii executio competeret. Huius disputationis is denique finis atque fructus fuit, ut tota causâ, ac simul pecuniæ omnes Monachium fuerint translata.

In deductione Rectoris magnifici, quæ vt alias sæpius, A.  
 ita hoc anno in Festo natalitio Seruatoris nostri pro more fie- 1690.  
 bat, nonissimum, atque alienum a consuetudine huius Vniuer-  
 sitatis exemplum edidere Illustres Academici, cum accincti gla-  
 diis Rectorem comitarentur, & oblationes facerent; id quod  
 Professoribus multum displicuit.

ANNO DOMINI M DC XCI.

A.  
1691.

Rect. CCCCVIII. IOAN. GEORG. ZÖPFL, Prof. S. Script. &c. III.

Rect. CCCCVIII. GEORG. WIDMONT *ab Offendorf*, Prof. Pan-  
 dect. & Feud. &c. IV.

Inscripti 109.

Nobiles, *Philipp, Henric. de Iodoci*, S. R. I. Eques, e Nobil. Impe-  
 rial. Sueu. gremio.

*Maximil. Franc. L. B. a Scharfseed* in Kollersaich.

*Max. Ioan. Franc. Emanuel L. B. de Benzenau.*

*Franc. Adam. Frid. de Stain.*

*Cornel. Theophil. Flade*, Eques de Ehrenschild, Silesius.

*Ios. Leonard. Hieronym.* } *LL. BB. ab Halden de Trazberg.*

*Ernest. Rudolf. Seuerin.*

*Carol. Ios. Ant. L. B. a Dearing de & in Hohenthau.*

*Ioan. Ignat. Ant. L. B. a Fraunhofen.*

*Ferd. Andr.*

*Franc. Ios.* } *de Wiser*, Neoburgens. Palat.

*Ioan. Ant.*

*Petr. Ant. a Pierchamb*, Austr.

*Franc. Christoph. Ant. Ios. Tschudi a Wasserstelz*, Wal-  
 dishutan. Raurac.

*Franc. Xau. Conrad. a Schlechten*, Mosburg. Boi.

*Bonauentura Fugger Comes* in Kirchberg & Weissenhorn.

*Ios. Casp. de Croneck*, Landau. Boi.

*Arnold. de Kritchell*, Ligniz. Siles.

*Ioan. Adam. a Sparneck*, Reuttens. Palat.

*Ioan.*

A.  
1691.

*Ioan. Christoph. Diez de Weidenberg, Wernbergenf. Palat*

*Cosmas Damian. Kremponer ab Adlshausen, Frisingenf. Marquard. Franc. Hieronym. Mändl a Deutenhofen, Rauhenelechsberg. Boi.*

*Ioan. Ignat. } Ziegler de Tittling, Hengensbergenf.  
Albert. Henric. }*

*Godefrid. Ant. Dominic. S. R. I. Comes a Grauenegg.*

*Franc. Carol. L. B. de Nesselrod, Colonienf.*

*Ioan. Iacob. Schrenk a Nozing, Edtenkreithenf, Palat.*

*Ioan. Iac. ab Erkenbrechtshausen, Palatin.*

*Marquard. Ant. L. B. de Bernhausen.*

*Ioan. Franc. Ios. de Schönbrunn, Straubing.*

*Franc. Ant. L. B. de Landsee, Constantienf.*

**Nou. Prof.** *Balthasar Strobmayr, Monacenf. Bau. S. I. Prof. Theol. Schol.*

*Casparus Adlmann, Eichstett. Franc. S. I. Prof. Theol. mor.*

*Iosepbas Vogler, Mering. Suen. S. I. Prof. Log.*

*Fridericus Reblinger, August. Suen. S. I. Prof. S. Ling. & Mathes.*

*Ignat. Glettle, S. I. Prof. Ethic.*

**Nou. Doct.** *Dominic. Meindel, Maurkirchenf. Paroch. Feldkirchenf.*

*Ioan. Paul. Stinus, Mattikofienf. Eccl. Colleg. ibid. Canonicus, Paroch. & Decan. Aestettenf.*

*Iosep. Schwaiger, Eccl. Colleg. Straubing. Canonicus.*

*Ioan. Bapt. Fenk, Mauckenf. Boi. Syndicus & Archigrammateus Ingolstadt.*

*Ioan. Casp. Böck, Conf. Aul. Monac. Advocatus.*

*Ioan. Georg. Mayr, Colleg. S. I. Ingolst. Syndicus.*

*Mattheus. Holner, Syndic. & Archigramm. Friling.*

*o Iur. Vir.*

*Ioan.*

*Ioan. Rob.* Vice-Præfectus Elect. Neoburg.  
in Hilpoltstein & Haideck.

*Franc. Bernard. Bockmayr*, Consil. Aul. & Ca-  
meralis Colon. Ratisbonæ.

*Ioan. Mich. Vers*, Mörmosenf. Boi.

} *Iur. Vtr.*

A.  
1691.

Ex actis huius anni fere sola ad posteros memorabilis est disputatio quam *Ioan. Franc. Ignat. L. B. de Seyboldsdorf* Metaphysices & Institutionum Imperialium studiosus ex vniuersa Philosophia instituit, Theſibus pretioso Emblemati subiectis, quod iconem Serenissimi nostri Electoris referebat.

Senatum academicum inter & Magistratum ciuitatis quædam enata hoc anno sunt controuersie, quarum prima antiquior est, & distributionem militum hac forte transeuntium concernit, quos scilicet ciuici subditis Vniuersitatis pro suo quasi arbitrio & propria auctoritate imponebant. Postquam aliquoties iam super eo negotio inter vtrumque Magistratum concertatum esset, sexta tandem Iunii huius anni conuentum est, vt distributioni illi atque impositioni militum semper interesset aliquis a Magistratu academico deputatus, cuius cura esset inuigilare, ne Ciues academici plus æquo grauarentur. Deputatus autem fuit *D. Zeller* senior Bibliotheca. Alteram litem sane friuolam sub ipsius anni finem nobis intendit Urbis Consul *D. Sibenbürl*, qui Patrum academicorum scamna in Choro Templi B. Virg. non solum ipse occupauit, sed & alios Senatores ciuicos ad idem audendum pertraxit. Missus primo est a Senatu academico Notarius, qui interrogaret *D. Consulem*, quo iure eam sibi stationem vendicaret, atque modeste etiam admoneret, vt a cœpto desisteret. Cum ille nihil hisce motus, in sententia persistiturus videretur, Monachium a nobis perscripta res est, & adiectæ simul rationes pro stabiliendo antiquo stationis illius iure nostro, & quidem *priuatiuo*, ita vt nemini præterquam Patribus academicis, Personis Illustribus & Clero iis in subfelliis consistere liceat; idque probatum primo ab antiquissimo & immemorabili vsu & consuetudine; deinde quod Patribus academicis ius quasi *patronatus* & præsentandi parochi atque adeo etiam statio Patroni in hoc templo competat. Rediit Monachio

K

nachio

A.  
1691.

nachio duplex decretum, vnum ad Academiam, alterum ad Consulem, quo ob factum illud suum acriter perstringebatur, prohibebaturque, ne vel ipse, vel ipsius similes in posterum his subseclis pedem inferrent.

A.  
1692.

ANNO DOMINI M DC XCII.

Recl. CCCXXX. IOAN. HENRIC. SCHRIFLER, Prof. Medic. pract. & Anatom. V.

Recl. CCCXXXI. DOMINIC. BASSVS &c, Prof. Cod. V.

Inscripti vsque ad diem decimam septimam Octobris 40. per res liquum annum deficit matricula.

Nobiles , *Franc. Guilielm. L.B. de Warnant*, Can. Cathedr. Leodienf.  
*Ioan. Georg. a Widmont* in Offendorf, Prof. fil.  
*Bernardus Comes Pallauicinus*, Comens. Ital.  
*Sebastian. S. R. I. Comes de Montfort*, Tettng & Argen.  
*Adam. Maximil. Ferd. Ludou. de Stain*, Rottenstattenf.  
*Franc. Adam. Fridericus* Palat. fratres.  
*Ferd. Ios. Ant. L. B. de Eisenreich*, Mauerkirchensf.  
*Ferd. Max. Ios. Ant. L. B. de Robrbach*.

Ob defectum matriculæ reliquorum Nobilium catalogum pertexere non licuit.

Nou. Prof. *Michael Hertel*, Rhainenf. Bau. Prof. Medic. Inst.  
*Iacobus Bandelie*, Delan, Bisunt. S. I. Prof. Log.  
*Felix Poli*, Tridentin. S. I. Prof. S. Ling. & Mathes.  
*Franciscus Schuch*, Donawert. Sueu. S. I. Prof. Ethic.  
*Laurent. Albert. Verlobner*, Wolkenstein. Prof. Iuris extraord.

Nou. Doct. *Laurent. Albert. Verlobner*, Tirolensf. designatus Prof. Iur. extraord.

*Georg. Aichberger*, Möhringensf. Bau. Aulæ, & Iudiciorum prouincial. Austr. super. Aduocat. } Iur. Ptr.

M. Ioan.

*M. Ioan. Christoph. Ladou. Steeb*, Spirens. Rhenan.  
*Iosephus Wolfg. Staudigl*, Monacens. Boi.  
*Ioan. Ioseph. Stebler*, Monacens. Boi.  
*Ioan. Casp. Ant. Schwangart*, Monacens. Boi.  
*Franc. Ant. Paur*, Monacens. Boi.

A.  
 1692.

Medic.

Ad Medicorum nostrorum Collegium hoc denique anno tertius Professor accessit *Michael Hertelius* Rhainensis Bavarus, antea huius Electoralis Præsidi Physicus ordinarius, qui clementissimo Serenissimi nostri MAXIMILIANI EMANVELIS decreto Professor ordinarius constitutus, quarta Februarii die suum solenne principium more consueto habuit, & Institutiones medicas prælegere cœpit.

Eodem Februario mense communicatum nobis est Serenissimi decretum, quo iubebamur opportunum equestri exercitio tempus assignare. Visum est Patribus academicis, responsi loco mittendam esse Monachium descriptionem temporis, quo lectiones publicæ ac privata Collegia haberi solerent; tum vero rogandum esse Serenissimum, ut Ipse huic ludo tempus præscribat, quo literaria exercitia minime impedirentur. Negotium totum in annum sequentem dilatum est.

Die vigesima tertia Aprilis rite dispositus, & omnibus sacris munitus mortem oppetiit *Wiricus Embken*, Iuliacensis, I. V. D. Serenissimi Elect. Bau. Consil. Præf. in Gerolfsing & Pandect. per viginti annos Professor. ord. sepultus triduo post in templo B. V. crucem præferente processioni funebri Illustrissimo *Comite de Archinto*. In ultimis exequiis, seu in tricesimo, ut vocamus, depositionis die orationem funebrem in defuncti laudem dixit *Ethices Professor*, extra ordinem ad id muneris inuitatus, quod consultissimæ Facultatis Patres onus illud, ob alios scilicet labores, superfugerent. Reliquit *Embkenius* ex *Margaretha Zollerina* duas, quas scio, filias, vnam minorennem, alteram monialem Neoburgi. De doctis eiusdem lucubrationibus vnam inuenio reliquam *Disputationem iuridicam Theorico-practicam de Usufructu*, an. 1673.

*Embkenius* eodem adhuc anno susceptus est cum titulo Professoris Iurium extraordinarii *Lamentius Albertus Verlobner*, I.



A.

1692.

V. Licentiatus. Sed huic a Collegio Iuridico ex legitimis rationibus non fuit concessa facultas lectiones publicas auspiciandi, nisi prius in Iuris vtriusque Doctorem fuisset promotus; quod prima dein Decembris die factum est.

Ex Philosophia trigesima Iunii publice maxima cum laude disputavit *Iosephus Comes de Taxis* &c. qui theses suas in elegantissimo Emblemate Serenissimo Rom. & Hungariæ Regi IOSEPHO I. dedicauit. Huius nomine atque auctoritate argumentum honoris proposuit Magnificus Vniuersitatis Rector; Illustrissimi autem Parentis loco in contrarium disputauit *Christophorus* noster *Klingensbergerus*.

Ex quinque Doctoribus, quos Facultas medica die vigesima octaua Iulii creauit, vnum maxime memorare his in annalibus oportet *Ioannem Iosephum Steblerum*, Monacensis postea Urbis Physicum, & Medicum Prouincialem; cuius nobis tanto honorabilius sit nomen, quod filium nobis dederit *Franciscum Antonium Ferdinandum*, Facultatis medicæ, & totius Vniuersitatis venerabilem hodie Seniore.

Inter subditos Vniuersitatis tanquam Bibliopola academicus receptus hoc anno est *Ioannes Andreas de la Hays* Luxemburgensis; sed & eodem adhuc anno litium materiem nobis præbuit; Decembri enim mense Bibliopecti academici omnes aduersus illum conquerebantur, quod libros etiam compactos venderet. Causa ad Senatum delata, plurium suffragiis conclusum est, licere Bibliopolæ vendere etiam libros, hic loci compactos.

A.

1693.

## ANNO DOMINI M DC XCIII.

Rect. CCCCXXXII. IGNAT. CHRISTOPHOR. KHERL, Prof. Controu. &c. VI.

Rect. CCCCXXXIII. IOAN. MENRAD. VORWALTNER, Prof. Medic. III.

Inscripti a die decima sexta Maii vsque ad anni finem 125.

Nobiles, *Petr. Philipp. L. B. de Berlebsch*, Franc.

Ioan.

A.  
1693.

*Ioan. Hieronym. Comes de Colloredo*, Foroiulienf.  
*Andreas Brolenski*, Polon. Comes & Can. Varlauienf.  
*Franc. Marquard. L. B. a Pfetten*, Landishut.  
*Ferd. Ant.* } *Silbermann* ab Holzheim & Straß,  
*Godefrid. Albert.* } Neopalat.  
*Franc. Ignat. de Sauer*, Ratisbonenf.  
*Ioan. Ferd. Ant. L. B. a Pfetten*, Landishutan.  
*Ernest. Iacob.* } *S. R. I. Comites in Zeil &c.*  
*Leopold. Ioan.* }  
*Ioan. Christoph. Ferd. ab Hauzenberg*, Arnbruckenf. Boi.  
*Ioan. Frid. Christoph. a Sparneck & Weisdorf*, Reithenf. Palat.  
*Ioan. Ludou. Baro ab Elderen*, Can. Leodienf.  
*Henric. Felix* } *LL. BB. a Scharfseed* in Kollersaich,  
*Otto Guilielm.* } Monacensf.  
*Otto Christoph. Rauber L. B. a Glankenstein & Caustätten*, Franco.  
*Franc. Mich. Ios. a Brandt*, Monacensf.  
*Wolfg. Vdalric. Reiz de Mendorferbuch*, Laidersdorfenf. Palat.  
*Franc. Sebast. Scheibel a Thurnstein*, Ingolstad.  
*Franc. Carol. ab Es in Asch*, Deggendorf. Boi.  
*Ioan. Leopold. de Wittenbach*, Friburg. Brisgoi.  
*Ios. Pius Maximil. Guil. Comes Fugger de Kirchberg & Weillenhorn.*  
*Petr. Ant. Hillebrand a Prandau*, Riedenf. Boi.  
*Ioan. Ios. Ant. de Saur*, Ratisbon. Boi.  
*Wilhelm. Ioan. L. B. de Herdingen*, Palatino-Westphal.  
*Ioan. Christoph. Bernard. Meichsner* ab Alkhofen, Nabburgenf.  
*Georg. Florian. Erasim. L. B. de Vieregg. renou.*  
*Maximil. Henric. L. B. de Velbruck*, Montenf.  
*Petr. Alexand. Florentin. de Haidon.*

Nou. Prof. *Ioan. Bapt. Frölich*, Oenipont. Tirol. S. I. Prof, Theol. Schol.

*Henricus Angriener*, Amberg. Palat. S. I. Prof. Phil.  
*Ioannes Wisser*, Neoburg. Palat. S. I. Prof. Ethic.

A.

1693. Nou. Doct. *Ioan. Iac. Stuber*, Notar. Apost. Consil. Eccl.  
Colon. Ratisbon. & Frising.

*Ioannes Dausch*, Archidiacon. in Pondorf.

*Melchior Egglhueber*, Paroch. & Decan. rur. Neostad. } *Theolog.*

*Ioan. Ignat. Gebhart*, Paroch. in Gempfung.

*Franciscus Hefelin*, Curatus Ottoburz.

*Georg. Simon Boslar*, Waidensis Palatinus.

Mortem Serenissimæ Electricis Bavariz, quæ superiori anno, die vigesima quarta Decembris Viennæ acciderat, nos mente Ianuario huius anni luximus, cum præmissis vndecima eiusdem vigiliis postridie solennes exequias in templo academico celebravimus, nulla tamen habita oratione funebri. Cenotaphium in Choro erectum erat multis cereis illustre, appensis tumbæ insignibus, ac superimposita corona cæsarea, infantuloque incumbente calvariz; ex puerperio enim obiit, quo IOSEPHVM FERDINANDVM designatum postea totius Monarchiæ hispanicæ hæredem vigesima octava Octobris anni 1692. in lucem ediderat.

Alium luctum, quasi domesticum, Academiz indixit Collegium ducale Georgianum, cuius Regens *Franciscus Poissel* I. V. Doct. & SS. Theol. Licentiat. ex Instituto Cler. sec. in comm. viuentium octava Maii catarrho apoplectico sub ipso Missæ sacrificio extinctus est, sepultus postridie in Sacello dicti Collegii, Partibus academicis funus comitantibus. Fuerat is antea Regens Seminarii Clericorum secul. in comm. viuentium, atque inde, primus ex hoc Instituto, translatus ad Collegium Georgianum per viginti omnino annos eidem præfuit. Successorem habuit eiusdem Instituti Presbyterum *Balthasarem Antensstner* Ambergensem Palatinum, SS. Theol. Licentiatum.

Circa biennium saltem Philosophiæ explendum denuo conclusum est decima tertia Maii ab omnibus Patribus academicis, vt instatur decreto Serenissimi, neque vlli gradus conferatur ex quaconque facultate, nisi biennium illud impleuerit; idque ipsum omnibus Academiz alumnis affixo publico programme intimetur; quod & paulo post executioni mandatum est.

Pri-

Prima tandem ac trigesima die Maii ludus ille equestris cuius anno elapso meminimus, seu *Torneamentum*, vt olim vocabant, ab Illustribus nostris Academicis institutus est, in honorem Principis Electoralis in patriam circa illud tempus delati, Vienna scilicet Austriæ, vbi superiore anno lucem aspexerat. Inuitati sunt ad hoc spectaculum Professores omnes.

Ex eorundem Illustrium numero maligna febris duodecima Iunii extinxit *Iosephum L. B. de Eisenreich*, vltimum ex antiquissima hac familia turculum. Mortuus est in Conuictu S. Ignatii M. sepultus in templo academico. Pompam funebrem nobilitavit ingens Illustrium, Professorum & studiosorum copia.

Agitari hoc anno ceptum est consilium de noua Academicæ fabrica: in eum finem ex ipsius Serenissimi voluntate celebrata aliquoties concilia totius Senatus academici, ac singularum etiam facultatum, vt scilicet in commune conferrent, quid cuiusque vñibus opportunum ac necessarium esset.

A.  
1693.

ANNO DOMINI M DC XCIV.

A.  
1694.

Rect. CCCXXXIV. CHRISTOPH. KLINGENSBERGER, Prof. Inst. & Rerum Crim. &c.  $\bar{IV}$ .

Rect. CCCXXXV. IOAN. GEORG. ZÖPFEL, Prof. S.Script. &c.  $\bar{IV}$ .  
Inscripti 166.

Nobiles, *Maximil. Henric. L. B. Schal de Bell*, Colonienf.

*Marc. Ant. de Rbelingen in Schlypsheim*, Suen.

*Ioan. Georg. Wolfg. L. B. de Lerchenfeld.*

*Ios. Caiet. Ant. L. B. de Berchem*, Monacenf.

*Phil. Ios. Henr. Bonau. Eman.*

*Franc. Ios. Erhard. Ign. Clem.* } LL. BB. ab Om &c.

*Ios. Clem. Ioach. Ant. Iac.*

*Maximil. Ios. Ioan. Ant. L. B. a Weix.*

*Philipp. Ant. Leopold. ab Oberndorf*, Forchaim. Franc.

*Ioan. Casimir.* } de May, Salisburgenf.

*Iacob. Ant.*

Georg.

A.  
1694.

- Georg. Ioseph. L. B. de Gumpenberg.*  
*Petrus Paulus ex Comitibus de Pergen, Can. Reg. S. Aug.*  
 Professus in Reichersberg.  
*Nicol. Fegeli, Friburg. Heluet.*  
*Ios. Aloys a Schlechten, Monacens.*  
*Georg. Leopold. Bernhard. L. B. de Lerchenfeld.*  
*Albert. Ant. de Croneck, Landau. Boi.*  
*Ioan. Franc. Ios. Adam. Mändl L. B. in Deuttenhouen.*  
*Ludou. Adamus de Murach.*  
*Ferd. Andr. Ios.*  
*Franc. Ios. Wolfg.*  
*Ioan. Ant. Wilhelm.* } *LL. BB. de Wiser.*  
*Fr. Xau. Ios. Gugler, a Zeilhouen, Monacens.*  
*Franc. Georg. Sigism. Ignat. S. R. I. Comes de Leiblsing*  
*a Rain.*  
*Franc. Ant. Maximil. a Neuburg in Basing.*  
 Nou. Prof. *Laurent. Albert. Verlobner, Wolkenstein. Tirol. Iur.*  
 civ. Prof. ord.  
*Iosephus Preiss, Friburg. Brig. S. I. Prof. Log.*  
 Nou. Doct. *Casp. Andr. Sebast. Hias, Canonic. ad S. Andr. Frising.*  
*Theol.*

Ex Religiosis Societatis IESV, qui Academiam nostram addiscendæ Theologiæ causâ frequentant, vnus occurrit præ aliis memorandus, *Casparus Castner*. Hic, postquam die vigesima secunda Martii huius anni Theses ex vniuersa Theologia publice propugnasset, in regnum postea Sinense abiit, vbi Imperatori ob religiosas virtutes & scientias tanto in pretio fuit, vt Præses Tribunalis mathematici & Regni Hæredis Instructor constitueretur. Sed vtrumque honorem mors ei inuidit; obiit enim A. C. 1709. ætatis quadragesimo quarto. Afferuat huius Museum Orbanianum quasdam eius viri reliquias; scilicet quas ille secum ex ipsa Sina attulerat, cum anno 1703. nomine Episcoporum Sinensium, Nankingensis, Macaensis &c. legationem romanam vna cum *Francisco Noëtio* obiret.

Ne-

A.  
1694.

Negotium fabricæ academicæ serio iam agebatur; venit enim sub finem Aprilis nouum Monachio decretum, quo iubebamur informationem dare, vbinam actus publici & lectiones ordinariæ durante ædificatione celebrari possent; item quam celeriter, ob ruinæ periculum, ex veteri æde migrandum videretur. Alias Serenissimi literas eadem in causa Augusto mense recepimus, quibus Senatus academici iudicium exquirebat, an consensus Pontificis vel Ordinarii requiratur, vt certi redditus ex bonis ecclesiasticis ad nouam Academiæ fabricam applicari possint, Respondendi prouincia *Iacobo Wiestner* SS. Can. Professore demandata est, qui Pontificis aut saltem Ordinarii annutum requiri debere censuit; atque hoc responsum, cum vigesima tertia Augusti in pleno Patrum academicorum concilio prægeretur, ab omnibus probatum est.

Extraordinarius hætenus Iurium Professor *Laurent. Albert. Verlobner* maiorum vacationum tempore Ordinarii titulum ac prærogatiuas est consecutus, ac tertia dein Nouembris die solenne principium habuit; quo finito in stuba academica præstituto prius consueto iuramento ad Senatam admissus est, quod quidem octobri iam mense in Electione noui Rectoris petierat; sed negatum id ipsi fuit, dum solenne prius principium fecisset.

Bibliopola academicus Nouembri mense oblato libello supplicis petiit a Senatu, vt Norimbergenfibus Bibliopolis prohiberetur, ne extra tempus nundinarum libros quoscunque venum exponerent aut quomodocunque distraherent. Accidit eo ipso tempore, vt Decanus theologicæ Facultatis in visitatione librariæ Norimbergenfis libros quosdam deprehenderet scurriles & impuros; vnde in fauorem huius Bibliopolæ collectis Patrum suffragiis conclusum est, vt extra tempus nundinarum Norimbergenfibus vna tantum hebdomas pro diuendendis libris indulgeretur. Opposuerunt illi quidem huic decreto libellum supplicem, ac rationes etiam nonnullas; sed Senatus sua in sententia persistit.

L

AN-

A.  
1695.

ANNO DOMINI M DC XCV.

Rect. CCCCXXXVI. MICHAEL HERTEL, AA. LL. & Medic.  
Doctor &c. Inst. medic. Prof. ord.

Rect. CCCCXXXVII. GEORG. WIDMONT *ab Offendorf* &c. Pan-  
dect. & Feud. Prof. ord. &c. V.

Inscripti 157.

Nobiles ; *Ioan. Ferd. Ant. Frid. a Wolfswisen*, Rosenheim. Boi.  
*Ioan. Christoph. Halden de Halden* in Egg & Neidberg.  
*Maximil. Franc. Marta Paul. Marquard. Pbilipp. L. B. a*  
*Setnsbaimb.*  
*Carol. Ferd. Adam. Felix L. B. de Freyberg*, Spitzen-  
berg. Boi.  
*Carol. Christian. Comes a Collalto & S. Salvatore cum Præ-*  
*fecto, Camerario & famulo.*  
*Franc. Ferd. Comes Kyusky*, Pragens. Bohem.  
*Ioan. Ios. Franc. Tänzl, L. B. de Trazberg*, Traiden-  
dorfs. Palat.  
*Franc. Ios. Theobald. Erbard.* } *Schütz de Pfeilstadt,*  
*Antonius Georgius* } *Brontrutani.*  
*Ioan. Henric. de Hayden*, Meckenhuf. Palat.  
*Pbilipp. Ios. Elspacher de Saiffnitz*, Ertling. Badens.  
*Albert. Ernest. Eitelius Rauber L. B. a Plankenstein &*  
*Carlstetten, Weineck, Steinhardt &c.*  
*Ioan. Leopold. Federl a Pürk*, Palatin.  
*Ferd. Franc. Xau. de Saur*, Ratisbonens.  
*Paul. Ant. ab Empach*, Monacens.  
*Christoph. Ipnat. Gudenus*, Erfordiens. Thuring.  
*Ferd. Ios. Christoph. Simon* } *LI. BB. de Ruepp.*  
*Stigismundus Antonius* }  
*Maximil. L. B. de Rauignant*, Monacens.  
*Henric. Godefrid. L. B. de Welden*, Can. Cathedr. Her-  
bipol.  
*Maximil. Franc. Erasm. Vdalric. Ridler de & in Ioans-*  
*kirch*, Monacens.  
Nou. Prof. *Georg. Prugger*, Oenipont. Tirol. S. I. Prof. Theol. Schol.  
Fran.

*Franciscus Muletbo*, Straubing. Bau. S. I. Prof. Theol. A.  
1695.  
mor.

*Antonius Sembler*, August. Suen. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. *Michael Obermayr*, Ebersbergens. Boi. } *Medic.*  
*Simon Nueber*, Gerolfingens. Boi.

Cum mense Ianuario duo Academici ob grauiora quorundam delicta non ex Academia tantum & Vrbe, sed toto districtu Ingolstadiensi fuissent relegati, dedit Magistratus ciuicus literas ad Senatum academicum, quibus grauius querebatur aduersus factum illud Vniuersitatis, quippe cuius iura urbem non egrederentur. Sed paucis responsum est, ex tabulario & Actis academicis satis constare, Vniuersitati in toto districtu Ingolstadiensi iurisdictionem competere.

*Iacobus Illsungius*, qui iam an. 1679. a nostra Academia & a theologica Facultate decesserat, cum interea varia ordinis sui ministeria atque etiam magistratus gessisset, hoc tandem anno, die decima nona Nouembris in huiate Patrum Societatis Collegio est mortuus, hoc laudum compendio a theologica Facultate exornatus: *Iacobus Illsung S. I. Halensis Tyrolensis, ubi nouem annis hic Theologiam maxima profundissimi ingenii laude professor erat, eadem Auditorum praefecturam gessit. Inde iussus Landisbutanum & Halense Collegia regere, pulchro coniugio religiosam simplicitatem prudentia ita sociavit, ut suis ex equo venerabilis & charus esset. Academia vero restituta Dillingae tribus annis, quod cum aliis, tum maxime scientia imprimis meritis erat, Cancellarii munus obiit. Dubites tamen, scholasticis disciplinis, ane ascesi, culus scientissimus erat, melior fuerit. Mortuus est tandem, cum non tam editis in lucem libris, quam singulari morum innocentia & eximia vitae sanctimonia nomen suum immortalitati consecrasset, Ingolstadii anno 1695. die 19. Septembris, dignus non mori, nisi caelo longe fuisset dignissimus. Scripta, quae reliquit, theologica, iuridica, ascetica, sequens catalogus exhibet: Disputatio theologica de Legibus, August. Vindel. an. 1669. Disputatio theolog. de Successione ex testamento & ab intestato. Aug. Vind. an. 1670. Disputatio theol. de Contractibus in genere & in specie, Aug. Vind. an. 1670. Disputatio theol. de Iustitia & iure, Ingolstadt. an. 1672. Disputatio theol. de Restitutione, Ingolst. an. 1674. Controuersiae selectae*



A.

1675. *ex Theologia*, Ingolst. an. 1677. *Vindiciae, seu Controversiae ex universa Theologia*, Ingolst. an. 1677. *Verba vitae aeternae ex quatuor Evangelistis deprompta & in argumenta quotidianae meditationis digesta*, Ingolst. an. 1687. *Theologia practica*, Dilingz an. 1693.

A.

1696.

ANNO DOMINI M DC XCVI.

Rect. CCCCXXXVIII. LAURENT. ALBERT. VERLOHNER, Prof. Iur. civ. ord.

Rect. CCCCXXXIX. IOAN. HENRIC. SCHEIFLER, Med. Prof. &c. VI. Inscripti 146.

Nobiles , Ioan. Franc. Ant. Ali, Marchio Cremonens.  
 Wencesl. Ferd. Kustsch L. B. de Zubrzii & Lippia,  
 Pragens. Bohem.  
 Rugerus Henric. Franken, Düsseldorfiens.  
 Ioseph. Sigersbouen, L. B. in Bittenbach.  
 Rudolphus Comes Colloredo.  
 Anton. Ernest. }  
 Ioseph. Wilhelm. } Fuggeri Comites a Kirchberg &  
 Philipp. Wolfg. } Weissenhorn.  
 Ioan. Carol. Philipp. }  
 Ludovic. Xauer. }  
 Franc. Ios. Handl a Leiblachsberg in Ziertheim.  
 Max. Ant. }  
 Philipp. Ioan. } Zindt, LL. BB. a Kenzingen.  
 Anton. }  
 Ferd. Mar. } LL. BB. de Lerchenfeld &c. Colonienfes.  
 Pancrat. Ant. de Schenbueb.  
 Ioan. Henric. Vonderweid, Friburgens. Heluet.  
 Frid. Franc. Adam. Caietan. L. B. de Freyberg, Burghu-  
 sian. Boi.  
 Philipp. Engelbert. de la Neuneforge, Ratisbonens.  
 Fr. Xav. Ios. Bembler L. B. de Leutstetten in Hurlach.  
 Wilhelm. Wencesl. Gilten Baro de Altenbach, Pragens.  
 Bohem.

Ant.

A  
1696.

- Ant. Felix Maculin de Siessenfeld, Monacens.*  
*Ioan. Ios. Christoph. Vöblin L. B. de Frickenhausen, U-*  
*lertiffen & Neuburg.*  
*Franc. Victor Sebast. Ios. L. B. de Weix a Falkenfels &*  
*Ascha, Rözens. Palatin.*  
*Ios. Adam. Virgil. de Schmidt, Monacens.*  
*Maximil. Aloys. ab G in Asch, Deggendorfs.*  
*Franc. Christoph. Reifner a Liechtenstern, Hauzen-*  
*dorfs. Neopalat.*  
*Ios. Guilelm. Ignat. L. B. de Stain, Eberstallens. Suen.*  
*Fr. Xim. Georg. a Crobalanza, Brixinens. Tirol.*  
*Rudolph. Casp. de Falkenstein, Franco.*  
*Franc. Wlsg. Ioan. Diez de Weidenberg in Wildenau.*  
**Non. Prof. Christoph. Rafsler, Constant. Acron. S. I. Prof. Theol.**  
**Schol.**  
*Leopoldus Schlechten, Kaufburan. Suen. S. I. Prof. Theol.*  
*mor.*  
*Francisc. Höggmayr, Monacens. Bau. S. I. Prof. Log.*  
**Non. Doct. Ioannes Perger, Castellanus Palat. Parochus, Decanus**  
**& Confessar. Monial. in Geisenfeld. Theol.**

Vigesima septima Februarii in Cöllegio Georgiano acti-  
 ri de Ripendis conuenere Procancellarius Vniuersitatis, *Ioan-*  
*nes Baptista Prölich* Theologiae scholasticae Professor, & *Franciscus*  
*Schuch* Decanus Facultatis philosophicae. Hos inter res ita  
 transacta est cum Regente Collegii, 1. *Ut deinceps ius presen-*  
*tandi ad stipendium Hofertanum penes Facultatem philosophicam solam*  
*esset, monio tamen Procancellario & Regente de presentatione facta, ad*  
*quam faciendam antea ius habebant Procancellarius, Decanus Theologiae,*  
*Decanus & Senior Philosophicae Facultatis & D. Regens.* 2. *Ut contra*  
*ad stipendium Schwebermayertanum sola Facultas theologica praesentaret,*  
*ad quod conferendum ante etiam Decanus Facultatis philosophicae ius &*  
*votum habuit. Ita ad verbum Acta philosophicae Facultatis.*

*Fridericus Ininger, Landshutanus Bavarus, Theologiae*  
 quondam apud nos Professor mense Martio huius anni Landshu-  
 tuti obiit. Is, etsi biennio tantum sacras scientias in nostra  
 Vniuersitate explicauerit; ob summa tamen munia, quae post-

**A.**  
**1696.** hac gefsit, dignus indicatus est a Facultate theologica, qui fequenti elogio illustres inter eiusdem Facultatis viros condecoraretur. *Fridericus Ininger S. I. cum & Ingolstadii, & in aliis praecipuis Academicis Theologiam legeret, doctrinae soliditatem ea claritate temperavit, ut summam utriusque commendationem & mereretur, & consequeretur. Subinde ab exedris ad gubernacula translatus, Dilinganum Collegium simul & Academiam, moxque Collegium Constantiense Rector administravit. Cum autem insigni prudentia & singulari morum tum facilitate, tum elegantia omnium in se animos conueneret, toti praefectus Provinciae, ac demum Visitator in Austriam missus vota & expectationem superavit potius, quam impleuit; Viris etiam Principibus merito semper carissimus, donec, postquam ortus Landshuti raris non minus virtutibus, quam dotibus naturae diu multumque clarisset, anno 1696. die 25. Martii maximo omnium mœrore occidit.*

Facultas sacra, cum hactenus priuatis promotionibus iniuste resistisset, hoc tandem anno petitis *Ioannis Bergeri* Decani Geisenfeldensis consensit, ut decima tertia Aprilis priuatim in Stuba academica omnis omnibus aliis solennitatibus, in praesentia tamen omnium Academicarum Professorum, Theologiae Doctor renunciaretur. Ne vero res hoc exemplo posteris esse posset, Collegii theologici Patres omnia motus huius suae concessionis notari in Actis voluerunt; scilicet primo, quod ob angustias temporis omnia ad actum solennem necessaria procurari non possent; deinde, quod Candidatus in ea iam dignitate esset constitutus, ad quam alias huiusmodi gradus disponere posset; ac demum, quod consultum videretur, ut huius Theologorum Collegium illud ius, quod saepius Facultas iuridica ac medica, atque in Friburgensi, & Dilingana Academia etiam theologica exercuisset, etiam ipsum denique exerceret, ne minus posse, quam quaecumque alia Facultas videretur.

Gradum publicum Magisterii philosophici insigniter hoc anno ornauit *Franciscus Marquardus L. B. a Psetten in Marienkirchen*, primus secundum doctrinae ordinem Magister; qui & publicam ex vniuersa Philosophia disputationem nona Iulii praclare sustinuit, proposito elegantissimo emblemate, quod Serenissimum Electoralem Principem primogenitum referebat. Sed publicam illam pro-

promotionis philosophicæ solennitatem multum turbarunt Senatores civici, qui tubicines inprimis mercede conductos, iamque ad Academiam accessuros reuertere coegerunt; Aedituo autem ad D. Virginis pallum maioris campanæ prohibuerunt. Facti tam insoliti causa fuit, quod superioribus annis, cum ad moderandos Magisterii sumtus communium omitteretur, hospitibus, qui a Magistratu civico deputati actum honorarunt, nullæ distributæ sint pecuniæ ut ceteris Professoribus; & hoc anno nequidem ad actum fuerint inuitati. Sed hæc facile refutauit Facultas philosophica in libello querelarum, quem decima octaua Augusti Senatus academico obtulit contra Magistratum ciuitatis; scilicet, respondit, ad primum, ad pecuniæ, quæ conuiuio loco distribui Professoribus tolerent, hospites honorarios, quales cetero essent Senatores a Magistratu civico deputati, ius nullum habere; nec ullam Facultatem in gradibus (ut tunc vocabant) siccis, seu in quibus nullum institutum esset conuiuium, esse pecuniæ Ciuitatensibus distribuisse. Ad alterum, quod inuitati non essent, ipsorum hanc culpam esse, quod superioribus annis, vehementer conquesti essent, inuitari se ad actum nullo pecuniæ emolumento. Plura de hac controuersia ad annum sequentem referentur.

Die decima nona Septembris in magna Professorum & studiosorum turba, quod tempus vacationem esset, elatum est funus *Ioannis Georgii Zöpfel* Ingolstadiensis Bauari, Prof. S. Script. & Parochi ad D. Mauritium, decima septima eiusdem demortui, & sine testamento quidem, quod morte esset præuentus. In die exequiarum tricesimo orationem funebrem in templo D. Mauritii e mobili, ut mos est, suggestu eidem dixit *Georgius Pragger* Facultatis theologicæ tunc Decanus. Eius sepulchro hoc inscriptum est Epitaphium: *Ille iacet Adm. Reu. Pren. & Magn. D. Io. Georg. Zöpfel, Theol. Doct. Protonot. Apost. per 16. annos S. Script. Prof. ad D. Maurit. Parochus. Vide, ait, quid sim, fui, quod esis, eritis quod sum. Ignis heri, cinis hodie. Ex omnibus, quæ fui, quæ gessi, quæ habui, solum mihi superest sepulchrum.* Vita illius ac gestorum laudes sequenti elogio complexa est Facultas theologicæ: *Ioannes Georgius Zöpfel, postquam octo annos sacris Enstadii Iudicibus affedit, sexdecim Urbis huius Curiam egit, tam*  
*accu-*

**A.**  
1696. accuratum, ut in S. Mauriti templo rem diuinam, & suis quasi montis, & ea grauitate decentiaque faceret, qua maxime oporteret. Quo tempore, cum simul arcanos SS. Literarum sensus aperiret, quater Vniuersitati Rector presuit. Ceterum parce usus rebus perituris, quasi famem aeternis praeferuaret, frugalitatis tam amans erat, ut a luxu altissimus haberetur, documentum pariter & exemplum, naturam paucis contentans esse. Iamque caelo maturus erat, cum maluit negata tentata iam valetudini quiete in mortem properare, quam praetermissa in ede D. Sebastiani sermone, suo vel officio, vel in Patronum studio deesse. Itaque, ubi coeperat, Ingolstadii viuere inter mortales desit. 17. Septembris. Circa hereditatem Zöpfelianam grauis orta est & diuturna controuersia primum inter Reuerendissimum Ordinarium ac Vniuersitatem, deinde agnatos heredes inter ac Rndem Reuerendissimum. Res ita contigit: postquam Vniuersitas die 18. Sept. bonorum omnium relictorum obsignationem facerat, uenere paulo post Eichstadio literae, quibus contendebatur soli Reuerendissimo Ordinario ius competere bonorum illorum descriptionem seu inuentarium, ut uobant, conficiendiq; Vniuersitatem uero eiusdem confectioni assistere tantum posse. Re in plenum Patrum academicorum concilium adducta, ac prolato in medium recessu quodam inter Reuerendissimum & Celsissimum Episcopum ac Vniuersitatem quondam inito, abiit primum suffragia in geminas partes, & quasi utrinque numero; aliis quidem iudicantibus, standum esse memorato recessu, qui scilicet Reuerendissimo Ordinario fauebat; aliis uero, quibus recessus illius valor suspectus uidebatur, opinantibus, rem totam cum fundamentis utriusque partis perscribendam esse Monachium, indeque responsum expectandum. Denique tamen post data iterato suffragia in id conuentum, ut ad uitandas longiores tricas, missis ad Reuerendissimum Episcopum literis, pro hoc tantum casu, saluis interea utriusque partis iuribus, cumulatua executio tentaretur, quae si impetrari non posset, res tota Monachium deferretur. Cecidit uero res ex voto; consensit enim Reuerendissimus Eichstadianus Patrum academicorum petitioni; & nomine Vniuersitatis conficiendo inuentario interesse iussi sunt D. Procaebcellarius, & Decanus iuridicae Facultatis. Alterum controuersiae caput heredes Zöpfelianos tan-

gebat;

A.  
1696.

gebat; cum enim *Zöpfelius* sine testamento obiisset, Reuerendissimus ac Celsissimus Princeps Eichstadianus de relictis bonis eam fecit dispositionem, vt præter alia legata in solatium animæ defuncti destinata, sibi *titulo caducitatis* penderentur trecenti floreni, remisso iure ad reliquam bonorum inuentorum substantiam. Responsum est ab Vniuersitate, cum dubium esset, an titulus caducitatis hic locum haberet; eoquod non constaret, an bona relictæ (quorum æstimatio quinque millia florenorum non excedebat) *beneficialia* essent superflua, an *industrialia* aut *patrimonialia*; & hæredes fortassis iam prouidissent animæ defuncti per fundatum diem anniuersarium, sacra funebria, elemosinas & similia, hinc dispositionem istam a Reuerendissimo Ordinario factam exhibendam esse hæredibus, eorumque aut voluntatem aut exceptionem esse exquirendam; tum etiam exemplum quoddam literarum Celsissimi Principis Monachium mittendum esse ad Consilium ecclesiasticum; atque ex his demum omnibus conclusum iri, quid responderi possit. Obtulerunt autem se hæredes ad soluendos vniuersim, & omnibus computatis trecentos florenos, atque hos quidem grati potius animi causa, quam titulo *caducitatis*. Circa legata pia, affirmabant se iam antea præstitisse, quæ Reuerendissimus disponenda putasset. His igitur cum Princeps acquiesceret, finita est controuersia.

Sub finem Nouembris allatum est Monachio decretum Consilii ecclesiastici, Rectori Vniuersitatis inscriptum, quod iubebat vacantes per mortem *Zöpfelii* lectiones scripturísticas per alium Professore[m] suppleri. Hoc cum sacræ Facultati communicaretur, censuit illa, dissimulandum esse, eoquod Academia nullam hæctenus subiectionem Consilio ecclesiastico detulisset. Ne tamen lectiones illæ diutius vacarent, ex consensu theologicæ Facultatis expeditæ sunt literæ ad Consilium intimam, quibus vicariam suam operam eadem Facultas obtulit, si Serenissimus ratam haberet.

M

AN-

**A.**  
**1697.**

ANNO DOMINI M DC XCVII.

Rect. CCCXL. DOMINICVS BASSVS &c. Prof. Cod. VI.

Rect. CCCXLL. IGNAT. CHRISTOPH. KHERL &c. Prof. Contr. VII.

Inscripti 165.

Nobiles, Ioan. Ernest. Caiet. Ant. L. B. a Petkbofen in Mofach & Hohenbuchbach, Monacens.

Ioan. Wencesl. Wolf de Wolfsberg, Pragens. Bohem.

Ioan. Iac. L. B. de Brunetis, Silefius Wratisslau.

Marquard. Ant. de Sancto Vincentio in Balmershofen, Obermääffingenf. Franc.

Ioan. Ios. Clem. Ant. } LL. BB. de Weichs, Monacens.

Ioan. Max. Franc. }

Ioan. Ioseph. } Bassus in Sandersdorf, Mendorf & Eggersberg, Ingolstadienses.

Thomas Ferd. de Quentell, Schwandorf. Palat.

Bonau. Sebast. Rudolf. Ligfatz de Afcholding & Belham in Körchaufen.

Godefrid. Ios. de Quentell, Schwandorf. Palat.

Maximil. de Vallencour, Monacens.

Ioan. Alexander L. B. de Spet a Zwifalten.

Max. Philipp. de Wildenau in Schirniz, Palat.

Christoph. Barthol. Reiz de Mendorferbruck, Raidensdorfens. Palat.

Ioan. Andr. a Rueland, Ambergenf. Palatin.

Ioan. Ioach. Rid a Collenberg.

Petr. Anton. Maxilla, }

Ioan. Dominic. Malgaritta, } Pefclauiens. Itali.

Ioan. Andr. Schreyer de Blamenthal, Palat.

Non. Prof. Ioan. Iacob. Stuber, SS. Theol. Doct. S. Script. Prof. & ad D. Maurit. Parochus.

Ioannes Mayer, Wattenweiler. Suen. S. I. Prof. Log.

Romanus Azwanger, Bullan. Tirol. S. I. Prof. Ethic.

Non. Doct. M. Ioan. Georg. Freyhamer, Monacens.

M. Georg. Barthol. Seiz, Oxouiens. Franc. }

Ioan. Franc. Ludou. Pybler, Kemnatens. Palat. } Medic.

Franciscus Bergamin, Salisburgensis.

Ioan. Iacob. Geiger, Elluacens, Suen }

Ad

A.  
1697.

Ad commendationem Serenissimæ Electricis Palatinæ Viduæ Ianuario mense *Rudgerus Georgius Graubusch* Düffeldorfenſis Serenissimo Electori Palat. a Cubiculis in ſubditum Vniuerſitatis receptus eſt, titulo Magiſtri academici, pro Domino ſcilicet *Inderſtorfero* nuper defuncto, cuius ille gener erat. Quatuor autem huiusmodi Magiſtros, ſeu præſides conuiſtum, ſuſcipiendi poteſtatem Vniuerſitas habet, vi *reſeſſus* ſcilicet eandem inter & Magiſtratum ciuicum initi. Oblatus eſt eodem tempore libellus ſupplex a *D. Scheiringer* Oenopola & Senatore ciuico, qui & ipſe volebat inter ſubditos academicos accenſeri, titulo Hoſpitis academici; atque in eum ſinem commendatitias petebat ab Vniuerſitate, vt id tanto facilius impetrare Monachii poſſet. In huius quoque petitionem Senatus conſenſit.

Pro *Georgio Zöpfelio*, quem ſuperiori anno demortuum iuximus, nouus S. Scripturæ Profeſſor, & Parochus Mauritanus ſucceſſit *Ioannes Iacobus Stuber*, SS. Theol. Doct̄or anno 1693. apud nos creatus; qui & quarta Martii ſolenne ſuum principium habuit.

Trigeſima die Martii in Templo academico habitæ ſunt ſolennes exequiæ pro Reuerendiſſimo ac Ceſſiſſimo S. R. I. Principe & Ep̄ſcopo Eichſtettenti **IOANNE EVCHARIO**, Vniuerſitatis noſtræ Cancellario, ſexta einſd. menſis defuncto; cui panegyricum funebrem dixit *Ignatius Chriſtophorus Kherl* Vniuerſitatis Pro-cancellarius. Succellor illi datus eſt decima ſexta Aprilis **IOANNES MARTINVS** ex antiquiſſima & nobiliſſima apud Francones *Eybiſtorum* familia natus.

Gradus Magiſterii philoſophici, qui vigeſima tertia Iulii nonem Candidatis collatus eſt, illam prioris anni controuerſiam cum Magiſtratu ciuico reſuſcitauit. Inſiſtebat hic ſcilicet antiquis ſuis poſtulationibus; & cum eaſdem Academici conſtanteſ negarent, inhiuit ille hoc etiam anno tubicines, ac pulſum maioris campanæ. Facultas philoſophica, ne actus ille ſua ſolennitate careret, Hymnum Ambroſianum in Diuæ Catharinæ Sacello decantari voluit, adhibitis ſtudioſis muſicis. Cum que paulo poſt, quinta ſcilicet Auguſti die, Doct̄ores ex medicina creandi eſſent, concluſum eſt in concilio pleno Vniuerſitatis, vt a Senatu ciuico reſponſum expeteretur vltimum, an ad in-



**A.**  
**1697.**          vitationem & conuiuium ius prætenderent, an vero humanita-  
tis tantum caussa inuitari vellent. At nullum potuit respon-  
sum scriptum obtineri. Ipso igitur die promotionis neque ad  
actum, neque ad conuiuium inuitati sunt: Hymnus tamen Am-  
brosianus in templo academico est decantatus; immo pulsata  
etiam a studiosis campana maior, protestantibus nequicquam  
ciuicis: Parochus scilicet academicus clauas ad turrim ac tem-  
plum sibi prius afferri iusserat ab ædituo; & Professores dice-  
bant tantum sibi iuris esse in templum illud, quantum ciuicis,  
cum sit academicum. Eodem adhuc Augusto mense communi-  
catæ nobis sunt Monachio literæ Magistratus ciuici, quibus Se-  
natum academicum & præcipue Facultatem philosophicam accu-  
sabant, simulque suum ius ad conuiuia & ad pecunias illorum  
loco distribui solitas ex titulo *prescriptionis & gratitudinis* deriva-  
bant. Responsum a Senatu academico Monachium remissum,  
in quo & exemplis & claris verbis ex ipsis Electoralibus decre-  
tis depromtis ostensum est, nihil iuris magistratui ciuico com-  
petere ad conuiuia vel pecunias loco conuiuiorum perfoluen-  
das. Eius causæ exitum legere est ad annum sequentem.

**A.**  
**1698.**         

### ANNO DOMINI M DC XCVIII.

Rest. CCCCLII. IOAN. MENRAD. VORWALTNER, Prof. Me-  
dic. &c. IV.

Rest. CCCCLIII. CHRISTOPHORVS KLINGENBERGER, Inst. &  
Rer. Crim. Prof. V.

Inscripti 170.

Nobiles, *Wolfg. Philipp. Ios. L. B. de Ruswurm Ettmansdorf &c. Ha-  
selbacens. Palat.*

*Ioan. Georg. Ignat. } de Metzburg, Motani Brünenf.  
Leopold. Constantin. }*

*Thomas } Comites Zamotiski, Poloni cum Præs. & 3.  
Michael } famul.  
Martinus }*

*Ios.*

- Ios. Franc. Ferd. Sigism.* } *L. B. de Thor, Monacens.*  
*Ioan. Carol. Ignat.* }  
*Ioan. Euchar. Ios. Ignat. Schenk Comes de Castell.*  
*Iodoc. Adrian.* } *ab Horn, Duderstad. Eichsfeld.*  
*Krban. Ignat.* }  
*Franc. Frid. Christoph. Bernard: L. B. de Mäming.*  
*Ioan. Ios. L. B. de Benzenau.*  
*Philipp. Carol. Hegher ab Anzing.*  
*Felix Caietan. Tänzl L. B. de Trazberg.*  
*Eberhard. Frideric. Rauber L. B. de Plankenstein &c.*  
*Ioan. Alexand. Albert. L. B. Welden de Laubheim &c.*  
*Ioan. Bapt. Schmid de Mayenberg, Villinganus Sues.*  
*Ioan. Paul. Venerand. Volmar L. B. de Rieden.*  
*Wilhelm. Ferd. Handl a Leiblachberg, Zirtheimens.*  
*Neopal.*  
*Maximil. Ignat. Mündl a Deuttenhofen, Rauhenlechts-*  
*berg. Boi.*  
*Franc. Matthias Rammel de Landerstatt & Zant, Am-*  
*bergens. Palat.*  
*Marquard. Philipp. L. B. de Liebenstein, Wirtenbergens.*  
**Nov. Prof.** *Franc. Xaa. Ambyn, Lucern. Heluet. S. I. Prof. Theol.*  
*mör.*  
*Franc. Schmalzgruber, Griesbacens. Bau. S. I. Prof. Log.*

Tandem quæ Senatuum academicum inter ac ciuicum aliquot retro annos feruerat, caussa ad exitum perducta est: Martio mense missum est Monachio decretum Electorale ad Magistratum ciuicum, in quo præter acrem reprehensionem eidem denunciatum est, hospitibus e ciuitate ad promotiones academicas inuitari solitis, si conuiuium non habeatur, nullas huius loco pecunias deberi. Alio decreto iussi sunt Patres academici ciuitatenfes ad conuiuium, si quod forte institueretur, deinceps quoque inuitare, prout alias erat factum.

Alia sequente mox Aprili contentio orta est, frivola quidem illa, nec tamen, vt puto, omittenda. Zeilerus quidam, lurium studiosus, plumas in pileo gestauerat: hanc prærogatiuam Illustres Academici sibi deberi, vel ad summum illis

M 3

per-

A.  
1698.

permittere volebant, qui probatæ admodum essent nobilitatis: quare plumas Zeilero detractas lacerarunt. Re ad concilium Vniuersitatis delata iussi inprimis sunt illustres spoliato restituere, quod eripuerant; dein, cum non satis appareret, quo iure prærogatiua plumas gestandi in pileo solis illustribus competeret, visum est Senatui, eam illis adiudicandam non esse.

*Ioannes Baptista Oelperl*, Canonicus Mattseensis & Mattig-hofæ Vicarius, Theologiæ Licentiatus in nostra Vniuersitate ante aliquot annos creatus, petiit a sacra Facultate testimonium de audito Theologiæ quinquennio: cum illud expediendum propediem esset, intellectum est, hunc ipsum D. Canonicum Romæ a Principe quodam *Sfortia*, qui scilicet priuilegio gaudebat a Pontifice concessio Doctores creandi, Laurea doctorali fuisse exornatum. Quod quidem cum in magnum cederet sacræ Facultatis præiudicium, nec conforme etiam esset iuramento, quod Licentiati solent edere, rescriptum illi est, non mittendum fore petatum testimonium, nisi prius sacræ Facultati ob eam Doctoratus procuracionem ac susceptionem læsæ satisfecisset, ac iura, vt vocant, seu sumtus in gradu doctoratus faciendos eidem persoluisset. Cum alia via ad propositum sibi finem pertingendi illi non suppeteret, in omnia tandem consensit, ac quinquaginta sex florenis & Doctoratus confirmationem, & quinquennii theologiæ testimonium sibi comparauit.

Mense Maio submissum est Vniuersitati decretum Electoralæ, quo iuxta tenorem alterius decreti an. 1654. editi, iubentur studiosi omnes Philosophiam audire per integrum biennium. Admoniti etiam Philosophiæ Professores, vt intra hoc tempus eum seruent materiarum delectum, quo non ad Theologiam tantum, sed ad alias etiam disciplinas præparentur auditorum ingenia.

AN.

ANNO DOMINI M DC XCIX.

A.  
1699

Rect. CCCCXLIV. IOANNES IACOBVS STYBER, SS. Theol. Doct.  
Sereniss. Colon. & Celsiss. Frising. Consilia-  
rius, S. Scripturæ Prof. ord.

Rect. CCCCXLV. MICHAEL HERTEL, Inst. medic. Prof. II.  
Inscripti 169.

Nobiles, Iodoc. Stephan. a Blumenfeld, L. B. a Kerkering ex arce  
Borg &c. Eques Monasteriens.

Paulus Bonaventura Pnerl, Monacens.

Georg. Frid. Carol. } cognomento Martelli, LL. BB. de Ha-  
Maximilianus } merling in Kreut.

Franc. Christoph. Steph. L. B. de Cramm.

Ludou. Ant. L. B. de Hacke &c. Neoburg, Palat.

Albert. Ignat. Silbermann de Holzheim & Straß, Palat.

Franc. Ignat. Ioach. L. B. de Weix.

Ioan. Max. Emanuel Fr. Adam. Xau. Pancrat. } S. R. I. Comites

Ioan. Carol. Ios. Sigismundus Maria } de Preysing.

Ioan. Franc. Ignat. L. B. de Karwath, Silesius.

Christoph. Ioan. Comes a Stupon Stembeck, Can. Premis-  
liens. Polon.

Ioan. Sebast. Pembrer a Leitstetten L. B. ab & in Hurlach.

Ioan. Ios. a Schmarling, Vienn. Austr.

Marc. Carol. Ant. Langenmantl a Westhaim, Patric. Aug.

Christoph. a Dirrbeim, Augustan.

Ios. Guil. Langenmantl de Westhaim & Ottmarshausen,  
Patric. Aug.

Franc. Carol. Ios. de Iung, Monacens.

Ios. Ignat. a Geldern, Monacens.

Mich. Ios. a Mor de Sonegg & Kostlon, Brixia, Tirol.

Marquard. Sebast. a Bingen, Elluacens.

Ioan. Ios. Wilhelm. Mändl L. B. a Deuttenhofen, in Tandern.

Ioan. Georg.

Wolfg. Clem.

Franc. Senerin.

Ioan. Leopold.

} de Frenau & Offenstetten.

Ios.

**A.**  
**1699.**

*Ios. Ignat. Burkhard.*

*Ioan. Valentin. Ant.*

*Franc. Sebast. Thadd.*

*Maximil. Ferdinand.*

*Caiet. Emanuel Alexius*

*Roman. Sigism. Rudolf.*

*Mich. Philipp. Nicol.*

*Ioan. Ios. Marc. Vitus*

*Ioan. Franc. Ant. Leopold.*

*Hormayr de Hortenburg, septem  
fratres, partim ad S. Nicol.  
partim Monachii ac Pfarr-  
kirchii nati.*

*Comites de Maxtrain &c.*

**Nou. Prof.** *Franciscus Mouleto, Straubing. Bau. S. I. Prof. Theol.  
mor.*

*Iosephus Christelinus, August. Suen. S. I. Prof. Log.*

*Ioan. Bapt. Eibl, Amberg. Palat. S. I. Prof. Ethic.*

*Ferdinandus Schuch, Donawert. Suen. Prof. Mathes.  
& S. Ling.*

**Nou. Doct.** *Ioan. Godfrid. Kräyugl, Aurolzmonaste-  
riens. Boi. Confil. Eccl. Passau.*

*Ioannes Schmelzer, Fichtachens. Palat. Can.  
ad vet. Capell. Ratisb. Paroch. in Pruck.*

*Ioan. Christoph. Grammer, Ambergens. Palat.*

*Ioach. Ferdinand. Beer, Ingolstadt. Beneficia-  
tus in arce Steinach.*

*Prosper Simon. Gerbauer, Gmundens. Austr.  
Advocatus Indic. Viennæ.*

*Juris Vtr.*

Ab ineunte Ianuario ad extremum vsque Decembrem molestissimæ studiosorum atque militum rixæ Academiam vexarunt; nihil repetita concilia, nihil ipsi Electorales Commissarii aduersus hostiles eorundem congressus valere. Ad vulnera etiam & neces descensum est; donec tandem per Academicorum quorundam relegationem ac grauiorem militum castigationem huic malo utcunque prouisum fuit.

Die tertia mensis Augusti disputationem mathematicam de Calendarii correctione publice instituit *Maximilianus Franciscus Maria Paulus Marquardus Philippus S. R. I. E. B. de Seinsheim*, qui superiori etiam anno primum inter Baccalaureos locum obtinuerat.

**AN.**

## ANNO DOMINI M DCC.

A.  
1700.

Rect. CCCCXLVI. IOAN. IACOB. STVBER, S. Script. Prof. &amp;c. II.

Rect. CCCCXLVII. LAVRENT. ALBERT. VERLOHNER, Iur. ciu.  
Prof. &c. II.

Inscripti 180.

Nobiles , Franc. Ant. Brenner a Flammberg, S. R. I. Eques,  
Vien. Austr.Franc. Wilhelm. Bernard. Trechsel a Deiffstetten in  
Wiechenhofen.

Ferd. Georg. Ludou. L. B. de Knobelsdorf.

Franc. Ios, L. B. de Goder.

Ignat. Ios. L. B. de S in Gumpenberg.

Franc. Ignat. Leopold. L. B. de Lerchenfeld.

Franc. Victor. Carol. L. B. de Auer.

Franc. Ferd. Ios. L. B. de Sandizell in Adelzhausen.

Ioan. Franc. Ant. L. B. de Lerchenfeld.

Franc. Ios. Ant. Wilhelm. Max. Em.

Marcus Ios. Ignatius Clemens

Ioan. Carol. Ioseph. Georgius

Franc. Xau. Bartholomeus

Christoph. Ioach. L. B. de Gumpenberg &amp;c.

Antonius L. B. ab Egkber de Kapfing &amp; Liechtenegg.

Georg. Ios. Max. Franc. S. R. I. Comes de Königsfeld.

Ioan. Henric. de Reifach a Kirchdorf &amp; Steinberg. Palat.

Ioan. Gotthard. Dominic. Veblin L. B. a Frickenhausen,  
Illertissen & Neuburg.

Ios. Barthol. Haim de Haimhofen, August.

Christoph. Wilhelm. L. B. Rauber de Plankenstein &  
Carlstetten.

Ios. Ant. Christoph. L. B. a Donnersberg &amp;c.

Ant. Guil. Rid a Kollenberg.

Ant. Sigismund. L. B. a Rosenberg.

Non. Prof. Melchior Friderich, Landsberg. Bau. S. I. SS. Theol. &  
SS. Can. Doctor, Iuris Can. Prof. ord.

Andreas Paul, Heident. Bau. S. I. Prof. Theol. mor.

N

CON-

A.  
1700.

	<i>Conradus Vögler</i> , Blomberg. Hercin. S. I. Prof. Phil. mor.	
	<i>Vdaltricus Steeb</i> , Spirens. S. I. Prof. S. Ling. & Mathes.	
Nou, Doct.	<i>Anton. Sebast. Oefele</i> , Schrobenuf. Bau. Parochus Mainburgens.	} Theol.
	<i>Ioan. Albert. Leiner</i> , Constantiensis ad Lacum Bodamic.	
	<i>Ioan. Frideric. Chardel</i> , Luxemburg. Belga.	} Iuris Pr.
	<i>Andreas Hueber</i> , Neoforens. Bau. Aduocatus Viennens.	
	<i>M. Ioan. Paulus Zimmer</i> , Herbipol. Franco,	} Medic.
	<i>Albert. Sigism. Hueber</i> , Frisingens. Bau.	
	<i>M. Abrahamus Fraunshober</i> , Waldsaff. Palat.	
	<i>Marcus Carl</i> , Landishutanus Bau.	
	<i>Carol. Borrom. Riederauer</i> , Monac. Bau.	
	<i>Franc. Ios. Wilbelmi</i> , Ingolstad. Prof. fil.	
	<i>M. Franc. Ios. Ant. Winter</i> , Kellhaim. Bau.	

Mirum videri poterit, *Ioannem Iacobum Stuber* S. Scripturæ Professore, qui superiori primum anno Rectoratum æstimum gesserat, mox iterum vigesima quarta Aprilis h. a. ad idem munus delectum fuisse, quod ex ordine Doctori *Widmonio* deferri debebat. Sed nempe is decreto Electorali ab illo onere fuit exemptus, protestantibus quidem aliis quibusdam Professoribus, ac sua grauamina aduersus illam exemptionem Monachium perscribentibus. In hoc igitur conspectu, vt pax & concordia pro viribus conseruaretur, plurium suffragia in S. Scripturæ Professore conspirarunt.

In Facultate sacra, cum de doctoratu theologico ageretur duobus Candidatis conferendo, oblata est ea promotio Professori SS. Canonum, vt acta eiusdem Facultatis sacre testantur, licet 27. Oct. an. 1698. in concilio theologice Facultatis conclusum fuerit, eam prerogatiuam Professori Canonum non competere. Sed is oblato promouendi munere hoc quoque anno sponte se abdicauit, & eius loco vigesima octaua Iulii memoratis supra *Oeselio* & *Leinero* doctoratus theologici gradum Professor Casuum *Franciscus Mouleto* cum omni solennitate contulit.

Men.

Menſe Octobri ab Vniuerſitate & cathedra Iuris Canonici diſceſſit *Iacobus Wieſtner* Veldkirchii apud Rhætos natus an. 1640. SS. Canonum per ſeptendecim annos Profeſſor. Monachium hinc abiit, non tam vt promeritam a laboribus caperet quietem, quam vt doctrinam inter tam diuturnos labores hauſtam in pulcherrimum colligeret compendium & ad poſteritatem transmitteret; intelligo *Inſtitutiones Canonicas*, quas anno 1705. Monachii Tomis quinque in forma quarta edidit, opus emerito Profeſſore dignum, & a ſolidiſſimæ doctrinæ vbertate ac claritate paſſim laudatum, atque a ſummis viris & hos inter ab erudiſſimo BENEDICTO XIV. Rom. Pontif. ſæpius citatum. Scripſit præterea ac Ingolſtadienſibus typis edidit *Ius Aſylorum* an. 1689. *Alienationem Rerum Eccleſiaſticarum*, an. 1692. *Impedimenta Canonica Coniugiorum*, an. 1696. Succellor eidem ex Academia Dilingana ſubrogatus eſt *Melchior Friderich* Landsbergenſis, qui die quinta Nouembris ſolenne principium habuit.

Decima die Decembris lectæ ſunt pleno in Senatu literæ Syndici Vniuerſitatis Treurenſis ad Academiam noſtram datæ, quibus conquerebatur aduerſus Librum cuiuſdam *Le Blanc* de Scientia, quam vocant, media ſcriptum, in quo ille & Treurenſem, & alias per Germaniam Vniuerſitates tanquam *obſcure nominis* traducit. Scire igitur deſiderabat, quid hac in cauſa ſentiremus hic loci. Sed inuenire non potui, quid reſponſum eidem fuerit. Erat fictitiuſ ille *Le Blanc Hyacinthus Serry* Dominicanus, qui in ſua Congregationum de Auxiliis Diuinæ Gratiæ Hiſtoria *Treurenſem* nominatim & *Moguntinam Academiæ obſcure nominis*, & in quibus non triduo, vt de cauſarum Patronis aiebat *Tullius*, ſed vno mane Doctores Theologi fabricantur, per conuiuium ſcribere non dubitauit.

---

ANNO DOMINI M DCC I.

Reſt. CCCXLVIII. GEORG. WIDMONT in Offendorf, Prof. Pandect. & Feud. &c. VI.

N 2

Reſt.

A.  
1700.

A.  
1701.



**A.**  
**1701.** Rect. CCCCLXIX. IOAN. HENRIC. SCHEIFLER, Medic. pract.  
 & Anatom. Prof. ord. & prim. VII.

Inscripti 160.

**Nobiles**, Ioan. Abraham. Max. Ios. de Kern in Zellersteith.  
 Max. Franc. Ios. Vit. Adam. L. B. a Pelkbofen.  
 Franc. Ios. Ant. L. B. de Heydon, Pötmeßens. Bau.  
 Franc. Ignat. Fugger S. R. L. Comes de Kirchberg &  
 Weissenhorn, Glöttenf. Suen.  
 Ioan. Bernard. Ignat. } LL. BB. a Leyden, Monacens.  
 Max. Ios. Anton. }  
 Ioan. Sigism. Aloys. Kbray a Kleeheim.  
 Franc. Christoph. Federl de Pürk, Palatinus.  
 Philipp. Carol. Dominic. Clemens Comes de Fugger, Monac.  
 Ioan. Ant. Sigism. Nicol. L. B. de Taxberg.  
 Ioan. Franc. Albert. a Schenbueb, Amberg. Palat.  
 Ioan. Ioseph. Ignat. L. B. a Psetten, Landishut. Bau.  
 Ant. Theodor. Gottschalcus } LL. BB. de & ex Niehausen;  
 Hermann. Wernerus } Westphal.  
 Franc. Albert. Ant. } LL. BB. a Donnersberg, Auenfes  
 Ioan. Franc. Ios. } Bau.  
 Franc. Ant. ab Erolsbaim in Schlachtegg.

**Nou. Prof.** Iosephus Vogler, Meringanus Suenus, S. I. Prof. Theol.  
 Schol.  
 Antonius Kleinbrodt, Oeningan. Acron. S. I. Prof. Log.  
 Maximilianus Pistorini, Monacens. Bau. S. I. Prof. Ethic.

**Nou. Doct.** Franciscus Härtl, Bauarus, Aduocatus Viennæ, nostri  
 Prof. Medic. frater, Iuris Vir.  
 Ioannes Lachner, Parochus in Wollzach, Iuris Can.  
 M. Ant. Ios. Enfinger, Vöcklaforenf. Austriac. Medic.

Cum Celsissimus Eichstettensis Episcopus superioribus an-  
 nis grauiter conquestus esset Monachii, violari immunitatem  
 ac iura sua a Prætorè vrbis nostræ circa obsignationem & con-  
 sciendum inuentarium bonorum clericalium suæ Diœcesis, quip-  
 pe qui ius obsignandi *cumulatum* sibi vendicet, atque etiam  
 exequatur, petierè Monacenses informationem ab Vniuersitate,  
 quid

A.

1701.

quid a quibusdam retro annis hac in causa obseruatum fuerit. Consultatum igitur est die decima octaua Februarii pleno in Senatu, & conclusum, vt indicaretur in primis, quid an. 1689. in causa *Chardoiletiana*, & an. 1696. in *Zöpfeliana* actum fuerit; deinde quid discriminis inter Vniuersitatem & Prætozem Vrbs interfit; illam scilicet tanquam corpus ecclesiasticum sibi ius illud vendicare vi iurisdictionis ordinariæ, atque hanc ipsam circa bona quædam Clericorum, qui non habuissent actu *Beneficium* nemine contradicente fuisse exercitam; Titulum vero Prætoris esse alium, scilicet *Concordata*, vi quorum Serenissimus in suis ditionibus hoc ius *cumulatiue* haberet; verum hæc *Concordata* negari ab Eichstettensibus. Quid post transmissam hanc informationem actum fuerit, sequentium annorum historia docebit.

*Franciscus Xauerus Ambyn* Lucernas Heluetus, qui anno 1698. Theologorum nostrorum Collegio aggregatus anno vno maralem, reliquo tempore Scholasticam Theologiam explicarat, septima die Aprilis huius anni ab Academia discessit Monachium cathedram theologicam commutaturus ibidem cum ecclesiastica ad dñi Michaelis, magno apud nos desiderio sui relicto. In eius locum successit est *Iosephus Vogler*, qui sexta Maii solenne habuit principium.

Die vigesima tertia Maii elatum est funus *Antonii Sigismundi L. B. de Rosenbergo* iuris vtriusque studiosi, qui decima eiusdem mensis, sub sextam vespertinam, cum exortum studiosos inter ac milites grauissimum conflictum ex latere spectaret, a gregario quodam milite ad congressum accurrente innocens duplici glande transfossus est. Eodem in tumultu miserabiliter interiit *Georgius* quidam *Brombergerus Schrobenuhanus* & ipse iurium studiosus, qui a decurione bipenni percussus in capite, decima quinta eiusd. ex eo vulnere obiit. Ex militibus quoque vulnerati sunt nonnulli atque etiam mutilati.

**A.**  
**1702.**

**ANNO DOMINI M DCC II.**

**Rect. CCCCL. Idem IOAN. HENRIC. SCHEIFLER &c.**

**Inscripti 137.**

- Nobiles ,** *Franc. Ios. Rid a Kollenberg, Zellenbachens. Boi.*  
*Ioan. Ant. a Sazenbosen, Wildenauiens. Palat.*  
*Franc. Sigism. L. B. de Hornbern & Ringenberg, All-*  
*goius.*  
*Ioan. Bapt. Franc. a Brocco L. B. in Tagmershaimb,*  
*Embsheim, Naderholz, Rohrbach & Hagenbucch.*  
*Ios. Wilhelm. Ant. a Brocco L. B. in Tagmershaimb &c.*  
*Albert. Ant. L. B. de Rufswurm, Palatin.*  
*Sebast. Christoph. Schitz a Pfeilstatt, Eichstettenf.*  
*Marquard. Alexand. L. B. ab Orv.*  
*Marquard. Guilielm. Ignat. LL. BB. de Pfötten, Mo-*  
*Maximil. Leopold. Anton. nacentf.*  
*Franc. Nicol. Pancrat. a Reisach in Sandelzhausen.*  
*Ioan. Wolfg. Ernicus*  
*Ieremias Bonauent. a Dellng, Monacentf.*  
*Ioan. Ant. Ios. Ignat. L. B. de Liechténau.*  
*Carol. Ant. Ios. de Barth, Monacentf.*  
*Ant. Valentin. L. B. de Prielmayr, Monacentf.*  
*Franc. Ios. Matthias L. B. de Camerlobr, Monacentf.*  
*Ioan. Frideric. a Wolfswisen, Rosenhaim. Boi.*  
*Philipp. Vit. Ant. L. B. de Dalem ab & in Kellersried,*  
*Lauffenthal &c.*  
*Franc. Iacob. Ant. L. B. de Burgau, Monacentf. Boi.*  
**Nou. Prof.** *Frideric. Rbelinger, August. Suen. S. I. Prof. Theol.*  
*Dominic. Wick, Genuens. Ital. S. I. Prof. Log.*  
*Petrus Pfister, Monacentf. Bau. S. I. Prof. Ethic.*  
**Nou. Doct.** *Franc. Ant. Perreütter, Lingenauiens. Bri-*  
*gantín.*  
*Franc. Ant. Amadeus Staiidl, Monacentf. Vtr. Iur.*  
*Ioan. Ioach. Pinter, Landsberg. Boi.*  
*Franc. Ios. Schaller, Donauwertan.*

**In**

A.  
1702.

In ipso huius anni initio missum est ad Academiam Serenissimi Electoris nostri mandatum, cuius precipuum caput disciplinam academicam concernebat. Ipsorum adeo Professorum conuientia erga studiosos seuerè fuit increpita; iussique iidem, vt disciplinam ab omnibus sine vlllo personarum respectu exigerent, ac statim decretum nomine Serenissimi ad varias Academicæ affigerent, quo studiosis prohibeatur omnis circumcursatio nocturna, clamores illi inconditi, iniuriosa violentia excubiarum, excursiones in agros & sylvas cum sclopetis, nocturnæ computationes vltra tempus, arbitrio Academicæ definiendum (statuta deinde fuit hora nona, iam alias in statutis academicis designata) atque hæc quidem omnia interdican- tur sub pœna relegationis. Inter alia reducendæ disciplinæ illud præscriptum est 1. vt si studiosus offenderetur a milite, res deferretur ad Governatorem vrbs. 2. Vt nocturnorum vigilarum augetur numerus, iidemque iurisdictioni academicæ subiecti essent. 3. Vt gubernatio Rectoris magnifici deinceps annua esset. Quod vltimum vt executioni mox daretur, festo S. Georgii ommissa est alias consueta Rectoris electio, & *Ioannes Henricus Scheiſſer* Phil. & Medic. Doctor Serenissimi Bau. Electoris Consiliarius, nec non Phycus Prouincialis pro circulo Ingolstadiensi, Medicinæ practicæ & Anatomiz Professor ordinarius ac primarius, totiusque Senatus academici Senior, primus omnium fasces rectorales per integrum annum gessit. Voluit hic, vt decanatus quoque singularum Facultatum annuus esset; & vero collecta eum in finem suffragia maiorem partem in eiusdem sententiam inclinabant, tum quod Statuta academica cap. 6. de quatuor facultatibus n. 2. iubeant, ne Decanus prius officio suo se abdicet, quam Rector supremo magistratu defunctus fuerit; tum quod iam anno 1507. cum Illustrissimus Princeps ALBERTVS IV. Rectoris dignitatem integro anno continuari iussisset, idem de Decanatu constitutum fuerit.

Die decima quarta Martii *Leopoldus de Maxlrain*, cum Danubium traicere vellet, ventorum & aquarum vi ad molendinum abreptus & submersus est, seruandus haud dubie cum duobus sociis, nisi e trabe quam manibus iam prehenderat, natatu euadendi spe, in aquas vitro se demisisset. Cadauer post tertiam vespertiam

A.  
1702.

tinam spiranti simile repertum apud Patres Franciscanos depositum est. Inde decima octava eiusd. primum ad Parochiam inferioris templum, ubi solemnes ipsi perolutæ sunt exequis, dein comitante tota Academia ac Gymnasio ad portam Danubianam delatum est, ubi parato ad id curru impositum, ad patrias ditones deportatum est, maiorum sepulchris inferendum.

Serenissimus Elector noster cum mense Decembri in Palatinatum perrecturus hac transfret, festo Immaculatae Virginis die restorationi homagii Mariani & Ipse & Serenissima Coniux interesse voluerunt, medio in choro flexis semper genibus piam cerimoniam spectantes.

A.  
1703.

ANNO DOMINI MDCC III.

Rect. CCCCLI. IGNAT. CHRISTOPHOR. KHERL &c. VIII.

Inscripti 117.

**Nobiles**, Ioan. Bapt. Petrus Dominicus L. B. de Deyring ab & in Hohenthann, Mittelweyenburg, Pizenhofen & Neuhaus, Monacens.

Franc. Kau. Ignat. L. B. de Deyring ab & in Hohenthann & Stelzling, Fridberg. Boi.

Ant. Caiet. Vnertl, Monacens. Boi.

Max. Ferdinand. Ios. L. B. a Letberstorf, Salisburgens.

Ioan. Christian. Adam. Ios. Ant. Maria } S. R. I. Comites de

Ioan. Georg. Pancrat. Ios. Ant. Maria } Königsfeld &c.

Ioan. Franc. Henric. L. B. de Benzenau, Pöringanus Boi.

Ios. Ant. Felix Comes ab Abam, Straubing. Boi.

Ioan. Emman. Nicol. L. B. de Benzenau, Wasserburg. Boi.

**Nou. Prof.** Simon Zanna, Ampitiens. Ital. S. I. Prof. Theol. pomerid.

Franciscus Schmalzgruber, Griesbacens. Bau. S. I. Prof. Theol. moral.

Iosephus Mayr, Halens. Tirol. S. I. Prof. Mathes.

Couradus Herdegen, Amberg. Palat. S. I. Prof. Log.

Ludo-

A  
1703.

*Ludovicus Simonstin*, Salurnenf. Tirol. S. I. Prof. Ethic.  
*Romedius Vjstiteiner*, Cleffent. Tirol. S. I. Prof. Ethic.  
 Nou. Doct. *M. Casp. Ant. Pirobinger*, Wasserburg. Bau. } Medic.  
*Ignat. Ios. Rueff*, Landsberg. Bau.

Serenissimum nostrum Electorem solito frequentius hoc anno venerari licuit; feruente scilicet in vicinia nostra bello ipse non raro militaribus expeditionibus non adfuit tantum, sed & præsuit. Trigesima prima Ianuarii a nobis abiit, Neoburgum expugnaturus. Cœpta altero mox die obsidio, sciante licet acerrima hyeme, ac post triduum confecta est, ita, vt quarta Februarii ad nos redierit. Postridie Donawerdam profectus, ac inde paulo post redux, decima tertia eiusdem vna cum Serenissima Coniuge Monachium reuersus est.

Nona die Martii, cum Cæsarei milites post victoriam Riedenburgensem in viciniam nostram effusi omnia pauore repleuissent, circa horam decimam clausæ sunt portæ ciuitatis. Deliberatum igitur pleno in concilio, an propter belli tumultus ac pericula claudendæ etiam essent scholæ publicæ. Conclufum est votis vnanimibus fieri id minime debere, cum quod a Serenissimo petenda esset hæc licentia, tum quod in bello etiam suecico Academia nunquam per longius tempus vacasset.

*Dominicus Weckius* Philosophiæ Professor morbi pertinacia coactus est medio in cursu anni atque studiorum cathedram academicam *Conrado Herdegenio* relinquere, qui vigesima tertia Aprilis solenne habuit principium. In cathedram quoque ethicam nouus eodem mense Professor successit *Ludovicus Simonstin* Dilinga vocatus in locum *Petri Pfisteri* Neoburgum abeuntis ad sacri Oratoris munus.

Eiusdem mensis Aprilis die vigesima quarta sub vesperum allatum est Monachio funus Excellentissimi D. *Ferdinandi Comitiss de Wabl*. Comitati illud sunt Patres academici omnes a porta Danubiana ad templum vsque Diui Mauriti; neque enim videbatur illi negandus esse hic honos, tum quod Filius peculiaribus id literis rogarit, tum quod parens defuncti fuerit vrbis huius Gubernator, & fundarit in bonum Vniuersitatis duo beneficia.

O

Fere

**A.**  
**1703.**

Fere per integrum hunc annum agitata est in Concilio Vniuersitatis causa *Ioannis Fabri* Theologiæ studiosi, quem Reuerendissimus & Celssimus Princeps ac Episcopus Würceburgensis ad munus Bibliothecarii academici præsentarat. Hunc, quod ex Instituto Clericorum secularium in commune viuentium esset, potior Patrum academicorum pars admittere renuebant, tum quod ei de honesta sustentatione ad continuanda studia iam aliunde esset prospectum, tum quod periculum esset, ne beneficium fieret hæreditarium, siquis acceptaretur Instituto alicui aut Religioni addictus. Certe superioribus annis partim ob easdem, partim ob varias alias causas Bibliothecarii officium Clericis in commune viuentibus ademptum, & in alium Theologiæ studiosum translatum est.

**A.**  
**1704.**

ANNO DOMINI M DCC IV.

Rect. CCCCLII. DOMINIC. DE BASSVS &c. Prof. Cod. & Iur.  
Publ. VII.

Inscripti 58.

- Nobiles, *Georg. Sigism. Pancrat. L. B. de Burgau.*  
*Andr. Franc. Ios. Ant. de Hoffmillen.*  
*Franc. Ladisl. Ioan. Ant.* } LL. BB. de Bessol, Straubingani.  
*Carol. Ioseph. Henric.* }  
*Ioan. Georg. Ant. de S in Siggenhausen & Allershausen,*  
*Ingolstadt.*  
*Aloys. Franc. Boyssel L. B. a Löffing in Hohenwattanger & Gall, Cambenl. Boi.*
- Nou. Prof. *Iosephus Braun, Friburg. Brisgoi. S. I. Prof. Ethic.*  
*Antoninus Heislinger, Landshut. Bau. S. I. Prof. Log.*  
*Ioan. Georg. Widmont ab Offendorf &c. Prof. Iur. extraord.*
- Nou. Doct. *Idem Ioan. Georg. Widmont &c. ex vtroque Iure.*

Ipsæ circumstrepentis belli furor videtur Philosophos nostros animasse, vt & crebrius & feruentius publice disputarent, quam

A.  
1704.

quam vnquam alias. Quinquies omnino Duce semper ac Præsi-  
de *Kleinbrodio* in arenam philosophicam descensum est. Primus  
Ianuario mox mense solus pugnauit *Hermannus Antonius de Chl-  
ingensperg*, *Christophori* filius. Huic succedere mense Iunio in ge-  
minis disputationibus quatuor Societatis Religiosi; quos eodem  
adhuc mense duo alii Religiosi ex Eremitarum S. Aug. familia  
exceperunt. Coronidem literariis hisce concertationibus impo-  
suere *Ioan. Quirinus Fleischmann* Straubinganus, & *Ioan. Adamus  
Morasch* Pöttmessensis celebre postea inter Philosophos Atomi-  
stas nomen. Edidit *Kleinbrodus* hac occasione suos de Mundo  
elementari libros, non inde magis memorabiles, quod ele-  
ganter & erudite sint scripti, quam quod primos in hac quidem  
Academia Philosophiæ experimentalis conatus exhibeant. Le-  
gerat *Kleinbrodus* diligenter præcipuos illius temporis Philoso-  
phos Cartesium, Helmontium, Entium, Sturmium &c. atque in-  
de non obscure in placita Atomistarum inclinabat: sed ex ipsis  
collegis suis pertinaces nactus erat aduersarios *Herdegenium* &  
*Heislingerum* Stagyritæ ex asse deuotos, qui sanioris Philoso-  
phiæ cursum omnibus modis inhibuere. Sed Magistri sui sen-  
sus quamuis tectos feliciter scrutatus est *Adamus*, de quo dixi,  
*Moraschius*, vt sequentium annorum historia docebit.

*Ioannes Mewradus Vormaltner* iam inde ab an. 1681. Medi-  
cinæ theoreticæ apud nos Professor, die 27. Mart. huius anni  
cum omni sua familia Monachium discessit, in Archiætrorum  
Electoralium Collegium ibidem relatus.

Die 12. Aprilis *Ioan. Georg. a Widmont in Offendorf*, de-  
signatus Iurium Professor extraordinarius in Doctorem vtrius-  
que Iuris priuatim in Stuba academica creatus est a *Christophoro  
Chlångenspergero* tunc Facultatis iuridicæ Decano.

Circa mensis Iulii initium, post infaustam apud Dona-  
werdam actionem, studia quoque academica magnam passa sunt  
cladem; cum enim cæsareum imminere exercitum crederent  
studiosi nostri, quamplurimi illorum die 8. Iulii post prandium  
subito dilapsi sunt. Magisterium etiam philosophicum, cum  
nonnisi tres superessent candidati omitti hoc anno debuit. Me-  
dio demique Augusto cessatum omnino est a lectionibus, quod  
Cæsareus miles, qui Duce *LVDOVICO Badensi* vndecima eiusdem

O 2

men.



A.

1704. menſis urbem cingere obſidione cœperat, ductis iam ex utrâque parte foſſis eidem appropinquaret. Verum decima octaua eiusd. hora decima matutina ſubito ſoluta eſt obſidio, Cæſareniſ Vlmam preperantibus, cum ſcilicet Princeps EUGENIUS fugientes poſt Hôchſtadianam cladem Gallos per ſyluam hercyniam perſequeretur. In Gymnaſio 31. Auguſti ſcholæ clauderentur, præmiſſa ſcriptione pro aſcenſu, vt vocant. Comœdia hoc anno exhibitâ non eſt, neque diſtributa præmia.

Eodem menſe cum hoſtis grauiffime infeſtaret urbem, mors Virum pretioſiſſimum atque ipſum pro eo tempore Vniuerſitatis caput nobis eripuit *Dominicum de Baſſus &c.* Codicis ac Iuris publici Profeſſorem. Obiit die 15. Auguſti, ipſa aſſumptæ ad cœlos Virginis feſta luce poſt veſperas. Cum hoſtis præforibus tunc eſſet, atque multa accidere quotidie poſſent, quæ Rectoris auctoritatem deſiderarent, altero mox mane collecto Vniuerſitatis concilio nouus Rector ſubſtitutus eſt *Chriſtophorus Obliſpergerus* Inſtit. Imp. Profeſſor ordinarius. Sub crepuſculum autem nocturnum eiſdem diei elatum eſt funus deſuncti Rectoris, quod ex Profeſſoribus vix vnus aut alter, cum nemo eſſent inuitatus, ex ſtudioſis pauciſſimi comitati ſunt, ideo ſcilicet, quod hoc tempore; quo Cæſareani arctius in horas cingebant urbem, & Dux maxime *Ihûngeniſ* igneos minitabatur globos, quilibet ſibi ac ſuis eſſet intentus. Corpus terræ mandatum eſt in templo D. Mauritii, vbi ſequens Epitaphium lapidi inſcriptum hodie dum legitur: *Sta Viator: Hic ſitus eſt Præn. & Magnif. D. Dominicus de Baſſus, gente Rbœtus, patria Peſclauienſis, Vir, in quo magna omnia; Ingenium, doctrina, virtus. Illuſtre ſydus huius Academiæ, decus Bauariæ præſtans, morum comitate ſimul ac probitate. Iuris obſeruantiffimus æque ac peritiſſimus, alieni abſtinentiſſimus, profuſus ſui & Pater pauperum. Cum cathedram Iuris Profeſſor Codicis Iuſtiniani & Publici annis XXXII. præclare ornaveſſet, laboribus pro bono publico ſuſceptis fractus, humana deſpiciens, & Deum ſolum ſuſpirans, non tam annis quam meritis grauis, dum urbs hoſtiliter obſideretur, in ipſo B. V. aſſumptæ die, non ſine omine, eximias SS. Roſarii cultor & Benefactor cœlum expugnauit anno Sal. MDCCIV. ætatis LXI. In vltimis exequiis, ſeu in Trigeſimo, vt loqui ſolent, deſuncti laudes oratione funebri complexus eſt *Melchior Friderich* SS.*

SS. Canonum Professor. Scripsit *Dominicus de Bassus* varias Dissertationes: *De donationibus propter nuptias*, an. 1672. *De Consuetudine seu Iure non scripto*, an. 1673. *De Legatis*, an. 1675. *Semicenturiam Controversiarum, totidemque decisionum, siue rerum in supremis Electoratus Bavarici dicasteriis, & precipue excelso consilio reuisorio iudicatarum*, an. 1680. Prodiit mox dictus liber, cum *Franc. Carolus Schmid ab Haslbach & Pörnback* publice positiones iuridicas defenderet. *De Restitutione in integrum*, an. 1681. *Diu. Iustiniani Imp. quinquaginta decisiones precipuis tam dabitandi quam decidendi rationibus, nec non variis ex vniuerso iure communi desumptis controversiis solide illustratas, ac Electorali Iuri Bavarico passim accomodatas*, editas an. 1684. cum *Antonius L. B. de Berchem in Pludenburg, Menzing &c.* publice ex iurisprudencia disputaret. *Semicenturiam Controversiarum canonico-legalium in foro Bavarico frequenter occurrentium*, an. 1685. Inter alia Manuscripta nobis reliquit Orationem in solenni lectionem suarum principio recitatam, de vita aulica; scilicet, *an prestet sapienti, literato & liberaliter instituto viro aulicam vitam affectare, & curialium officia sectari, vel potius vita priuata & academica contentum Musarum deliciis incumbere?* Item geminas allocutiones occasione depositi Rectoratus an. 1679. & 1682. Denique Orationem funebrem in Exequiis *Casparis Manzii*. Elucet ex omnibus eius scriptis assiduum laborandi studium cum magna ingenii facilitate coniunctum, atque singularis eruditio & par soliditas doctrinæ. Perfitere ab illo tempore Nobiles quidam *de Bassus* in Bavaria, ac hodie dum perfruuntur bonis Sandersdorfensibus atque Mendorfensibus, quæ *Dominicus* noster post obitum *Loffii* primus suæ familiæ vindicauerat. In huiate etiam *Diu. Mauriti* templo eadem familia Beneficium, vt vocamus, pro quodam sui nominis ac sanguinis sacerdote fundauit.

Octobri mense, cum ad diem illius decimam octauam plerique Professorum ad inchoanda pro more studia accincti essent, moram iniecit annonæ militaris vis ingens, quæ inferius Academix atrium ita occupabat, vt ad Philosophorum auditoria nullus esset aditus. Monitus propterea annonæ Præfectus, cum iuxta promissionem mense Augusto factam euacuare Academiam nollet, ad aulam Monacensem delatus est, quæ peti-

**A.**  
**1704.** tioni Vniuersitatis benigne mox indulfit, ita, vt sub finem eiusdem mensis frequentari omnes lectiones possent.

E cathedra theologica Nouembri mense abiit *Fridericus Rbelinger* Conuictus Dilingani Regens futurus; cui successit *Iosephus Vogler* Lincio redux, quo cum aliquot ex sua societate studiosis Theologiae ob tumultus bellicos superiori anno secesserat.

In peruigilio immaculae Conceptionis B. Virginis miles Cæsareus in urbem ingressus est, postquam locum eidem fecerat Bauarus. Statuerat Rector Magnificus consueti voti renouationem alium in diem differre; sed nescio quibus permotus caussis omnia aliorum ritu annorum peragi in ipso festo curauit.

**A.**  
**1705.**

## ANNO DOMINI M DCC V.

Rect. CCCCLIII, CHRISTOPH. DE CHLINGENSPERG, Prof. Pandect. & Iur. Publ. VI.

Inscripti 141.

**Nobiles**, *Frideric. L. B. ab S in Massenbach*, Lotharing.  
*Franc. Christoph. Ioseph. a Ramschwag*, Kipfenbergens.  
 Franc.

*Franc. Casp. Nicol.* } *de Wildenan.*  
*Maximil. Erhard.* }

*Maximil. Ant. a Paumgarten*, Eggenhofens. Bau.

*Ioan. Franc. Mar. Ios. L. B. de Neubaus*, Greiffenfels & Ernhaus.

*Franc. Ant. Ignat. Caiet.* } *LL. BB. de Stinglbaimb*,  
*Ioan. Georg. Adam. Dominic.* } *Kirrens. Palat.*

*Ioan. Ant. a Delling*, Monacens. Bau.

*Ignat. Franc. Patrit. L. B. Adelman* ab Adelmansfelden.

**Nou. Prof.** *Ludonic. Simonzin*, Salurnens. Tirol. S. I. Prof. Theol. mor.

*Anton. Mayr*, Nesselwang. Allgoi. S. I. Prof. Log.

*Matthaus Ruckhaber*, Rottenburg. Sueu. S. I. Prof. Ethic.

Inter

Inter inscriptos hoc anno iure merito nominatim memorandi veniunt tres *Cblingenspergeri* fratres, *Bernardus Laurentius*, *Ioannes Bonaventura*, & *Urbanus Beatus*, quos vno eodemque die, nono Ianuarii ipse eorum Pater, tum Rector Vniuersitatis ad Album academicum retulit.

Duodecima eiusdem mensis celebratæ sunt in Ecclesia academica exequiæ pro Reuerendissimo & Celsissimo S. R. I. Principe & Episcopo Eichstettensi IOANNE MARTINO, Almæ huius Vniuersitatis Cancellario, qui sexta Decembris superiore anno Herriedæ obierat. Orationem funebrem dixit Procancellarius Vniuersitatis *Christophorus Ignatius Kberl* Controu. Fid. Prof. In defuncti locum nona Februarii successit est IOANNES ANTONIVS *Kæbel a Catzenelenbogen*, Episcopus Eichstadianus LXIII. Cancellarius Vniuersitatis XIII.

Honores non minus tristes mense Maio per tres continuos dies 26, scilicet 27. & 28. eiusdem exhibuimus Augustis manibus Imperatoris LEOPOLDI, quinta huius mensis extincti. Non celebrauit quidem Vniuersitas exequias illas suo nomine, sed ab Episcopo Parochiis fuerunt imperatæ; interfuere tamen Professores omnes, & seculares quidem bullati, ipsis etiam Illustribus atque aliis omnium Facultatum studiosis magno numero presentibus.

Tandem hoc anno Celsissimus Princeps & Episcopus Würceburgensis pro *Ioanne Fabro* designato Academiæ Bibliothecario, quem Vniuersitas bis reiecerat, vti ad an. 1703. relatum est, alium ad id muneris per literas presentauit; sed responsum fuit, non posse nunc temporis id officii cuiquam conferri, quod per tres annos census annui, ex quibus Bibliothecarius sustentandus esset, non fuissent persoluti.

In theologica Facultate bis publice disputatum est a quatuor Collegii Rottenbuchensis Canonicis Regularibus, præside semper *Iosepho Voglero*, qui ea occasione suum de *Restitutione* librum publicam in lucem edidit. Ad cathedram Theologiæ moralis Oeniponto aduenit *Ludouicus Simonzinius*, pro *Francisco* scilicet *Schmalzgrubero*, qui ad sacros explicandos Canones Diligam abiit.

Belli

A.  
1705.

Belli incommoda hoc maxime anno sentire cœpit Vniuersitas, cum donum, vt vocant, gratuitum sexcentorum florenorum, diu iam petitum, tandem mense Nouembri, vrgente exactore, Cæsareæ militari cassæ soluendum fuit. Videbatur plerisque Patribus academicis hæc pecunia non a Professoribus aut Facultatibus singulis, sed ab ipsa Camera academica esse pendenda, quam etiam ob causam Vice-Camerarius Academicæ ad Senatum eo tum fine collectum est vocatus. Verum cum hic ærarium Vniuersitatis aliunde iam pene exhaustum causaretur, atque insuper negaret, licere sibi absque consensu Cameræ aulicæ Monacensis quidquam hanc in finem expendere; ac præterea periculum esset in mora, eoquod molestus exactor militarem executionem, vt vocant, minitaretur, in eam tandem a maiore Senatus parte itum est sententiam, vt interim superiores duæ Facultates singulæ ducentos florenos, reliquæ vero duæ singulæ centenos ex suo soluerent. Et vero superiores tres Facultates quingentos florenos mox contulere: philosophica autem Facultas negauit quidquam a se posse aut debere contribui, eoquod Philosophiæ Professores nullum a Camera academica, a qua donum hoc gratuitum peti videretur, salarium annuum recipere, quæ vero iisdem pro sustentatione congrua in annos singulos competerent, bonis Collegii Societatis essent innoxia, quod satis magnam iam summam doni gratuiti nomine perdidisset. Tandem impetratum est, vt importunus exactor quingentis florenis contentus abscederet, de reliquis vero centenis Monachium referret. Ibi res tota aut obliuioni tradita, aut dissimulata videtur esse, cum nihil deinceps motum sit.

A.  
1706.

## ANNO DOMINI M DCC VI.

Reft. CCCCLIV. MICHAEL HERTEL, Phil. & Medic. Doct. S.  
C. M. Confil. Medic. Prof. ord. III.

Inscripti 130.

Nobiles, *Ioan. Franc. Ferd. Ign. L. B. de Hegnenberg* dictus *Dux*.  
*Godefredus Truchses L. B. de Wezhausen* in *Pondorf*, Franc.  
*Max.*

A.  
1706.

- Max. Franc. Ios. L. B. de Ginsbaim, Monacens.*  
*Carol. Ign. Ioan. Ios. Franc. Ant. Bernard. Tänzle L. B. de*  
*Trazberg.*  
*Ios. Ferd. Christoph. Ignat. S. R. I. Comes de Leibefing &c.*  
*Ant. Franc. Xan. Löfob L. B. ab & in Hilgertshausen,*  
*Landishut.*  
*Ios. Ant. Mandl L. B. de Deüttenhofen ad Tandera.*  
*Ant. Vit. Erasmus Goder L. B. de Kiestorf &c.*  
*Ioan. Albert. Ios. L. B. de Hörwarth &c.*  
*Carol. Casp. Ferd. L. B. de Vieregg &c. Gerzensf. Bau.*  
*Ios. Gottlieb Rid a Collenberg, Collenbachenf. Boi.*  
*Leopold. Bened. Ignat. de Casan a Gräsfeld, Prouincia-*  
*lis Tirolensf.*
- Nou. Prof.** *Franciscus Schilcher, Reifling. Ban. S. I. Prof. Theol. mor.*  
*Ioan. Georg. Widmont ab Offendorf &c. Prof. Iur. ord.*  
*Franciscus Steinhart, Spaltenf. Franc. S. I. Prof. Log.*  
*Antonius Rbemi, Gräcenf. Styr. S. I. Prof. Ethic.*  
*Ioan. Frid, de Chardel, Belga, Prof. Iur. extraord.*
- Nou. Doct.** *M. Franc. Sigism. Loderbacher, Wasserburg. Bau. } Medic.*  
*Ioan. Sebastian. Pinter, Rainenf. Bau.*

Non sine difficultate quadam dari hoc anno initium studiis academiciis potuit post natalitias ferias. Res hunc in modum se habebat. Vigesima quarta Decembris anni mox elapsi Comes Bagnius Cæsareæ militiæ per Banariam Præfectus generalis ad se vocavit Vniuersitatis Rectorem, eidemque tradidit decretum ab Administratione, vt vocabant, Cæsarea ad Academiam Monachio transmissum, quo iubebantur Professores ad tempus a lectionibus cessare, ac studiosos omnes, Gymnasistis exceptis in patriam dimittere. Scilicet sparsus fuerat, nescio quo auctore, falsus rumor, esse hic studiosorum ingentem numerum, ita vt ad sesqui mille se extenderet, cum tamen vna cum Gymnasii discipulis ne quingenti quidem numerarentur. Sed erant nimirum omnia tum suspicionibus plena ob tumultuantes in Bauaria inferiore rusticos, qui Burghusium, Brunovium, Schardingam aliaque minora oppida iam occuparant. Conuenere postmodum Patres academici, deliberaturi de hoc decreto.

P

**A.**  
1706. creto. Censuere omnes scripto petendam esse eius abolitionem, adductis hanc in rem multis & grauibus causis; illadque scriptum non tantum *Bagnio Comiti* & Administrationi Cæsareæ porrigendum, sed ipsi etiam Aulæ Viennensi ac Reuetendissimo & Celsissimo Domino Cancellario Vniuersitatis. Tantoque magis hæc fieri placuit, quod iudiciis non dubiis constare videretur vrgeri hanc studiorum nostrorum suspensionem maxime a Circulo Suenico & Franconico; iamque passim Augustæ spargebatur rumor & Norimbergæ claudendam esse nostram Academiam. Mouebat autem maxime Patres academicos, quod, si nunc dimitterentur studiosi, dilapsuri essent ad alias Academias, & ante bellum finitum (quod non adeo cito sperandum erat fore) non redituri. Ad nostras literas cum ad sextum vsque Ianuarii diem, quo resumitur post ferias natalitias academica studia solent, neque Vienna neque Monachio responsi quidpiam aduenisset, accessit Rector Vniuersitatis cum quatuor Facultatum Decanis ad Comitem *Bagnium*, vt quid hæc in articulo capiendum consilii esset, ipse iam ediceret. Respondit ille, posse nos interea profequi consuetas prælectiones, dum altior potestas aliud iubeat. Sic octauo Ianuarii cœpta studia; nec quid posthac in contrarium a quopiam est motum.

Die sexta Maii, circa sextam vespertinam viuere desinit *Georgius Widmont* senior, Codicis Professor, cuius funus octaua eiusdem ad templum academicum profecti sunt Professores omnes; *Verlobnerus* autem Instit. Prof. die vt vocant, tricesima exequiarum defunctum oratione funebri dilaudauit. Epitaphium sepulchro inscriptum pleraque continet, quæ memorari hoc de viro possunt. *Hic iacet Pranob. Clariss. & Magnif. Dominus Georgius de Widmont in Offendorf, I. V. D. Sac. Cæs. Mai. Consiliar. & Codicis Prof. Ord. qui antebac in noua Archiducali Vniuersitate Oenipontana professionem Iuris ciuilibus primus auspicabatur, & per quinquennium operam dedit; postea in hac alma Vniuersitate XXX. annis eandem Iuris professionem exercuit, nec minus iustitiam fecit quam docuit. Obiit A. MDCCVI. Aetat. suæ LXVI. die VI. Maii. Reliquit Georgius Widmontius post se filium cognominem, pariter Iurium apud nos Professore, ac præterea partum literarium insignem, Collegia in Pandectas septem Tomis comprehensa, quorum primam partem edidit an. 1698.*

Se.

Serenissimo nostro MAXIMILIANO EMANVELI inscriptam. Partem A.  
1706.  
septimam an. 1713., Authore viuis erepto, *Laurentius Albertus Verlobnerus* Pandectarum & Feudorum hic Prof. ord. collegit atque in lucem emisit sumptibus Viduæ Widmontianæ.

Aliud funus sequenti mense Iunio Academia non tam extulit quam comitata est honoris causa; scilicet *Montfortii* Comitis Urbis huius Gubernatoris, decima tertia dicti mensis extincti; qua ipsa die in Parochia Mauritianæ cantatus est Hymnus Ambrosianus ob liberatam Barcinonem; ad quam sollemnitate omnes Professores inuitati sunt.

Notauit quispiam ad diem tertiam Iunii h. a. Baronem quemdam *Truchsessium* Principiorum studiosum, quamuis a catholicæ matriculæ academicæ conscio & approbante Vniuersitatis Procancellario fuisse insertum. Tam religiosi his adhuc temporibus erant Patres nostri; quod sane mireris.

Rectoris nostri magnifici auctoritatem circa hoc tempus egregie tuitus est Præsidi huius Pro-Præfectus Excellentissimus D. *Tucherus*; cum enim Medicus quidam Castrensis non verbis tantum contumeliosis, sed minis etiam ac intentatione baculi Rectorem incessisset; atque Senatus academicus pro hac iniuria eidem satisfieri postulasset, ille non tantum acriter hominem reprehendit, sed missum ad aliquod tempus in militarem custodiam, loco tandem & officio dimouendum curauit, cum necessaria illius opera haud esset, nec probare etiam ipse posset, ab Administratione Cæsarea se fuisse constitutum.

Die quarta Decembris terræ mandatum est in Sacello Collegii Georg. corpus *Georgii Ignatii Scherer* SS. Theol. Doct. Protonot. Apost. Equitis Aurati, Comitis Palatini, & antehac Regentis Collegii Georg. quod officium paucis abhinc diebus cesserat *Georgio Funk* SS. Theol. Licentiatu; ipse autem sese receperat ad Seminarium Clericorum secularium in commune uentium. Rector Vniuersitatis statim post illius obitum bonorum relictorum fecerat obsignationem: verum ægerrime id tulit Episcopus Eichstettensis; ac non solum literas dedit acerbissimas ad utrumque huiatem Parochum, sed & sigillum Vniuersitatis rescindi voluit a Notario huc missu, qui rem executus est nulla prius facta intimatione. Causlabatur Episcopus sibi



**A.**  
**1706.** soli competere ius obfignationis in bonis Clericorum sibi subditorum: at respondit Vniuersitas, *Schererum* mortuum esse in ædibus sui Instituti, eiusque fuisse membrum; sibi vero competere iurisdictionem in Seminarium & illius Clericos; ac in Bauiaria receptam esse consuetudinem, vt Dominus, quem vocant, territorialis obfignet *cumulatiue* cum Episcopo bona Clericorum defunctorum; & si non obfignasset in hoc casu Vniuersitas, obfignaturum fuisse Prætorem vrbis. Excepit quidem Episcopus contra hanc consuetudinem, postquam tamen res Monachium delata est, tota controuersia fuit sopita, cum factum infectum reddi non potuerit.

**A.**  
**1707.**

ANNO DOMINI M DCC VII.

Reft. CCCCLIV. IOANNES IACOBVS STVBER, S. Scripturæ Prof.  
 Paroch, ad S. Maurit. &c. III.

Inscripti 128.

Nobiles, *Ios. Clem. Mar. de Ionner* in Neuhofen & Gerstorf,  
 Monac.

*Henric. Christoph. Ios.* } LL. BB. de Leo- ( Landsbergenf.  
*Franc. Wilhelm. Ant.* } prechting, ( Kelhaimenf.

*Ioan. Franciscus* } S. R. I. Comites de S in Lerchen-  
*Philipp. Ernest. Erbard.* } feld a Kœftring, Schenberg,  
*Alexand. Mar. Laurent.* } Gobelkofen & Lukenpoint,  
*Franc. Carol. Ios. L. B. a Stinghaimb* in Kürn & Bern-  
 hardswald.

*Franc. Casp. Ios. L. B. de S in Pruggberg*, Eggmüllensf.  
*Max. Franc. Xau. Ant. L. B. de Schurff.*

*Ioan. Frid. a Durbatmb*, Vberlinganus.

*Franciscus Otto.* } LL. BB. a Schönau, Rauraci.  
*Ignat. Reinbard.* }

*Ios. Sympert. Franc. Florent. Gentiforus L. B. a Pelkofen*,  
 Monacensf.

*Petr. Wilhelm. Raydt de Raydtenstein*, Palatin.

Non.

Non. Prof. <i>Iacobus Granduillers</i> , Dellemont. Raurac. S. I. Prof. Log.	A. 1707. <hr/> <hr/>
<i>Nicolaus Neyer</i> , Constant. Acron. S. I. Prof. Ethic.	
Non. Doct. <i>Hermann. Ant. de Cbltngensperg</i> , Iur. Prof. extraord.	
<i>Ioan. Hermann. Heerde</i> , Monasterio- Westphalus, insignis Eccl. Colleg. S. Crucis Hildesii Canonicus & Scholasticus.	} <i>Vir. Iur.</i>
<i>Ios. Georg. Kofler</i> , Consil. Anl. Monac. Advocatus.	
<i>Petrus Ferd. Rorrer</i> , Presbyter, Brunno- uient. Boi.	
<i>Ioannes Adamus Morasch</i> , Pöttmessenf. Bau.	} <i>Medic.</i>
<i>Iacob. Anton. Lachemair</i> , Straubing. Bau.	
<i>Marquard. Sebast. a Bingen</i> , Eluacens. Suen. Phys. Augustanus designatus.	

CLEMENS XI. Pont. Max. vt fideles omnes ad commune pacis studium, atque inprimis ad fundendas in eum finem preces excitaret, Indulgentias concessit per modum Iubilæi; quarum lucrandarum studio Magistratus academicus, Illustres ac reliqui studiosi fere omnes die 27. Ianuarii ad geminas huius loci parochias solenniter processere.

Philosophi etiam nostri memorabilem hunc annum fecere, cum quinque omnino publice ac solenniter disputarunt. Prodiere hac occasione in lucem libelli duo, vnus *de Substantialitate Luminis*, alter *de Signis humanarum Inclinationum*; quem vltimum vna cum positionibus philosophicis proposuit *Christophorus de Cblingensperg* Philosophiæ in annum tertium auditor.

Eadem Facultas philosophica in conferendo supremo gradu, quem Magisterium vocant, illud hoc anno habuit singulare, quod inter viginti & vnum candidatos numerauerit Amplissimum quemdam Virum *Ioannem Ludovicum Iosephum Steyer* Lizomiric. Bohem. Protonot. Apost. Decanum, & Archiepiscopi Pragensis Consiliarium ac in districtu Foraneo Vicarium. Venerat is ad petendam Licentiam, quam vocant, theologicam; cum vero sacras scientias in Academia publice non audiisset, sed priuatim in Seminario Pragensi, mota eidem est difficultas

**A.**  
1707. circa collationem illius gradus. Re discussa in concilio sacre Facultatis visum est Patribus, conuiendum esse in hoc casu, tum quod vir esset magnæ dignitatis, & ob doctrinam insigniter commendatus, tum quod in Academia Pragensi publicam disputationem ex Philosophia sustinisset, & Seminarium illud esset Archiepiscopale, ac fortassis etiam Academicum.

Ad finem Octobris mensis cum post peractam Rectoris Magnifici electionem in singulis Facultatibus eligendi pro more essent Decani, Theologi vnanimi calculo statuerunt, semestrem denuo Decanatum esse debere ob multas rationes; neque obstare putabant huic suo concluso Electorale mandatum anni 1702. quo Rectoris magnifici officium annuum decernebatur; eoquod Decanatus necessariam connexionem cum Rectoratu non haberet, & alterum decretum, quod de annuo Decani munere mittendum dicebatur, hactenus non aduenisset.

Die 26. Nouembris priuatim Doctor Iurium creatus est *Hermannus Antonius de Cblingensperg* a Parente *Christophoro* Codicis & Iuris publici Professore, qui filio suo, præterito ac penitus inscio toto Senatu academico; Monachio ab Administratione Cæsarea impetrauit lectionem Iuris extraordinariam in hac Vniuersitate, de qua ipse per triginta annos bene, vt aiebat, meruisset.

---



---

## ANNO DOMINI M DCC VIII.

**A.**  
1708. **Rect. CCCCLV. LAVR. ALB. VERLOHNER, S. Cæs. Maiest. Consil. Pandect. & Feud. Prof. ord. III.**

Inscripti 147.

**Nobiles, Ferd. Vit. Matthias S. R. I. Comes de Seinsbeimb, Landshutan. Boi.**

*Ioseph. Lambert.*

*Maximil. Franc. Ant.*

*Adam. Theophil. Maria*

*Max. Pancrat. Georg. Ios. Xau. Felix L. B. de Heguenberg appellatus Dux, Monac. Boi,*

LL. BB. de Alt. & Neufraunhofen  
in Mosthening, Frising. Boi.

*Ignat.*

A.  
1708.

Ignat. Xau. Ioachim. } LL. BB. Full de Camerberg,  
Georg. Felix. Guilielm. } Windacens. Boi.  
Ioan. Christoph. Bilbis & Sigenburg, Neofor. Boi.  
Ioan. Iof. Ant. S. R. I. Comes de Notbaf, Mattighhof:  
Boi.

Franc. Xau. Ignat. Carol. } de May, Prouinciales Salis-  
Benedictus Caietanus } burg. Ratisbon.

Albert. Frid. Ant. } de Lewenthal, Neoforens. Palat.  
Henr. Franc. Melch. }

Ferdinand. L. B. de Iodoci, Viennens. Austr.

Iof. Max. Sigism. Ferd. de Neuburg, Berchtesgad. Boi.

Ioan. Henric. Anton.

Ioan. Franc. Bern. Ignat. } LL. BB. de Donnersperg &c.

Ioan. Laurent. L. B. de Leoprechting, Deldschenfis.

Christoph. Ant. Adam. Mich. de Frankenoe, Palatinus.

Georg. Frid. de Bernericb, Moguntin.

Carol. Philipp. de Høyde, Ebenhusan.

Nou. Prof. Ioseph. Mayr, Halens. Tirol. S. I. Theol. Schol. Prof.

Herm. Ant. de Cblingensperg, Prof. Iur. ord.

Ioan. Frid. Chardel, Prof. Inst. ord.

Ioan. Euang. Rafsler, Marisburg. Acron. S. I. Prof. Log.

Iacob. Biffelius, Riedens. Suen. S. I. Prof. Ethic.

Ioan. Adam. Morasch, Pöttmessens. Prof. Medic. ex-  
traord.

Nou. Doct. Ant. Caiet. ab Vuertl, Monacens. Insign. Eccl.

Colleg. ibid. Canonicus.

Ignat. Stabl, Notar. Apost. Parochus &  
Decanus Dünkelspihlens.

Ioannes Holzmillier, Germershaigens. Bau.

Confil. aul. Aduocatus.

Franc. Xau. Wiguleus Kreitmayer, Fridbergens.

Bau. Confil. aul. Aduocatus.

Iof. Bened. Godfrid. Schiltl, Monac. Boi.

Ioan. Christoph. Lespadre, Viennens. Austr.

Vtr. Iur.

Integro fere mense Februario Senatium Vniuersitatis oc-  
cupauit caussa Ioannis Adami Moraschii, qui anno primum supe-  
riori

A.

1708. riori Medicinæ Doctor hic fuerat creatus. Petiit is iteratis a Cæsarea Administratione precibus quartam inter nostros Medicinæ Professores cathedram; nam tertiam sibi reseruarat *Menradus Vorwaltnerus*, hinc ad Serenissimos Bauariæ Principes enocatus. Missus est libellus eiusdem simplex ad Facultatem medicam, ut de extraordinario hoc candidato sua sensa perscriberet, consentientibus tamen & approbantibus ceteris Facultatibus. Nihil concedendum esse *Moraschio* saluberrimæ Facultatis Professores putabant, adductis in rem suam pluribus rationibus. Sola huic sententiæ subscripsit Facultas sacra: Doctores Legum aperte repugnabant, ac pro *Moraschio* ferebant suffragia: Philosophi subscripturos se negabant, nisi acerbiores quædam aduersus Candidatum dictoria omitterentur. Medici, cum mutare nihil vellent, id saltem ab iisdem impetrarunt, ut scripto testarentur extraordinarium Medicinæ Professore non videri sibi necessarium. Sub finem mensis hæc causa Monachii ab Administratione Cæsarea ita decisa est, ut loco Doctoris *Menradi* extraordinarie legeret *Moraschius*, assignato centum quinquaginta florenorum stipendio.

Decima octava Maii sub octauam vespertinam ad Speciosæ Virginis templum elatum est Funus *Georgii de Widmont*, Iun. Instit. Imper. Professoris, comitantibus omnibus Professoribus academicis. In die exequiarum trigesimo de defuncti laudibus peroravit Iunior *de Cblingensperg* Iurium Professor extraordinarius. De *Widmontio*, quod referam, non inuenio, nisi epitaphium, in templo academico honorandæ eius memoriæ inscriptum, his verbis: *Silete leges, Absrea luce, lege Viator. Silet! ab silet inter silentium turbas Legum clarissima vox & Interpret earum felicissimus, ac ipsissima Patris imago, Pren. Clariss. ac Magnif. D. Ioannes Georgius de Widmont in Offendorf I. V. D. S. C. M. Consil. & Instit. Imp. Prof. Ord. qui ab inuida mortis falce medio ætatis vere morbo ereptus, spes maximas secum tumulo abscondit, & mortalibus immortalis sui desiderium reliquit. Mortuus XVII. Maii, A. Chr. MDCCVIII. ætatis suæ XXI/III.*

In ordinariam Institutionum cathedram *Widmontii* loco successit *Chardelius*, iam a biennio Professor Iurium extraordinarius, qui vigesima tertia Iunii lectionum suarum solenne principium pro more fecit.

Die

A.

1708.

Die 23. Iunii in Domino obiit calida febr̄ extinctus Admodum Reuerendus & Clarissimus Pater Iosephus Vogler S. I. SS. Theol. Doctor & Professor ordinarius & maioris academice Congregationis Præses. Vir erat excelſi ingenii, miræ Eruditionis & felicissima memoria, rare ſacundie & ardentissimi in rebus, quæ maiorem DEI, Deiparæque gloriam & proximi salutem concernebant, ſuauiſſimi zeli: omnibus in eximia estimatione ac veneratione; dilectus DEO & hominibus, cuius memoria in benedictione est, relinquens post ſe ſingulare ubique deſiderium. Hactenus ad verbum Ioannes Iacobus Stuberus Parochus ad S. Mauritii, Theologiæ tum Decanus in diario ſacræ Facultatis. Voluit is ipſe cum aliis tanto viro, de ſcientiis diuinis optime merito in Eccleſia academica honores funebres deferre, vt in aliorum ſcilicet Professorum exequiis obſeruari conſuevit. Noluit autem ſacra Religio (Stuberi verba deſcribo) piſſimos manes profunda humilitati in vita aſſuetos externo quocunq; apparatu offendi. Hinc aquieſcendam viſum, & cuiuscunq; peculiari affectui relinquendum, qua deuotione & memoria præcari deſuncto velit donandam a Rege gloria Requiem æternam. Scripſit Iosephus Voglerus Diſputationem Meteorologicam, Monachii an. 1694. De Corpore Humano, Ingolſtad. an. 1696. De Reſtitutione, an. 1705. De Legibus & Fide; Summam Theologiæ moralis P. Suarez &c.

Die vigesima tertia Iulii Ioannes Franciscus & Philippus Ernestus, Fratres, Comites de Lerchenfeld ex vniuerſo lure publice diſputarunt, præſide Melchiore Friderich SS. Canonum Professore, Patrono theſium Sereniſſimo ac Reuerendiſſimo S. R. I. Principe & Epifcopo Auguſtano, cuius effigies in forma folii maioris erat præfixa. Diſputationis Præſes hac occasione edidit præclarum ſuum de Foro Competente opusculum, quod biennio poſt iteratis typis fuit excuſum. De hoc libro notauit Cblingenſpergius Senior in Actis iuridicæ Facultatis, ſe ea, quæ de Iurisdictione Reſtori huius Vniuerſitatis in Clericos non competente in illo dicuntur, approbaturum nunquam fuiſſe, niſi ob temporis ad examinandum librum conceſſi anguſtias ille locus ſuos oculos effuſiſſet. Addidit idem tanquam rem ſingularem, dictos DD. Comites vno ſolum anno in Academia vixiſſe; reliqua vero ſua ſtudia in arce ſua Kœſeringana confeciſſe.

Junior de Cblingenſperg Herm. Ant. ſicut ſuperiori ad extraordinariam, ita hoc anno ad ordinariam Iuris cathedram aſſumptus eſt, nemine ex Senatu academico quidquam ſciente. So-

Q.

lenne

A.

1708. lenne lectionum suarum principium habuit vigesima Octobris; ac præuenit quidem geminis diebus *Iosephum Mayerum* Theologiæ Professore[m] designatum; inde sacra Facultas protestationem suam contra hunc actum protocollo inferi per Notarium voluit, ad conseruanda scilicet præcedendi iura.

A.  
1709.

## ANNO DOMINI M DCC IX.

Rect. CCCCLVI. IOAN. HENRIC. SCHEIFLER &amp;c. VIII.

Inscripti 135.

Nobiles , *Ios. Wolfg. Laurent. de Prielmayr.*  
*Anton. Georg. Sebast. Ioan. Comes de Sensheim, Landshut. Bau.*  
*Ioan. Adolph. Wilhelm. L. B. de Hörwarth ab Hohenburg.*  
*Ios. Ant. Frid. Alphonf. Casimir. L. B. de Beccaria Dominus in Schweningen & Hundheim.*  
*Franc. Ant. L. B. de Vieregg, Illenkofens. Bau.*  
*Frid. Oswald, L. B. de Mayr, Monacens. Boi.*  
*Felix Clem. Ios. Adam. Hundt S. R. I. Comes de & in Lauterbach.*  
*Franc. Wolfg. Ios. Max. de Limpeck, Kelheim. Bau.*  
*Ioan. Casp. Ludou. Theorinus Pfiffer de Heidegg.*  
*Christoph. Ios. Henric. L. B. de Vieregg &c. Frinling. Bau.*  
*Ios. Max. Bernard. Weingärtler ab Haybach, Straubing. Bau.*  
 Nou. Prof. *Franciscus Schmalzgruber, Griesbacens. Bau. S. I. Prof. SS. Can.*  
*Franciscus Mossu, Cherment. Heluet. S. I. Prof. Log.*

Causa quædam domestica, alias quidem sæpius inter geminas immo ternas Facultates agitata, huius tandem anni initio ad Cæsaream Administrationem Monachium delata est, Vetus hæc erat Facultatis philosophicæ querela, admitti non raro studiosos ad Medicinæ, & multo frequentius ad Iurisprudentiæ

A.

1709.

dentis studium non absoluto Philosophis biennio, quod a studiosis Iurium, aut triennio, quod a Medicis candidatis vi decretorum Electoralium requireretur. Ostenderunt Philosophi die 23. Febr. in pleno Patrum academicorum concilio repugnare id suæ Facultatis privilegiis, Vniuersitatis statutis, ac decretis Electoralibus; ac neminem quidem habuere aduersantem, nisi solos Iurium Doctores, qui cassabantur, eam rem ad totum Senatum non pertinere, sed inter utramque Facultatem iuridicam & philosophicam transigi debere. Cum itaque Senatus concludere nihil iam posset, statuit saltem Monachium ad Administrationem Cæsaream rem totam perscribendam esse. Quod cum vigesima octaua dicti mensis Februarii factum esset, venere decima octaua Martii Monacho literæ toti Senatui inscriptæ, quibus confirmantur inprimis præcedentia decreta Electoralia, ac de nouo imperatur Medicis studiosis triennium, Iuris vero integrum biennium. Ita, vt nunquam liceat Phisicis simul accedere collegia iuridica. Conclusum est, hoc decretum studiosis omnibus affixo programme promulgandum esse.

Ceterum memorabiles sunt geminæ Disputationes publicæ, quas Facultas iuridica hoc anno instituit, ac primam quidem vigesima quarta Maii ex Iure ecclesiastico, respondente *Corbintiano Maurero* Ord. Erem. S. Aug. Monacho; Præside *Melchior Friderichio* SS. Can. Professore ordinario, qui suas *de Simonia Questiones* typis impressas hac occasione euulgauit; alteram ex Iure ciuili, proposita dissertatione *de Obligatione iuris ciuills in conscientia*, defendente *Iosepho Dominico de Chlingensperg*, Præside germano fratre *Hermanno Antonio* Institutionum Imper. & Iuris criminalis Professore ordinario.

*Melchior Friderichius* Iuris sacri Professor, quem paulo ante disputationem canonicam publice moderatum fuisse, atque eandem erudita etiam dissertatione illustrasse diximus, die vigesima octaua Iulii viuere desiit, postridie in templo religioso suæ familiæ sepultus. Explicauit sacros Canones hac in Vniuersitate nouem annis cum singularis doctrinæ fama, quod relictæ testantur commentarii *de Foro competente*, *de Simonia* &c. de quibus & hoc & superiori anno dictum est. Successorem ha-

Q. 2

buit



**A.**  
 1709. buit Franciscum Schmalzgruberum, integro iam quadriennio in Academia Dilingana Iuris ecclesiastici Professore.

Fuit ex nostris Medicinæ studiosis quidam, qui ausu prorsus temerario foetum e pariturientis foeminae vtero hamis & vncis per partes extraxit, successu tam infelici ut post quadrantem horæ mors puerperæ subsecuta fuerit. Delictum tanto visum est grauius, quod iam alias ob periculosam eiusmodi operationem susceptam increpatus fuerit a Decano Facultatis; ac præcipue quod in dubio an foetus vere fuerit mortuus, nullius periti in arte doctoris consilium adhibuerit, qui fortasse oportuna adhibendo media & matrem & prolem liberare a morte potuisset. Interea attendentes Patres academici ad ætatem hominis non satis maturam atque alias circumstantias ad octo dierum carcerem eum condemnarunt, qui multo grauiorem pœnam fuerat promeritus.

**A.**  
 1710.

ANNO DOMINI M DCC X.

Rect. CCCCLVII. IGNAT. CHRISTOPH. KHERL, Prof. Controu.  
 Fid. &c. IX.

Inscripti 131.

Nobiles, Ioan. Franc. Adam. Ant. Ios. L. B. de Herwarth &c.  
 Franc. Maria Ioan. Rudolph. L. B. de Tachsberg.  
 Franc. Ferd. Ioan. Wolfg. Lösch L. B. ab & in Hilgertshausen, Landishut.  
 Ios. Xau. Max. Ferd. Benno Adam. L. B. ab Haaslang &c. Monacens.  
 Franc. Ios. Theodor. ) Müller a Zweyraden, Ingolstadt.  
 Ios. Philipp. Nicol. )  
 Ant. Ios. Nottbast L. B. de Weissenstein.  
 Franc. Xau. Nicol. Felix L. B. de Scharff dictus de Thann, Monacens.  
 Ioan. Ferd. Ios. L. B. de Schrenk ab Inkhofen & Egma-ting.

Aloys.

A.  
1710.

*Aloys. Rudolph. Desider. Mändl a Deutenhofen*  
*Henric. Wilhelm. Maurit. L. B. a Wolframsdorf &c. Can.*  
**Eluacens.**

*Ferd. Godefrid. L. B. ab Hörde, ex Eringerfeld, Stör-*  
*mede & Boche, Can. Capitul. Hildesh.*

*Franc. Ios. Ignat. Conrad. Theophil. L. B. de Rosenbusch.*

*Georg. Max. Eman. Ignat. } LL. BB. de Millau.*

*Paul. Ioseph. Ant. Nicol. }*

*Ios. Clem. Vdalric. Zuccalli de Marmels & Mayrhofen,*  
**Monacens.**

*Frid. Ios. Franc. Xau. Ferd. S. R. I. L. B. de Mägerl a Weg-*  
*leuthen, Wifenfelden & Haag &c.*

*Franc. L. B. de Seyblstorf.*

*Petr. Ant. Ios. Wämpl a Bieblspach, Landishut.*

*Ioan. Georg. Franc. Gobel ab Hofgiebing, Amberg.*

*Ios. Franc. Xau. Ign. Ant. L. B. de Spilberg a Nabegg.*

**Nou. Prof.** *Bernard. Iosf, Kaufring. Bau. S. I. Prof. Theol. Schol.*

*Ioan. Bapt. Sturm, Klingens. Bau. S. I. Prof. Theol. mor.*

*Ioan. Adam. Morasch, Medic. Prof. ord.*

*Dominic. Schaitter, Brixin. Tirol. S. I. Prof. Log.*

*Ioan. Ring, Tuzens. Danus, S. I. Prof. Mathel.*

**Nou. Doct.** *Placidus Hayden, O. S. B. Proffessus in Nider-*  
**altaich.**

*Leonard. Lochbrunner, Hasbergenf. Suen. Con-*  
*sil. Eccl. August, & Fiscalis idib. } Theol.*

*Ioan. Willibald. Brein, Eichstad, Franço Paro-*  
*chus Gnadenbergenf. }*

*N. Reiser, Schnaitenbacens. Palat. }*

*N. Mufeler, Osnabrugens. Westphal. } Iur. Vtr.*

*M. Ios. Ant. Naderbirn, Ingolstad. Bau. }*

*M. Ioan. Ant. Hartlieb, Rosenheim. Bau. }*

*Ioan. Adamus Iüngling, Monacens. Bau. } Medic.*

*Balthasar Hell, Rosenhemiens. Bau. }*

*Sebastian. Stanislaus Preninger, Dorffens. Bau. }*

In caussa Facultatis iuridicæ ac philosophicæ superius  
memorata nonum Aprili mense decretum missum est ab Adm-  
nistr-

**A.**  
**1710.** nistracione Cæsarea ad Facultatem consultissimam, quo serio, se-  
 nereque cauetur, ne deinceps quemquam vel Nobilem, vel  
 moralis etiam Theologiæ studiosum vel alium quemcunque ad  
 sua Collegia admittat, nisi audita per biennium Philosophia.  
 Id ipsum decretum reliquis tribus Facultatibus Monachio com-  
 municatum est.

Nouus Professor Canonum *Schmalzgruberus* primo statim  
 anno cum scribendo tum disputando illustrare cœpit suam ca-  
 thedram; in binis enim disputationibus publicis, quarum pri-  
 mam *Christophorus a S. Paula* ex Ord. S. Hieron. alteram duo fra-  
 tres *Vmbhoferi* sustinuerunt, publicam in lucem enulgauit *Iudi-  
 cem Ecclesiasticum*, seu decretalium Gregorii IX. Lib. I. Part. I.  
 & 2dam.

Sed & profano ex Iure nobilissimus pugil decretauit *Ig-  
 natius Dominicus de Bassus* &c. qui Præside *Verlohnero* sat magnum  
 volumen cum effigie Illustrissimi Comitis *Lœwensteinii* Cæsarei  
 per Bauariam Administratoris Thesium Patroni, publice pro-  
 posuit.

Medicorum nostrorum Collegium hoc iterum anno ali-  
 quantulum collisum est in caussa *Moraschii*, extraordinarii hæc-  
 tenus Medicinæ Professoris; cum enim is Nouembri mense decre-  
 to Cæsareo ad ordinarie legendum, absque stipendii tamen  
 augmento, fuisset admissus, obtulit *Hertelius* exceptiones quas-  
 dam ratione decanatus medici; quem ipsum cum *Scbeiflerus* de-  
 ponere recusaret, donec *Moraschius* ad solenne principium &  
 Facultatem medicam admitteretur, similtas eo inualuit, vt ne-  
 que amica compositione a Patribus Theologis tentata, neque  
 solenni totius Senatus academici iudicio satis complanari po-  
 tuerit. Interea tempus ad quintam vsque Decembris extractum  
 est, cum *Moraschius* denique solenni oratione ordinariis suis le-  
 ctionibus prælusit.

Philosophica Facultas Virum hoc anno nacta est pror-  
 sus memorabilem *Ioannem Ringium* Matheseos Professore. Na-  
 tus hic in Dania ex prima nobilitate, cum visendarum regionum  
 caussa Romam venisset, abiecto ibidem Luthero Religioni pri-  
 mum catholicæ, tum vero Societati IESV se adiunxit. Cum  
 auram italicam homo ex remotissimo Septentrione ortus ferre

non posset, in Germaniam translatus, plerosque vitæ ad annum vsque 1753. protractæ annos in Bauaria nostra variis, iisque vtilissimis muneribus consumpsit. Anno 1735. cum prædicandæ catholicæ Religionis causa in Sueciam vsque excurrisset, die 12. Maii eiusdem anni Malmogizæ captus, in carcerem coniectus est; in quo cum ad diem 18. Martii anni 1736. delituisset, liberatus denique in Bauariam rediit. Mortuus est Ambergæ, magno ciuium ac Nobilium numero ad eius funus concurrente, vt ipse spectauit, ob singularis scilicet vitæ sanctitatis famam.

A.  
1710.

ANNO DOMINI M DCC XI.

Rect. CCCCLVIII. IOAN. FRID. DE CHARDELL, I. V. D. S. C. M.  
Consil. Inst. Imperial. Prof. ord.

Inscripti 132.

A.  
1711.

- Nobiles , *Franc. Ioach. a Winkelhofen*, Brixin. Tirol.  
*Franc. Xau. Ignat. a Delling* in Hueb, SS. Theol. Doct.  
 ad S. Andr. Canonic. Frising.  
*Ioan. Ferd. Aloys. Wager* L. B. de Vilshaim & Sattel-  
 bogen.  
*Ios. Ferd. Martellus dictus Hamerling* S. R. I. L. B. in  
 Kreuth, Dominus hæredit. in Dameriz & Seu-  
 dendorf.  
*Ant. Nicol. a Montenach*, Friburg. Heluet.  
*Carol. Ignat. Ant. L. B. de Heydon*, Vlmens.  
*Ioan. Franc. Ernest.* ) *a Gugomos* in Herrngriesdorf,  
*Albertus* ) Mainburgens. Bau.  
*Max. Franc. Ios. L. B. ab Otten*.  
*Ioan. Ant. Ios. Max. L. B. ab Armansberg*, Schönbergens.  
 Bau.  
*Ioan. Ignat. de Rid a Kollenberg*.  
*Leonard. Bernardin. a Buchenberg*, Halens. Tirol.  
*Tiber. Magnus Ios. a Pflaumern*, Buchauiens. Sueu.  
*Ios. Ant. de Prodreis*, Amberg, Palat.

Non.

- A.**  
**1711.** Nou. Prof. *Ioan. Iacob. Treyling*, Eichstettens. Phil. & Medic. Doctor, eiusdemque Prof. ord.  
*Leonard. Hausmann*, Margareith. Tirol. S. I. Prof. Log.  
 Nou. Doct. *N. Bieffer*, Donaufauf.  
*Ioan. Vitus Flaschner*, Amberg. Palat. Archidecanus in Thumbstauf. } *Iur. Vtr.*  
*Matthias Weinmann*, Parochus in Pforing. }  
*M. Ioan. Bapt. Neff*, Schörnensis Bau. }  
*M. Georg. Henric. Freysinger*, Hamburgens. }  
 Belga. }  
*M. Ioan. Georg. Schidl*, Landishut. Bau. }  
*M. Dominicus Fasching*, Landishut. Bau. }  
*M. Ioan. Franc. Rauch*, Braittenbrunens. Palat. } *Medic.*  
*M. Ios. Iacob. Hampel*, Pilsens. Bohemus. }  
*M. Ioan. Adamus Würer*, Riedens. Bau. }  
*Ioan. Georg. Frank*, Eichstad. Franco. }  
*Ioan. Rudolph. Philipp. a Bingen*, Eluacens. }  
 Sueu. }  
*Ioan. Ignat. Baur*, Mönacens. Bau.

*Ioannes Michael Hertelius* Medicinæ Professor die decima Martii circa sextam vespertinam cum magno luctu Vniuersitatis mortem oppetiit. Funus duodecima eiusdem elatum est ad templum S. Mauritii, vbi in die depositionis trigesimo *Adamus Moraschius* celebrandis defuncti laudibus orationem habuit. Fuit *Hertelius* natione Bauarus, patria Rhainensis; ex huius Electoralis præsidii Physico Professor factus eam spartam per nouendecim annos insigni cum laude sustinuit, cum non solum practica artis medicæ peritia hanc ciuitatem atque omnem viciniam felicissime excoleret, sed cathedram quoque academicam eruditissima theoria illustraret; id quod anno 1700. præclare demonstrauit libello publicis typis edito, cuius iste est titulus: *Medicinæ Theoricæ, Generalis ac Compendiarie, veteris & nouæ coniunctio, seu vtriusque qua dissonæ ac controuerse Conciliatio, syncreticæ & per modum Syncretismi tentata ac publice propugnata.* Atque inde quidem intelligimus, hac in Vniuersitate circa ipsum currentis seculi initium Medicos, qui veterem ex Galeno sequebantur me.

A.  
1711.

medendi regulam, a Neotericis sese discreuisse, & *Moraschium* ea sine dubio de causa tam difficiles aditus inuenisse, quod noua inter Medicos dogmata profiteretur. Reliquit *Michael Hertelius* sex filios, insignes postmodum viros, & duos maxime his ipsis in annalibus non silendos *Ioannem* scilicet *Iosephum Antonium* & *Georgium Christophorum Emanuelem*, illum Theologiæ exegeticæ, hunc Medicinæ postea Professore, de quibus suo tempore. Reliqui ad varia promoti munia fuere. Vnus in viuis hodieum est, & Ecclesiam Lindkirchensem Parochus regit.

In defuncti *Hertelii* locum sequenti mox mense Aprili decreto Cæsareo successus est *Ioannes Iacobus Treylingius* Eichstetensis Franco, Nouofori in superiori Palatinatu antehac Physicus, assignato quadringentorum florenorum stipendio. Solenne principium fecit 5. Maii.

Die 17. Aprilis ex variolis defunctus est Augustissimus Imperator IOSEPHVS; pro cuius incolumitate, cum scilicet de obitu nihil dum innotuisset, ad diem 21. eiusd. indictæ fuerunt preces publicæ, quibus ex voluntate generalis huius præsidii Præfecti Patres etiam academici interfuere. Die autem vigesima Maii in templo academico nomine Vniuersitatis pro eodem Augustissimo celebratæ sunt exequiæ exstrueto Mausoleo, præsentibus Professoribus & Illustribus studiosis plerisque. Iunxit subinde eadem Vniuersitas vota sua publica, cum quarta Nouembris pro Electione CAROLI Austriaci Hispaniarum Regis in Romanorum Imperatorem Sacra eucharistica peragerentur.

Literariis exercitationibus maxime hoc anno iuridica Facultas floruit, quæ ternas celebrauit Disputationes publicas, omnes eruditis Professorum Commentationibus condecoratas. Professor SS. Canonum *Schmalzgruberus* quartam & quintam Partem in Librum 1. decretalium edidit. *Hermannus Antonius de Cblingensperg* iusto volumine proposuit *Questiones Iur. selectas ex Iure publ. can. civ. feud. & criminali*. Denique *Cblingenspergius* Senior pro dissertatione filii *Christophori* dissertationem conscripserat sed cum podagra affectus præsidere illi haud posset, *Hermannum* suum *Antonium* substituit, qui fratris disputationem Præses moderaretur.

R

AN-

**A.**  
**1712.**

ANNO DOMINI M DCC XII.

Rect. CCCCLIX, CHRISTOPH DE CHLINGENSPERG &c. Cod. &  
Iur. Publ. Prof. VII.

Inscripti 132.

Nobiles, *Max. Emanuel Ioan. Franc. Policarp. L. B. ab & in Sandizell.*

*Ioan. Ludou. Comes de Fugger de Kirchberg & Weissenhorn, Dominus in Mickhausen & Schwindeck &c.*  
*Ioan. Christoph. Wilhelm. de Reifach & Kirchdorf a Rombspau & Steinberg &c.*

*Augustus Ios. L. B. de Schrenk a Nozing & Stain.*

*Adam. Ferd. Franc. de Paula L. B. de Stromern a Panzing & Leoprechting.*

*Wolfg. Max. Ios. L. B. de Tirniz.*

*Ios. Leopold. de Schönbueb, Amberg. Palat.*

*Ioan. Henric. L. B. de Schönstett, Rottenbacenf. Palat.*

*Franc. Ludou. } de Schnorf in Schneifingen, Baadenf.*  
*Casp. Ioseph. } Heluet.*

Nou. Prof. *Ignatius Köppler, Landsberg. Bau. S. l. Prof. Math. & S. Ling.*

Nou. Doct. *M. Ioan. Philipp. Andreas Weyer, Aichacenf. Bau.*

*M. Ferd. Philipp. Ant. Kuzer, Straubing. Bau.*

*Franc. Caietan. Vdenius, Burghuf. Bau.*

Medic.

Inter inscriptos hoc anno Illustres Academicos nostram memoriam inprimis meretur *Max. Eman. L. B. de Sandizell*, qui postea per omnes militarium dignitatum gradus euectus, tandem post *Iosephum Comitum Preysingium* huiati vrbi Gubernator præfectus est.

Sexies hoc anno publice disputarunt Philosophi nostri, Fuit in eo defendentium numero *Ignatius Schwarz* primus postea hac in Vniuersitate Historiarum Professor, de cuius in hanc Academiam & in omnem rem literariam meritis suo tempore redibit sermo.

Ad

A.  
1712

Ad cursum, quem vocant, philosophicum aspiciendum admotus est circa autumnum huius anni *Ioannes Ringius* Matheos antehac Professor. Huius locum occupauit *Ignatius Köglerus* Landsbergenus, magnum postea nostræ gentis apud Sinas ornamentum; cum enim anno 1715. eas in missiones abiisset, tanquam vir in omni Mathesi, præsertim Astronomia peritissimus ab Imperatore supremo tribunalis Astronomiæ Mandarinus constitutus, & inter Cerimoniarum Mandarinos adlectus est. Hisce honorum titulis ac prærogatiuis id saltem consecutus est, vt in grauißima persecutione Imperatoris *Tum-tsching* fere vnicum Religionis christianæ columnen existeret. Obiit Pekini an. 1746. 29. Martii, ætatis 66. Eius funus incredibili apparatu ipsius Imperatoris iussu atque etiam sumptibus catholico ritu tumulo illatum est.

Eidem philosophicæ Facultati communicatum est decretum Administrationis Cæsareæ, quo studiosi ex aliis Vniuersitatibus huc aduenientes ab *inuitatis*, vt erat scriptum, depositionis ceremoniis eximuntur. Verum Patres Philosophi, cum scirent ex antiquissima consuetudine nullos ex aliis Academicis, nisi solos Friburgenses, a depositione esse eximios, & ritus alios adhibitos non esse nisi ab immemoriali tempore vsitatos, iudicarunt hominis cuiusdam inimici fraude obtentum fuisse hoc decretum, vnde recurrentes ad eandem Administrationem, illius impetrarunt declarationem Facultati philosophicæ prorsus fauentem.

Vigesima octaua Decembris diem supremam obiit ex Illustrium Academicorum numero *Iosephus L. B. de Beccaria* Iurium studiosus, maligna feбри intra paucos dies confectus. Postridie eius funus ad templum academicum est delatum, vbi tamdiu substitit, dum peracta re sacra ad portam S. Crucis deportaretur in patriam auhendum.



**A**  
**1713.**

**ANNO DOMINI M DCC XIII.**

Reſt. CCCCLX. HENRIC, SCHEIFLER &c. Medic. Prof. IX.

Inſcripti 135.

Nobiles , Ioan. Ignat. Caiet. Wager L. B. de Vilsheim & Sattel-  
bogen, Landiſhut.

Henric. Ant. Iof. S. R. I. Comes Truchſſius de Zeil, Can.  
Colon. & Olomuc.

Ioannes Georgius

Georg. Adam. Franc. Henric. } de Siggenbauſen, Köfching.  
Bau.

Iofeph. Georg. Dominic.

Vitus Ludouic. L. B. de Ruſſwurm ab Ettmansdorf &  
Haſlbach.

Franc. Ant. Ignat. L. B. de Mayr, SS. Theol. Doct. Mo-  
nacenſ. Bau.

Chriſtoph. de Schönbueb, Amberg. Palat.

Ioach. Iof. Franc. de Prugglach.

Ioan. Iof. Adam. Zech L. B. de Salz.

Georg. Carol. de Prandſtett, SS. Theol. Doct.

Ioan. Ludou. Adam. }

Ioan. Georg. Franc. } LL. BB. de Stinglbaim.

Ludou. Eberhard. Ant. L. B. ab Ow, Sterneggenſ. Suen.

Iof. Rudolph. Adam. L. B. ab Ow, Wachendorfſ. Suen.

Ioan. Ant. Iud. Thadd. L. B. de Vieregg, Friſingenſ.

Ioan. Chriſtoph. Ferd. de Miller in Altamerthal & Fron-  
hofen, S. R. I. Eques, Eſchenbac. Palat.

Nou. Prof. Philipp. Otto L. B. de Nytz, in Wartenburg, Welfenſ.  
Auſtr. SS. Theol. Doct. Paroch. ad S. Maurit.

Prof. S. Script.

Ioan. Euang. Raſſler, Marisburg. Acron. S. I. Prof. Theol.

Petrus Pfiſter, Monacenſ. Bau. S. I. Prof. Theol. mor.

Bonauentura Leonardelli, Pietan. Tirol. S. I. Prof. Log.

Ioan. Petr. Schiltenerger, Ratiſbon. Iur. Prof. extraord.

Nou. Noct. Henric. Iof. Ant. S. R. I. Comes Truchſſes de Zeil &c. Colon.  
& Olomuc. Can. Theol.

Ioan. Petrus Schiltenerger, Ratiſbonenſ. Iur. Vir.

Ge-

A.

1713.

Geminos hoc anno Professores mors nobis eripuit, vnum e consultiſſima Iuris peritorum, alterum e sacra Theologorum Facultate. *Ioannes Fridericus de Chardel* Instit. Imp. Prof. ord die 17. Iunii circa mediam 10. matutinam pie in Domino obiit, poſtridie in templo academico ſepultus, cum hoc epitaphio: *Sta Viator. Tumulus hic claudit exuuias Pren. & Magnif. Domini Ioannis Friderici de Chardel, I. V. D. S. C. M. Conſiliarii & Institut. Imperial. Professoris, quem huic mundo dedit dies XII. Mart. an. MDCLXXIII. Frisingæ Belgarum, in vitam meliorem tranſtulit XVII. Iun. an. MDCCXIII. Ingolſtadii, ubi VII. annis Leges explicuit. ſibi pro lege perpetua ſtatuens colere ſuperos inſigni pietate, homines comitate & affabilitate ſingulari, animum ſuum virtute omnigena. Tu Viator has imitare, & piis manibus precare bene. Mæſta Vxor & liberi poſuere. Edidit Chardelius anno 1712. Diſcurſus de primis Iuris publici Principiis, Auguſtæ Vindelic. impreſſos.*

Alterum non cum Academicorum tantum ſed & ciuium luſtu Theologi extulere die 7. Septembris *Ioannem Iacobum Stuberum* S. Scripturæ Profefſorem & ad D. Mauritii Parochum. Deſuncti laudes in templo D. Mauritii, vbi ſepulchrum nactus eſt medio in Choro, latina oratione celebravit *Iosephus Mayerus* Theologiæ Profefſor & S. Facultatis tunc Decanus. Quis *Stuberus* fuerit, gemina maxime monimenta produnt: vnum, quod eius ſepulchro inſcriptum eſt hanc in ſententiam: *Heu Viator! lege, lege, & ſta, dum iacet in umbra mortis vir Clariffimus Ioannes Iacobus Stuber, ſacerdotalem ſpiritum in hanc ſcrobem exſpirauit, & cum ſkola vitam exiit non innitam, ſexagenarius hic cum annis induit canos, SS. Theologiæ Doct̄or gentium Doct̄oris doctrinam docuit, & didicit diſſolui & eſſe cum Chriſto. Ex S. Scriptura, cuius per XVI. annos Profefſor erat ordinarius, unicum hunc textum ſcriptitauit in corde; Statutum eſt ſemel mori. Exſtadit & Frisingæ Episcopalis Conſiliar. & ibi ad S. Andream Canon. ſecundum Crucifixi canonem ſeipſum crucifixit, Protonotarius Apoſtolicus apoſtolicus notatus ſaluo, dum hoc in templo ſunctus eſt munere Paſtoris, pro ouium ſuarum ſalute irrequietus Zelotes, tandem in ius mortalitatis vocatus noſtra pronocauit, ſed anno MDCCXIII. die IV. Sept. iubens obiit, & abiit ad mortales. Tu viator viro piſſimo precare pie, & talis eſſe vel aspira, vel non eſſe ſuspira. Alterum, quod Facultas theologica eius honoribus deſcriptum in ſuis Actis reliquit;*

**A.**  
**1713.** *Ioannes Iacobus Stuber SS. Theologiae Doctor, Protonotarius Apostolicus, Seren. Elect. Bau. nec non Reuerendissimorum ac Celsissimorum S. R. I. Princ. & Episc. Eustettensis & Frisingensis Consiliarius, ibidem ad S. Andreae Canonicus, hic ad D. Mauritii per annos sedecim Parochus & Sacrae Scripturae Professor, a virtute & scientia, vera nimirum laude, quam ab his titulis illustrior. Vir erat antiquis moribus, Religiosis hominibus quos familiarior, eo magis etiam additus: Liberalis in omnes: in familias praecipuis occulta penuria laborantes largus, & ut celsus in rebus ceteris, ita ubi de animi quiete & integritate res erat, pene ad scrupulum anxius. Diem obiit anno MDCCXIII. IV. Septemb.*

In vtriusque defuncti cathedras eodem adhuc anno successores decreto caesareo immitti sunt. Ac pro *Cbardelio* quidem Iurium Professor extraordinarius designatus est *Ioannes Petrus Schiltenberger* Ratisbonensis, doctoris propterea insignibus 20. Nou. exornatus. *Stubero* in Parochi Mauritiani ac Professoris S. Scripturae munere substitutus est *Philippus Otto L. B. de Nyz Dominus in Wartenburg &c.* SS. Theol. Doctor, qui decima octava Nouembris solenne habuit principium.

Honorem prorsus lingularem hoc anno Vniuersitati nostrae habuit *Henricus Iosephus Antonius S. R. I. Comes Trachsefs de Zeil &c.* Cathedralium Ecclesiarum Colonienfis & Olomucensis Canonicus, qui cum ad certum quoddam munus obtinendum gradu indigeret theologico, atque in eam rem multas haberet viciniores Academias, nostram praeter aliis elegit, in qua Doctoris insignia tam in Philosophia quam Theologia reciperet. Et vero vtrumque gradum praemisso examine, quod per horam insigni cum commendatione sustinuit, mense Iulio consecutus est.

Venit hoc anno ad Vniuersitatem Epistola cuiusdam anonymi per tabellarium Augustanum missa, in qua ille aduersus Presbyteros seculares conquerebatur, quod potior illorum pars titulum *Excellentiae* passim indigne atque in contemptum quasi academicorum graduum usurpent, qui ne limina quidem alicuius Vniuersitatis salutarint, aut certe nullum ibi gradum obtinuerint. Re Patribus academicis communicata conclusum est per maiora, ut causa ad Episcopos Eichstettensem, Ratisbonensem, Frisingensem & Augustanum deferatur, & inde huic abusu remedium postuletur.

AN-

## ANNO DOMINI M DCC XIV.

A.  
1714.

Rect. CCCCLXI. HERM. ANT. DE CHLINGENSPERG &c. I. V. D.  
S. C. M. Consil. Instit. Prof. ord.

Inscripti 163.

Nobiles , *Ignat. Ludou. Casimir. L. B. Stöcken a Danneberg, Haf-*  
*nienf. Danus.*

*Ioan. Ios. Wilhelm. L. B. de Stinglbaim, Khürnenf. Palat.*  
*Gottlieb Lotbar. Franc. Ios. L. B. de Wäckel, Braunauief.*  
*Carol. Ignat. Benno L. B. Schmid ab Haslach, Birn- &*  
*Sulzbach in Schönbrunn, Aiblinganus Bau.*

*Ios. Ant. Ferd. Rudolph. L. B. ab Halden in Artenried,*  
*Anhofen & Oxenbron. Ratisbon.*

*Ferd. Ios. Bernard. L. B. de Rbeling ab Horgau & Hein-*  
*hofen.*

*Felix Dominic. L. B. de Cazan de Griesfeld, Tirolenf.*  
*Ant. Corbinan. L. B. de Cazan de Griesfeld, Oettin-*  
*gan. Bau.*

*Franc. Adam. Ignat. L. B. de Schrenk & Nozing, Dief-*  
*sensteinenf. Bau.*

*Ioan. Ant. Guilielm. Haller de Hallerstein, Amberg.*  
*Palat.*

*Franc. Xau. Dominic. } a Laupbeim, Lauingani Neopalat.*  
*Ioan. Georg. Ferd. }*

*Franc. Adam. Ferd. Ant. } LL. BB. a Rosenbusch.*  
*Franc. Petr. Wilhelm. Ladsl. }*

*Ios. Ioan. Franc. Ant. Marcus Comes de Herwarth.*

*Carol. Bickl ab Erathsberg, S. R. I. Eques, Safflingan.*  
*Suen.*

*Ioan. Franc. Max. Caiet. Lösch, L. B. ab & in Hilgerts-*  
*hausen, Landishut. Bau.*

Nou. Prof. *Ioseph. Guldemann, Solodor. Heluet. S. I. Prof. Theol.*  
*mor.*

*Ioseph. Falk, Friburg. Heluet. S. I. Prof. Mathes. &*  
*S. Ling.*

*Franc. Ellsbacher, Baadenf. Rhenan. S. I. Prof. Log.*

*Martin. Otto, Lechbruckenf. Allgoi, S. I. Prof. Ethic.*  
*Nou.*

A.  
1714.

**Nou. Doct.** *Ioan. Michael Pröll*, Viechtsachenf. Bau.  
*Petrus Ferd. Hroch de Pefchit*, Pragenf. Bohem. Appellationum Affeffor. } *Vtr. Iur.*  
*Ioan. Georg. Hagen*, SS. Theol. Doct. Zangbergenf. Bau. }  
*M. Franc. Sebaff. Rechthaller*, Monacenf. Bau. } *Medic.*  
*M. Ioan. Ant. Riederauer*, Monacenf. Bau. }  
*M. Guil. Gottbard. Giggelberger*, Gröbernenf. Bau. }

Iurisdictionem academicam sub huius anni initium violare præfumerat Prætor Urbis, cum famulum quemdam conuictus Ignatiani suspectum in caussa criminali per lictores in platea adprehendi, & suum ad forum adduci voluit. Sed protestata est, vt par erat, Vniuersitas; & captiuum repetiit, ac coram tribunali academico examinauit.

Inter graduum iuridicorum Candidatos duo maxime memorandi veniunt: Primus, *Ioannes Georg. Hagen*, iam antea SS. Theol. Doctör Romæ creatus, in hac autem Vniuersitate S. Scripturæ postea Professor: Alter Illustris ac Generosus *D. Maximil. Franc. Ios. L. B. ab Otten*, S. R. I. Eques, Moguntinus Wertheimensis, Consiliarius Aulicus Cæsareus Monachii, qui raro inter Illustres exemplo licentiam capeffendi supremi ex vtroque iure gradus quinta Nouembris coram moriturientis Procancellarii lecto consecutus est.

Et vero paulo post, die scilicet nona Nonembris mox dictus Procancellarius, idemque tunc Rector Vniuersitatis, *Ignat. Christoph. Kberl* Landishut. Bau. Controu. Fid. Prof. & ad Virg. spec. Parochus supremum diem obiit, ac postridie in Templo eiusdem spec. Virg. sepultus est, Professoribus omnibus ac vniuersa iuuentute academica funus comitantibus. In ternis exequiis sceptrum rectorale tumbæ impositum, quod hoc ipso tempore supremum in Vniuersitate magistratum gereret. Orationem funebrem illi dixit *Ioan. Euang. Rafslerus* Theol. Prof. pomerid. Dedit vero *Kberlius*, quamdiu vixit, vberriam laudum materiem tot præclaris virtutum fere omnium exemplis, quibus per quadraginta omnino annos suis ouiculis diligentissimus Pastor præluxit. Nec certe quidquam adulationi concessere eius

in

A.

in Facultate sacra Collegæ, dum hoc ei elogium scripserunt: 1714.  
*Ignatius Christophorus Kberl, SS. Theol. Doct̃or, nec non Reuerendissimi  
 & Celsissimi S. R. I. Principis & Episcopi Eustettensis Consiliarius Ecclesia-  
 sticus, Cathedralis Ecclesiæ Eustettensis Canonicus, Controuersiarum Fidel  
 Professor, Vniuersitatis Procancellarius, ad D. Virginem Speciosam per  
 annos XLIII. Parochus vere speciosus, Religione in superos, officiis in  
 proximos, sui ipsius moderatione eximius, literis apprime eruditus, mo-  
 ribus mire liberalis, ne in senio quidem morosus, perpetua a vino absti-  
 nentia, laudatissimaque frugalitate cum ad eas opes peruenisset, unde D.  
 V. Speciosam assis vigesies mille florenos excedentis heredem scriberet, &  
 in Matris eade Diuino Filio Cœnotaphium magnificum instrueret, tanquam  
 Vniuersitatis Rector Magnus, Sacræ Facultatis Senior, Septuagenario  
 maior, Sacerdos prope iubilæus decessit infra octauam SS. omnium, anno  
 MDCCXIV. His prorsus consentit Epitaphium eius sepulchro  
 inscriptum his verbis: Hic situs est Adm. Reu. & Ampliff. D. Ignat.  
 Christoph. Kberl, Theol. Doct̃. Ser. El. Bau. nec non Reuerendissimi ac  
 Celsissimi S. R. I. Principis Episc. Eustett. Consil. Eccl. Cathedr. Eustett.  
 Canon. Contron. Fid. Prof. Vniuers. Procanc. p. t. Rector, Facult. Theol.  
 Senior, & ad D. V. Spec. hic Parochus, Amor populi, gemma sacerdo-  
 tii, sydus Vniuersitatis. Parochum egit & Professore annis XLIII. Pro-  
 cancellarium XXXVII. Morum sanctitate, grauitate & amœnitate singu-  
 lari. Virginem Speciosam scripsit heredem assis prægrandis, ut, ubi fue-  
 rat cor, esset & thesaurus; Animarum in purgatorio fautor eximius,  
 obiit in octaua Fidelium anno Christi MDCCXIV. ætatis LXXII. - Sacer-  
 dotii XLIX. Iubilæum acturus in cœlo. Quod autem nomen Kberlii  
 æternum ac immortale reddet, Beneficium est, vt vocant, ma-  
 nuale, pro Sacerdote Theologiæ Studiofo fundatum, ex quo  
 centum ac tringenta florenorum censum ille singulos in annos  
 percipit, ad legendas singulis septimanis tres missas vicissim ob-  
 ligatus. Ius præsentandi est penes sacram Facultatem.*

Rector Vniuersitatis, Kberlii loco, eodem adhuc mense  
 Nouembri electus est *Ioan. Iacobus Treyling* Med. Prof. Procanc-  
 cellarius vero *L. B. de Nytz.*

*Ioannes Petrus Schiltberger* ad ordinariam hoc anno Iuris  
 cathedram ascendit; in philosophica autem Facultate pro *Ignatio  
 Köglero*, de quo ad an. 1712. disciplinas mathematicas profiteri  
 cepit *Iosephus Falkius*, de quo paulo inferius plura.

S

Publi,

A.  
1714.

Publice ex vniuersa Philosophia hoc anno disputauit *Herculanus Kargius* e Dieffensi Can. Reg. S. Aug. Collegio; proposuitque libellum *de Luce & Coloribus*, ab *Leonardo Hausmanno* Disputationis Præfide conscriptum.

A.  
1715.

ANNO DOMINI MDCCXV.

Rect. CCCCLXII. IOAN. IACOB. TREYLING, Medic. theor. Prof. ord.

Inscripti 37. vsque ad 17. Oct. vbi deficit matricula.

Nobiles, *Ioan. Christoph. Ios. Franc. Poyssl* L. B. a Loiffing.  
*Ioan. Ludou. Fiell*, L. B. de Lochenkampf, Vienn. Austr.  
*Wilhelm. L. B. de Pechmann*, Aichacens.

*Dominic. Maria Ignat. de Mägerl*, Can. Reg. S. Aug. Vorauui.

&c. &c.

Nou. Prof. *Max. Ferd. Ignat. de Plank*, Mönacens. Bau. SS. Theol. Doct. & Controu. Fid. Prof. ord.

*Franciscus Mossu*, Chermenf. Heluet. S. I. Theol. Prof. pomerid.

*Antonius Söll*, Sonnenburg. Tirol. S. I. Theol. moral. Prof.

*Ioan. Bapt. Hofer*, Bullan. Tirol. S. I. Log. Prof. ord.

*Ioannes Cazan*, Enniens. Tirol. S. I. Ethic. Prof.

*Paulus Zettl*, Schleifshëm. Bau. S. I. Philos. Prof.

Die 25. Ian. miles Cæsareus nostra tandem vrbe excele-  
sit, quam annis omnino decem atque septem hebdomadis te-  
nuerat, & hora 10. matut. fortalitiu clauis Boiis reddidit, quos  
Dux Mercyus introduxit, applaudentibus die ac nocte bom-  
bardis ac festiuis iubilis. Decima deinde die Februarii in tem-  
plo academico Professores omnes solenni officio, concioni at-  
que hymno Ambrosiano interfuerunt, decantato scilicet, in  
gratiarum actionem ob redditam pacem. Noctu festiuis lumi-  
nibus

A.  
1715.

nibus collustrata ciuitas vniuersa; quam ad solemnitatem iuuentus etiam academica simbolam suam contulit, prætendendo fenestris Gymnasii collucentibus ingeniosa emblemata. Compositus item in reditu Serenissimi Electoris applausus, *Panoplia togate & sagata Palladis*, præloque subiectus, sumtibus bursæ rectoralis, quem Rector ac quatuor Facultatum Decani 13. April. Monachium contententes Serenissimo obtulerunt, clementissime ab eodem excepti.

Eodem fere tempore duos e Professorum nostrorum numero selegit Elector Serenissimus, Principum filiorum Instrutores, *Franciscum Ellspacherum* Logicum, & *Iosephum Falkium* Mathematicum. Hic quamuis remotus a palæstra academica Philosophiæ studium ita non abiicit, vt potius in ea excolenda ad extremum vsque vitæ halitum laboraret; cum enim primam paginam excellentissimi sui operis cui titulus, *Mundus Aspektabilis philosophice consideratus* &c. præ manibus haberet, apoplexia tactus obiit Monachii 19. April. 1737. scripserat iam anno 1713. *Tractatum de liquidorum grauitate & æquilibrio* in 8. Friburgi Brig. & anno 1723. *Animaduersiones circa dubium, quod inter Acatolicos oritur ratione Paschatis* in 4. Monachii. Erat *Falkius* natione Helnetus, patria Friburgensis, natus an. 1680. Literas didicit in patria primum vrbe, tum Lugduni, Parisiis ac denique Romæ, vbi religiosum ingressus est ordinem. Inde translatus in Germaniam docuit Friburgi Brig. Philosophiam, apud nos Mathematicam ac linguam sacram. Successorem habuit *Ioannem Ringium*, de quo antehac sæpius.

Nostri milites, cum recentes ex bello iras secum attulissent, diu pacem habere cum academicis non potuerunt. Die sexta Maii *Fürstensteinerus* quidam, Physiçæ studiosus a duobus militibus publica in platea confossus multis vulneribus occubuit. Vicissim tertia & vicesima eiusdem quidam miles lethali vulnere a Studioso percussus est. Hisce casibus aliquam laturus esse medelam videbatur nouus Urbis Gubernator Comes *Taufkirchius*, dum petiit a Senatu academico, vt sibi indicetur aduentus & abitus singulorum studiosorum; deinde vt catalogus omnium Academicorum sibi tradatur. Ad primum responsum est, ac statutum in Concilio pleno, standum esse antiquo more, nec in-



**A.**  
**1715.**

dicandum aduentum atque abitum studiosorum; præcipue cum ea de re sufficientem notitiam Gubernator Urbis haurire possit ab iis, qui ad portas ciuitatis excubant. Ad alterum; neque tradendum esse Catalogum, nisi altior potestas iubeat, ne Academiæ iuribus præiudicetur.

Die decima quarta Decembris a Facultate saluberrima vnanimiter conclusum, vt Auditores Medicinæ per integrum triennium lectiones & Collegia ordinaria frequentent.

**A.**  
**1716.**

ANNO DOMINI M DCC XVI.

Reft. CCCCLXIII. LAURENT. ALBERT. VERLOHNER, ff. Prof. IV.  
Inscripti a die 22. Octobr. 100.

Nobiles , Godefr. Valent. de Weickel a Wackerstein, Brannau. Boi.  
Carol. Sebast. L. B. de Knöring a Lustenau & Kresberg.  
Ioan. Ant. Iud. Thadd. L. B. de Stromer.  
Georg. Ios. Karg, L. B. de Bebenburg, Bamberg. Franc.  
Adolph. Gottbard. L. B. de Eebmann.  
Hugo Wilh. L. B. de G in Wenzl.

Nou. Prof. Claudius Guelat, Bruntrut. Raurac. S. I. Prof. Theol. mor.  
Vitus Fichler, Perkhofens. Bau. S. I. Prof. SS. Can.  
Ioan. Bapt. Neff, Schornens. Boi. Phil. & Med. Doct.  
ac hui. Prof. ord.

Sebast. Flexeder, August. Sueu. S. I. Prof. Log.  
Henric. Hifs, Marchiobadens. Rhen. S. I. Prof. Mathes.  
Nou. Doct. Ioan. Georg. Raith, Moring. Boi. }  
Franc. Georg. Rauch, Monac. Boi. } Iur. Vtr.  
Ioan. Georg. Millbaur, Riedens. Palat. Paroch. Main-  
burg. Iur. Can.

Ioan. Bapt. Krinner, Griesbac. Boi. }  
Ioan. Adam. Reitborn, Viennens. Austr. } Iur. Vtr.  
Casp. Horschigk, Labac. Carniol. }  
N. Leibnamschneder, Paroch. Biebing. }  
Fridericus Schöttl, Straubing. Bau. }  
Thomas Bergrath, Monast. Eiß, Iuliac. } Medic.

M. Ant.

M. Ant. Benno Adam. Facbs, Ingolst. }  
 M. Ioan. Mich. Burkmayr, Ingolst. } Medic.

A.  
 1716.

Die 12. Febr. media sexta vespertina obiit *Ioannes Henricus Scheiffler*, Medic. Doct. Consil. Elect. Medicinæ practicæ & anatomicæ Prof. ord. primarius, & Facultatis nec non totius Vniuersitatis Senior, ætatis anno septuagesimo tertio, professionis academicæ quadragesimo quinto. Funus ad templum Speciosæ Virginis elatum die 14. eiusdem; trigesimi autem solemnitas celebrata sunt die prima & vicesima perorante in defuncti laudem *Ioanne Iacobo Treylingio* Medicinæ theoreticæ Professore ordinario. Erat *Scheifflerus* teste *Tbtermaro* vir comiti & eruditi ingenii; maxime in phitiseos & atrophix hæcticæ cura præ ceteris excellens; in tuendis etiam Facultatis suæ iuribus strenuus. Ceteras ipsius laudes hoc Epitaphium complectitur: *Lege Viator, Mirare & Bene Precare. Hac parua in urna magni quiescunt cineres. Iacet Prænob. & Excellentiss. Dominus Ioannes Henricus Scheiffler, Med. Doct. S. E. B. Consil. Circuli Ingolstadi. Physicus &c. in mundo peragrato mundi exul; virtute, prudentia, ratione inquilinus & ciuis; cui Principes, Nobiles, Cines, pauperes salutem, subsidia, opem, stipem; Patria tot debet Doctores, quos Anglipoli lustris omnino IX. imbuunt, Senex septuagenario maior, vita longiori dignissimus, nisi a iuvene mortis fuisset candidatus, ut cælo maturius viueret, voti damnatus est XII. Febr. A. MDCCXVI.* Typis quædam fuisse edita a *Scheifflero*, non inuenio. Videtur ipso potius opere, quam scriptis libris aliorum saluti studuisse.

Ad cathedram Medicinæ primariam loco defuncti *Scheiffleri* vi *Clementis*. Elect. decreti, ac iure etiam ordinis vigesima secunda Februarii susceptus est *Iacobus Treylingius*. Verum quinta Martii superueniens aliud decretum, priore reuocato, vacantem cathedram *Adamo Moraschio* Institutionum medicarum hæctenus Professori demandauit. Huic vero substitutus est *Ioannes Baptista Nessus* Schornensis Boius, Phil. & Medic. Doctor, cum salario trecentorum florenorum, qui vigesima septima Martii solenne Institutionum medicarum principium habuit. *Treylingius* & *Moraschius* aliquamdiu etiam posthac de primatu contendebant; & ipse Senatus academicus informationem Monachium transmissit *Treylingio* fauentem; sed ea insuper habita ad initium

**A.**  
**1716.** Aprilis communicatum nobis est nouum Serenissimi decretum, quo *Moraschius* in Primatu medico confirmatus est.

Ex pluribus disputationibus publicis hoc anno institutis duæ memorandæ maxime veniunt: Prima Domini Baronis de *Tiell*, Austriaci, qui vicesima sexta iunii, Præside *Cblingenspergio* iuniore, ex utroque iure disputauit, edito in lucem publicam tractatu de *Feudis*, quem Serenissimo Principi *EVGENIO* Sabaudicæ Duci dedicauit. Mense Augusto altera *Mansueti Pessenbacher* Can. Reg. Rottenbuchensis, qui Theses centum ac quinquaginta ex vniuersa Theologia selectas Præside *Ios. Mayo* publice defendit, proposito eadem occasione Libro de *Contritione*. Præter *Augustinum Sartorium* Collegii Rottenbuchens. Decanum argumenta contraria opposuit *Eusebius Amort* Can. Reg. Pollinganus, SS. Theologiæ tunc candidatus; quod in memoriam Viri postea clarissimi, & vario scriptorum genere celebris addere dignum mihi visum est.

*Franciscus Schmalzgruberus*, qui inde ab anno 1709. sacros Canones explicarat, mense Octobri suam cathedram ac nostram Vniuersitatem reliquit, *Dilingam* translatus ad Cancellarii academici munus. Scripsit, quamdiu apud nos erat, integrum suum ius canonicum iuxta ordinem Decretalium *GREGORII IX.* Edidit illud successiue, occasione scilicet publicarum disputationum, quarum vnã aut plures singulis annis instituit. Omnes illi Tractatus anno 1727. in vnum opus congesti septem Tomis in forma quarta, & sequenti anno 1728. in folio prodire. Comitata est abeuntem *Schmalzgruberum* singularis doctrinæ fama, quæ multis etiam post annis, quamdiu scilicet antiquior pontificii Iuris explicandi ratio tenuit, iam vita defunctum secuta est. Cum idem *Schmalzgruberus* anno 1701. Professore Philosophiæ ageret, scripsit de *Corpore naturali per principia sua examinato*. In Iuris sacri cathedra successit *Vitus Picblerus*, qui quarta Nouembris die solenne principium habuit.

*Iosephus Wolf* I. V. Lic. & Vniuersitatis nostræ ultra viginti annos Notarius die 17. Octobris defunctus ac postridie tumulo illatus est, funus comitantibus Rectore magnifico & ceteris Professoribus plerisque.

Die

Die 16. Nouembris sub quintam vespertinam Serenissimi Bauariz Principes iuniores in arce excepti sunt ab vniuersis Patribus academicis, qui & durante dramate mulico, quod in Aula Gymnasii academici exhibitum est Principum honoribus, illis inferuerunt.

A.  
1716.

ANNO DOMINI M DCC XVII.

A.  
1717.

Reft. CCCCLXIV. IOAN. PHIL. OTTO L. B. DE NYTZ, in Wartens-  
burg, SS. Theol. Doct. Statuum Prouinc.  
Aust. Assessor, S. C. M. & S. E. B. Consil.  
necnon Cels. S. R. I. Princ. & Ep. Eichstett.  
Consil. Eccl'es. S. Script. Prof. Vniuersit.  
Procancell. ad D. Mauris, Parochus.

Inscripti 155.

Nobiles, Ign. Romoald, S. R. I. L. B. de Stromer, Kreichenach, Rhen.  
Ioan. Ios. L. B. de Vöblin & c. Sueuus.

Io. Franc. Ios. de Braitenbach, Viennens. Austr.

Stephanus de Bassis, Peshlauiens.

Felix Martin. de Gugenmos, Herrngriesdorf.

Fel. Franc. ab Hatzenberg a Rinkhamb, Palat.

Io. Petr. Paul. Mändl a Deuttenhofen, Landsberg. Boi.

Io. Christoph. L. B. de Schrenk a Nozing.

Ios. Mar. L. B. de Neubaas.

Io. Ernest. L. B. ab Altmannshausen, Veldkirch. Rhcet.

Alexand. Martin. L. B. de Eyb, Franco.

Io. Fortunat. de Miller in Altamerthal & Fronhofen,  
Palat.

Philipp. Wilhelm. de Franken, Iuliac.

Nou. Prof. Leonard. Tschiderer, Epapanens. Tirol. S. I. Prof. Phil.

Fridericus Maralt, Frisingens. Bau. S. I. Prof. Ethic.

Nou. Doct. Ioan. Ios. Spreng, Schlauderens. Tyrol.

Franc. Dominicus de Schlierstein, Labac. } Vr. Iur.

Carniol.

Me-

**A.**  
**1717.**

Memorabilia hoc anno fere non habemus nisi literaria, publicas scilicet ac solennes disputationes, quæ a singulis Facultatibus plures fuerunt institutæ. Præcipuam quandam mentionem merentur geminæ imprimis iuridicæ, sub Serenissimi Principis Electoralis patrocinio, sub præsidio autem *Cblingenspergii* iunioris celebratæ. Respondentis personam in prima sustinuit *Ioannes Oßaius de Marischall* Bruxellensis; in altera *Ios. Ant. Caiet. L. B. de Notbacht*. Hic Tractatum typis impressum de *Iure Hofmarchiarum*, ille Effigiem Serenissimi Principis Elect. vna cum Thesibus ex vniuerso Iure proposuit.

Positiones Medicas *Michael Heckelius* defendit Præside *Moraschio*, qui hac occasione dissertationem de *Febribus* publicam in lucem euulgauit, Serenissimo Electori Palatino inscriptam. Honoris, quod vocant argumentum nomine Serenissimi Thesium Patroni proposuit *Antonius Bonelli* ad D. Mauritium Concionator.

Ex Philosophia sexies disputatum est, Præside semper *Ioanne Baptista Hofero*, qui in ternis disputationibus tres partes *Promtuarum Philosophicæ* vna cum annexis thesibus in publicum edidit; quem librum per plures deinceps annos Philosophiæ antiquioris alumni quasi classicum contriuerunt. Ex defendentibus maxime memorandi *Carolus L. B. de Schmid* &c. & *Ambrosius Stengenberger* Can. Regul. Rottenbuchensis. *Hoferus* mense mox Augusto, vix dum scilicet laboribus philosophicis defunctus ad Missiones apostolicas abiit.

Die nona Augusti circa mediam quartam pomeridianam pie, vti vixerat, in Domino obiit *Georgius Funk*, SS. Theol. Licentiatum, S. C. M. & S. E. B. Consil. ac Collegii Georgiani per decem annos Regens; cuius funeri die eiusdem mensis vndecima studiosi omnes affixo programme interesse iussi sunt. Cum is antea per duodecim annos D. Mauritii Parochum Cooperator adiuuisset, promotus inde ad regendum Ducale Georgianum tam præclare ac vtiliter eidem præfuit, vt illius restitutor diceretur. Successorem nactus est *ioannem Matthiam Schwerdlerum* SS. Theol. Licentiatum.

In angaria totius Vniuersitatis concilio, quod mense Decembri pro more celebratum est, proposuit Rector magnificus

A.  
1717.

eus decretum quoddam Electorale, datum 18. Octobris h. a. Facultatem iuridicam potissimum concernens, reliquis etiam Patribus academicis communicandum, quo Professori SS. Canonum omnia sua iura, atque omnes prerogatiue, titulus Primarii Iuris, proximus a Decano locus, sessio & votum in conciliis Facultatis, in relationibus &c. sub grauibus minis salua esse iuentur. Actum praterea de iure vendendi libros in atrio inferiori ædificii academici, quod Bibliopola Vniuersitatis de la Haye affectabat. Responsum illi est a Senatu eam facultatem nunquam deinceps ei concedendam fore, nisi tempore nundinarum per quatuordecim dies, ac tum quidem non nisi requisito Rectoris consensu.

---

A.  
1718.

ANNO DOMINI MDCC XVIII.

Rect. CCCCLXV. IOAN. ADAM. MORASCH, Phil. & Medic. Doct. S. E. B. Consil. Med. pract. & Anatom. Prof. ord. primar. & Senior; nec non Stat. Prouinc. pro Circulo Ingolstad. Medicus, Imperial. Acad. Nat. Curios. Collega.

Inscripti 143.

Nobiles, Io Christoph. Lochner de Hüttenbach, Palat.

Ios. Carol. L. B. de May, Eichstett. Franc.

Ferdinand. de Neuburg, Tieffenbach. Boi.

Maximil. Casp. S. R. I. Comes de Leubelsing L. B. ab & in Rhain &c. Straubinganus.

Sigism. Marquard. L. B. de Pfetten ab Arnbach &c.

Georg. Lud. } LL. BB. de Muggenthal, Landishut.

Ioan. Car. }

Ios. Franc. Maria L. B. de Wolframsdorf, Monac.

Ioan. Aloys. Car. L. B. de Manteuffel.

Wolfg. Laur. L. B. de Hirschberg.

Ludou. L. B. Reding de Biberegg, Turgouiens.

Max. Ludou. L. B. de G in Fraunhofen, Monac.

Albert. Ioan. a Fegeli ab & in Plaisreb, Friburg. Helu.

T

Ioan.

**A.**  
**1718.**

- Ioan. Max. Christoph. de Ginsbam* in *Martinshaun.*  
*Ioan. Franc. Xau. Ios. de Maffey, Vilsbiburg. Boi.*  
 Nou. Prof. *Anton. Mayer, Nesselwang. Allgoi. S. I. Prof. Theol.*  
*Schol.*  
*Paulus Zettl, Schleishem. Bau. S. I. Prof. Theol. mor.*  
*Franc. Xau. Iacolet, Bruntrut. Raurac. S. I. Prof. Phil.*  
*Ferdinand. Rudolphi, Oenipont. Tirol. S. I. Prof. Ethic.*  
 Nou. Doct. *Io. Bern. Krebs, Inst. Cler, sec. Consilii Eccl. Frising.*  
*Secret. Theol.*  
*N. Kleindorfer, antehac Parochus in Lind-*  
*kirchen.* } *Iur. Vtr.*  
*Ioan. Franc. Rädgl, Bruxellensis Belga.*

Strictioris disciplinæ academicæ exempla quædam anni huius historia prodit. Cum mense Ianuario omnium Academicorum nomine tres deputati a Senatu Vniuersitatis expeterent, vt saltus publicos, nocturnos scilicet atque laruos frequentare sibi liceret, fere vnanimi sententia responsum est, nunquam illos concedendos fore ob grauissima pericula & incommoda inde oritura. Fuere ex Patribus academicis vnus & alter, qui sub debitis cautelis & limitationibus permittendos dicerent; sed horum postulationibus plus datum non est a Senatu, quam dissimulandos esse, si cum memoratis cautelis instituerentur; verum hoc ipsum Studiosis indicandum minime esse. Exemplum alterum mense Martio editum, etsi illo quidem tempore relaxare disciplinam videretur, ingentis tamen seueritatis præbet testimonium. Negligentes in frequentandis lectionibus Academici hætenus per Statuta tanquam cessatores schola exesse iubebantur: deliberatum nunc est in pleno Patrum Concilio, an non mitioribus etiam pœnis, carcere aut aliis, a Rectore Vniuersitatis ante ipsam relegationem castigari possent: Et itum est communibus votis in benigniorem hanc sententiam.

Die 14. Iunii sub Auspiciis Serenissimi Electoris nostri ex vniuerso Iurè publice disputauit *Ios. Ioan. Franc. Ant. Marcus Comes de Herwarth &c.* præside iuniore *Cblingenspergio*, Argumentum honorarium proponente *Schyrenti Abbate.* Aemulatus est sequente Iulio Illustrissimum hunc pugilem *Ren. ac Præn. D. de Schmid*

**Schmid** tam Iuris quam Theologiæ insignis decus, ut Acta habent, qui moderante Professore Canonum *Picblero*, Theses ex omnigeno lure publice defendit. Ex Philosophia *Paulus Zettelius* pro coronide cursus triennalis quinas omnino disputationes instituit, ediditque typis geminas Dissertationes, unam de DEO metaphysicam; alteram de *Aeris gravitate* physicam, Illustrissimo Comiti de *Haimhausen* dedicatam; qua in disputatione illud maxime memorandum, quod Illustrissimi Parentis loco argumentum honoris proposuerit filius eiusdem *Carolus*, Societatis IESV Religiosus, nondum Sacerdos, qui postea in Indias profectus, usque ad annum 1766. virtutibus, rebus ac muneribus gestis in Regno maxime Chilensi claruit, ad immortalem sui nominis ac generis famam, inter remotissimas etiam illas gentes perpetuo duraturam.

A.  
1718.

Solenne lectionum theologicarum principium die 21. Octobris fecit *Antonius Mayerus* Nesselwangenensis Allgoius, ex Vniuersitate Friburgo-Brisgoica, ubi cursum theologicum docendo iam absoluerat, huc translatus in locum *Francisci Mossu*, qui post triennium in tradenda Theologia hic exactum, Oenipontum abiit ad eandem ibi proseguendam. Theologiam porro moralem, loco *Claudii Guelatii*, tradere hic coepit *Zettelius* paulo ante memoratus.

In eadem sacra Facultate accidit hoc anno, ut quidam Theologiæ Licentiatus, qui biennio abhinc ante collatam Licentiam iuramentum pro more emiserat de suscipiendis SS. Ordinibus, nunc illud relaxari sibi peteret. Responsum illi est, ut rationes suas sacræ Facultati per literas exponeret; quæ si sufficientes visæ fuerint, Facultatem ex parte sua illud ipsi relaxaturam; pro maiore tamen sua tranquillitate illud sibi remitti etiam curaret in foro, ut loquimur, conscientiz ab aliquo habente hanc potestatem. Ceterum satisfactionis loco, ad quam se offerebat, conclusum est, nihil exigendum; siquid tamen sponte offerret, expendendum in causas pias; iniungendum præterea eidem, ut Licentiati titulo ac iuribus perpetuo abstineret, atque gradus accepti testimonium Facultati remitteret.



A.  
1729.

ANNO DOMINI M DCC XIX.

Rect. CCCCLXVI. MAX. FERD. IGNAT. DE PLANK, SS. Theol.  
Doct. S. E. B. ac Cels. S. R. I. Princ. & Ep.  
Eichstett. Confil. Eccl. Cathedr. ibid. Eccl.  
Canon. Controu. Fid. Prof. ord. & ad D.  
Virg. specios. Parochus.

Inscripti 181.

Princeps, IOANNES THEODORVS, V. B. Dux, Rhetorices Cans  
didatus.

Nobiles, *Henric. Max. L. B. de Mämning*, ab & in Razenhofen,  
Kirchberg, Sadlberg & in Burlach &c.

*Franc. Ios. Comes de Töring* de Stein & Partenstein.

*Carol. Phil. L. B. de Millau* in Pöring & Pelhaim.

*Ioan. Ios. Ferd. L. B. de Edlweck*.

*Ios. Franc. Ferd.* } *LL, BB, de Rumel.*

*Carol. Wilhelm.* }

*Maurit. Sigism. L. B. de Rbeling* a Schlipshaim, Fachen  
& Oberdiengen.

*Franc. Adam. Illustris de Hofmiller* S. R. I. Eques, Klin-  
genf. Boi.

*Aloys. Bonau.* } *S. R. I. Comites de Kreuth* in Guttenegg,  
*Ioan. Guil.* } *Gleuirtsch & Weidenthal, Mon-*  
*heimenses Palat.*

*Iulius* } *S. R. I. Comites ab Auersperg, Austriaci.*  
*Ioseph.* }

*Ant. Ios. Marchio* & *S. R. I. Comes Montecuccoli*, Austr.

*Adam. Fr. Xau. Goder*, Comes a Kriesdorf in Walting,  
Schönerding & Bronbach.

*Ioseph. Comes de Cesana & Colle*, a Lanquart & Ponbruch.

*Carol. Ios. Ant. L. B. de Turniz* in Hönhardt & Schneding.

*Dominicus de Bassis*, Peshlauiens. Rhætus.

*Ios. Adam. Ant. de Sattelbogen*, Burghuf.

Nou. Prof. *Fridericus Maralt*, Frising. Bau. S. I. Prof. Theol. mor.  
Nou. Doct. *Ioan. Ios. Roth*, Iur. Vtr.

*Mich.*

A.  
1719.

<i>Mich. Alexander Hertel</i> , Ingolstad. Boi.	} Medic.
<i>Bernard. Ignat. Reuschl</i> , Monacenſ. Boi.	
<i>Balthasar Steinberger</i> , Straubing Boi.	
<i>Ioan. Frid. Hartmann</i> , Neofor. Palat.	
<i>Ioan. Georg. Rauch</i> , Oxhoſienſ. Franco.	
<i>Wolfgang. Oberbaur</i> , Schrobenhuf. Boi.	

Tandem poſt longiſſimum temporis interuallum, quo nul-  
lum e Boiis Principibus Vniuerſitatis noſtræ Alumnum venerari  
nobis licuit, die decima tertia Septembris huius anni IOANNES  
THEODORVS, MAXIMILIANI EMMANVELIS ex THERESIA CVNIGVN-  
DA *Sobieskya* filius ſtudioſum cauſa ad nos delatus eſt. Cum  
omnium expectatione citius ſub quintam veſperſtinam in urbem  
aduentaret, a pauciſſimis tum quidem Profeſſoribus exceptus  
fuit ac ſalutatus. Admiſſi tamen paulo poſt ab Eodem clemen-  
tiſſime ad alloquium Rector Vniuerſitatis ceterique Patres aca-  
demici. Cum eodem adhuc autumno Sereniſſimus Princeps Mo-  
nachium reuiferet, dilata eſt ad eius reditum, qui 14. Nou.  
contigit, Rectoris electio, cui ſe libenter interfuturum ſignifi-  
carat. Honorauit & alios deinceps actus academicos cum ſa-  
cros, tum literarios illuſtri ſua præſentia; atque alia edidit  
quam plurima, quæ dignam his annalibus materiem ſequenti  
triennio ſuppeditabunt.

Doctoratu philoſophico ſolus ac priuatim inſignitus eſt  
meſe Iulio *Ioſepbus L. B. de Stinglbaim* &c. Canonicus Vratiſla-  
uienſis, promotore *Flexedero*, præſentibus Rectore Vniuerſita-  
tis, ac Facultatum reliquarum Decanis.

Apparuit die 22. Febr. hora 7. veſperſtina meteoron ig-  
neum, trabem, ſeu draconem volantem vocant, per omnem  
fere Europam conſpicuum.

*Nicolai Copernici* ſententiam de Mundi ſyſtemate publicis  
in theſibus hoc anno adoptatam inuenio a *Treylingio* noſtro; qui  
cum medicam diſputationem inſtitueret reſpondente *Ioanne Fri-  
derico Hartmanno*, ac tractatum typis ederet de Medici præſtan-  
tia & officio generali, in annexis theſibus hanc poſuit numero  
decimam tertiam: *Nobis ſyſtema mundi copernicanum ceteris multo ele-  
gantius, ingenioſius, rationibus & argumentis ſpectioſioribus mixtum, di-*

**A.**  
**1719.** *uſna ſapientia dignius, neque ſacris literis aduerſum videtur.* Laudatiſſimis hiſce *Treylingii* conatibus ſacerrima Theologorum Facultas ſeſe oppoſuit, admonens ſcilicet illum, vt eam poſitionem vel omnino corrigeret, vel benigna quadam explicatione limitaret. Paruit ille pro pietate ſua haud granate; adiecitque per modum corollarii ſuæ illius aſſertionis interpretationem, typis impreſſam, & opusculo inſertam. Primum hoc videtur doctrinæ Copernicanæ ſpecimen hac in Vniuerſitate editum.

E theologica Facultate in autumno huius anni diſceſſit *Iosephus Mayerus* Halenſis Tirolenſis, poſtquam per annos vndecim ſacram ſcientiam in hac noſtra Vniuerſitate explanauit, ac quinquies in eadem Decanatum geſſit, *Profeſſor*, vt acta theologica huius anni a Doctore Plankio conſcripta teſtantur, & *Decanus ſepe numero emeritus ac de Facultate SS. optime meritus.* Inſuſus eſt *Mayerus* deinceps in Collegio Societatis Præfectum, vt vocant, ſtudiorum agere, ſubſtituto in eius locum *Paulo Zettelio*, quem in moralis Theologiæ cathedra ſecutus eſt *Fridericus Martalus.*

**A.**  
**1720.**

## ANNO DOMINI M DCC XX.

Reſt. CCCCLXVII. CHRISTOPH. DE CHLINGENSPERG &c. VIII.  
 Inſcripti 168.

Nobiles, *Adam. Ludou. L. B. de Decfort.*

*Carol. Guil. L. B. a Stain* in Iettingen.

*Chriſtoph. Franc. L. B. Eckber* de Käpſing & Liechtenegg.

*Io. Iof. Ferd. L. B. Mändl* de Deuttenhofen in Petterſöcking, Kelhaimenſ. Boi.

*Franc. Wolfg. Maria Zech* ab & in Deibach, L. B. de Sulz.

*Franc. Albert. Aloyſ. L. B. de Schleich* ab Harbach, Herrenhaus & Achdorf.

*Io. Melch. Wilh. de Schwarzach*, Waldenſ. Acron.

*Henric. Adam. de Lilgenau*, Kullmainenſ. Palat.

Nou. Prof. *Rudolphus Burkbart*, Eichſtett, Franc. S. I. Prof. Log.  
*Nica-*

A.

*Nicasius Grammatici*, Tridentin. S. I. Prof. Mathes. & 1720.  
S. Ling.

Nou. Doct. Fr. Ant. Lud. Freyhamer, Paroch. Mörenshem. Theol.  
M. Ioan. Bapt. Scheuringer, Ingolstadt. }  
M. Ios. Aloys. Ieblin, Gamund. Sueu. } Medic.  
Io. Laur. Ignat. Wübrt, Hellfeld. Franc. }

Integrum hunc annum festum quasi ac solennem nobis reddidit Serenissimus Dux Bavariz THEODORVS, qui & concertationes nostras literarias, & academicas promotiones & sacros etiam conuentus ac pias processiones sua præsentia condecorauit, atque suis illustrauit exemplis. Non minus conspicua diligentiz ac literarii progressus specimina idem nobis Serenissimus exhibuit. Sub ipsam anni exordium quotidianarum actionum regulam sibi præscripsit, sine ordinem diurnum, quem typis impressum distribui inter Patres academicos curauit, arbitros quasi actionum suarum omnium ac testes futuros. Omnino arbitror posteritatis interesse, vt pretiosum hoc monumentum legere possit & admirari.

### Tagsordnung,

*Welche seine hochfürstliche Durchleucht, Ioannes Theodorus, Herzog in Bayrn ꝛc. sich selbst vorgeschriben, und Zeit dessen Studienzeit in Ingolstadt gehalten haben wollen, um sich selbst einen Nutzen, der ganzen Hochlöbl. Vniuersität aber ein Exempel zu geben.*

*Vmb 7. Vbr stehen Seine Durchleucht auf, bis 8. Vbr zum Gebett, Anziehen, und eine Suppen zu nehmen.*

*Vmb 8. Vbr bis 10. Vbr werden Seine Durchleucht das Studiren mit Reuerendo P. Mayr S. I. Dero Beicht-Vattern, und Dero Instruatore Ibro Hochwürden Herrn Calin vornehmen.*

*Vmb 10. bis 11. Vbr geben Seine Durchleucht zur Heil. Mess in Dero Herzogl. Wohnungs-Capellen, und die übrige Recreation. Vnter welcher Zeit Seine Durchleucht die ienige, denen der Zugang Gnädigst gestattet ist, sehen, oder die, so etwas unterthänigst anzubringen, gnädigst anhören werden.*

*Vmb 11. bis 12. Vbr seynd Seine Durchleucht beschäfftiget in denen Wissenschaften von der Geographia, Historia Morali, & Politica vnter*

**A.**  
**1720.**

ter Herrn à Schollenberg, Dero Churfürstl. Durchleucht in Bayrn ꝛc. Revisions - Rath, und Seiner Hochfürstl. Durchleucht Chur - Prinz Cabinets - Secretario.

Vmb 12. Vbr zur Mittags - Tafel, übriges aber bis  $2\frac{1}{2}$  Vbr zur Recreation.

Vmb  $2\frac{1}{2}$  Vbr bis  $4\frac{1}{2}$  Vbr studiren Seine Durchleucht wiederum mit obigen P. Mayr und Herrn Calin Hochwürden.

Von  $4\frac{1}{2}$  Vbr bis 5. Vbr Recreation.

Von 5. bis 6. Vbr mit Herrn a Schollenberg.

Von 6. bis 8. Vbr Recreation.

Vmb 8. Vbr gehen Seine Durchleucht zum Nachts - Speisen.

Vmb 10. Vbr zum Schlaffen.

Alle Donnerstäg gehen Seine Durchleucht auf die Reittschuel.

Alle Sonn - und Feyertäg eine halbstündige geistliche Conferenz.

Alle Donnerstäg eine halbstündige Repetition in der Arithmetica, oder Mathematica vnter Reuerendo P. Ring S. I. solcher Gestalten, dass selbige mit einer geistlichen Conferenz von Donnerstag zu Donnerstag alternire.

Alle Sonn - und Feyr - Täg, auch Donnerstäg ganzer Vacantz - Zeit hindurch, und bis 8. Vbr Nachts; Erchtag aber, als nur halben Recreations - Tag Abend, und bis obiger Vbrs - Zeit ist denen auf allbiefig - Hochlöblichen Vniuersität in Studiis sich befindenden Herrn Cavaliers der gnädigste Zutritt bewilliget.

Indeme nun Seiner Churfürstlichen Durchleucht in Bayrn ꝛc. Vnsers Gnädigsten Herrn, Herrn ꝛc. gnädigste Intention dahin zibiet, dass Seine Hochfürstliche Durchleucht der Herzog ꝛc. der Herrn Professorn diser Hochlöblichen Vniuersität schätzbarhristen Vnterhaltung, Gelehrsamkeit, und hoher Wissenschaft, durch vnterschiedlich - der Geist - und Sinreichen Wohlberedenheiten sich zu Nutzen ziehen können; als seyend zu Bezeigung Gnädigster Hochachtung aus solcher gnädigster Anordnung die Montag, Mittwoch, und Freytäg nach geendigten Studiis von 6. bis 8. Vbr in gnädigster Genehmhaltung dahin angesetzt.

Zumahlen dann ich Endts - Vnterscribener, den so edlen Eyser, welchen Seine Hochfürstliche Durchleucht Herzog IOANNES THEODORVS, sowohl vor die Schönheit der Gelehrtheit, als alle Sorten der Wissenschaften haben, bewundere.

Glaube

A.

Glaube ich meiner Schuldigkeit zu seyn, vor die Glory meines Gnädigsten Prinzens, und iene einer Hochblühhichen Vniuersität; die tenige Tags-Ordnung (welche Seine Durchleucht Seinen Studien selbst vorge-schriben) denen Ober-Vorsieheren dieser edlen Vniuersität zu communi-ciren, damit dieselbige in solcher (ein so schönes Exempel) beliebig vor-stehen könnten.

1720.

Der Churfürstlichen Durchleucht in Bayrn &c.  
Camerer, und Obrister, dann Seiner Hochfürstl.  
Durchleucht Herzogen THEODOR bestelter Ober-  
Hof-Meister.

Scipion von Valaise.

Hac studiorum seruata ratione quantum profecerit Se-  
renissimus Princeps, die Iunii decima quinta maxime demon-  
strauit, cum publicum quasi, suo in Palatio, examen ex Rhe-  
torica horis eius diei matutinis sustinuit. Examinatores dele-  
cti sunt ex Vniuersitate Paulus Zettelius, Iunior de Cblingensperg,  
Schiltbergerus & Moraschius; Ex Collegio Patrum Societatis ipse  
Rector Iosephus Preissius, Iosephus Mayerus & nonnulli alii. Admi-  
rati sunt omnes capacissimum Principis ingenium, & excellen-  
tem Scientiam; perscriptæ etiam, nomine Vniuersitatis, sunt  
literæ ad Serenissimum Electorem, quibus de laude Principis  
filii edocebatur. Postridie valedixere Rector ac Patres acade-  
demici Serenissimo THEODORO, qui die 17. eiusdem Iunii Mona-  
chium discessit, sub autumnum eiusdem anni redditurus.

Rector Vniuersitatis Christophorus de Cblingensperg &c. vi-  
gesima quarta Iulii vltimum hac in Academia, & in hoc mun-  
di theatro actum solennem exercuit, cum publicam Bernardi fi-  
lii disputationem Præses moderaretur. Dedicatæ erant Theses  
Serenissimo nostro Electori, cuius nomine Professor Polemices  
Plankius argumentum, quod vocant Honoris proposuit. Sequen-  
ti mense, die scilicet Augusti vigesima octaua sub noctem idem  
senior Cblingenspergius ex hac vita migravit, tertio post die ad  
Speciosæ Virginis in eo, quod sibi viuus elegerat & ornat,  
facello terræ mandatus, vbi pretioso ex ære monumento, quod  
Sancti Iuonis effigiem refert, hoc eius inscriptum est epitaphium:

U

His

A.

**17. O.** *Hic quiescit Universitatis Ingolstadtensis sydus illustre Prænobilis & Magnificus Dominus Christophorus de Chlingensperg in Schönhofen & Stauffenbuech, S. E. B. Consil. Codicis & Iuris publici ad IX. Iustra Professor ord. ac Legum primarius, Præfectus in Stambamb & Oetting, nec non p. t. Rector magnificus; Iurisconsultus, nulli Germaniæ secundus, Serenissimo Electori suo, Statibusque Bau. Prouinc. arduis in causis felicissime consuluit: Serenissimo Electori Palatino in causa Aurelianensi, ante armorum, post Iurium strepitu agitata coram Imperatore Roman. & Rege Galliæ, dein ipso summo Pontifice. obtinuit victoriam. B. V. Mariæ amantissimus & in octaua eius Immaculatæ Conceptionis quotidianæ aliarumque missarum fundator sacellum hoc sibi suisque pro perpetua instituit sepultura. E. Contage nata Freinbueberinn superstitem XII. liberorum felix Pater, septuagenarius inter assiduos labores viribus fractus diem obiit vir vere magnificus morte iustorum, viduarum, pupillarum pauperumque Pater ac Patronus XXVIII. Aug. Anno MDCCXX. Sub icone S. Iuonis sequentia legere est distycha, quibus religiosissimus Professor discipulis valedicit:*

*Quam manibus prensas, a me tibi littera venit;  
Patronus causam suscipe, queso, meam.  
Doct̃or Iuris eram, sacre Themidisque Sacerdos,  
Nunc a diuino Iudice dicta dies.  
Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos:  
Hæc ad discipulos vltima verba meos.*

Die exequiarum tricesimo defuncti filius *Hermannus* Inst. Imper. tunc Professor Orationem habuit funebrem, typis postea impressam, qua diligenter, pro pietate scilicet, quæ natum decebat, omnia complexus est, quæ *Christophorus* Pater aut vtiliter pro Republ. aut sancte pro Religione, aut pro literis erudite in vita gesserat. Singularia ad eius vitæ historiam anecdotæ occurrunt in Actis Eruditorum Imperii, siue in *den Nutzlichen und anserlesnen Arbeiten der Gelehrten im Reich, 6ten Stück, Seite 521.* Nos vitam illius academicam ac literarios labores strictim more nostro persequimur.

Natus est *Christophorus* Frontenhufi Bavaricæ inferioris Municipio non incelebri, anno salutis 1651. die 7. Iunii. Studiis humanioribus atque Logica Landshuti absolutis, anno 1670. die 20. Octobris alio nostro academico nomen dedit, futurus  
Phy.

A.  
1720.

Physices auditor. Nescio cur ab *Hermanno* filio in Oratione funebri ante suam ad nos aduentum *variis agitatus fati* dicatur: Certe quamuis honestissimis parentibus, ex senatorio scilicet ordine natus fuerit, titulo tamen pauperis matriculæ inscriptus; & stipendio quodam philosophico ad profequendum studiorum cursum adiutus fuit. Emensus Philosophiæ stadium addiscendæ Legum disciplinæ se impendit; effectique quadriennali labore, vt primo statim post Iura absoluta & susceptos ex illis summos honores anno, ab Illustribus aliisque magno numero Academicis, non tantum ad priuatas repetitiones, sed plane ad publicum Professoris munus, libello supplici ad Serenissimum MAXIMILIANVM PHILIPPVM Bavarix tunc Administratorem directo, expeteretur. Et vero consecutus etiam est, vt clementissimo decreto anni 1677. 30. Octobr. Professor lurium extraordinarius designaretur, donec biennio post, anno scilicet 1679. ad ordinariam lectionem fuerit promotus; vnde & duodecima Decembris eiusdem anni solenne Principium fecit. Anno 1681. die 4. Ian. matrimonio sibi iunxit *Mariam Florentinam* natam de *Freienbueh in Dornwang*, ex qua felix Pater duodecim omnino genuit liberos, filios octonos, filias quatuor, omnes mortis suæ tempore adhuc superstites. Anno 1693. die 21. Octobr. decreto Augustissimi Imp. LEOPOLDI Equitum ac Nobilium Imperii numero adscriptus est. Aliquot post annis Assessor & Director Exemtæ Imperialis Præfecturæ Hirschbergensis; itidemque Director Consilii Ducalis Ingolstadiensis factus est. In Facultate Ictorum decies ac quater Decanatum gessit; toti autem Vniuersitati octies Rector præfuit. Quibus meritis ad hocce honorum ac dignitatum gradus fuerit eleuatus grauissimæ illæ Causæ loquuntur, quas a summis etiam Principibus conductus & egit prudentissime, & felicissime euicit; vt causam *Aurelianensem* pro Serenissima domo palatina coram Imperatore, Rege Gallix ac ipso demum Rom. Pontifice agitatum; Causam *Simultaneæ Religionis* in Palatinatum inferiorem introductæ; Causam *Testamenti Serenissime Electricis* MARIAE ANTONIAE; Causam *Testamenti Serenissimi Ducis* MAXIMILIANI PHILIPPI pro Serenissimo PHILIPPO MAVRITIO; Causam *Obermünsterianam* pro Serenissimo Electore Bavarix; Causam *Lodroniani Fideicommissi* a PARIDE Archiepiscopo Salisburgensi relictæ; atque alias com-

U 2

plures.



A.

1720.

plures. Sed & pignora literaria numero fere triginta typis publicis ad posteritatem transmissa id ipsum manifeste loquuntur, Iuvat illorum hic catalogum exhibere:

*Questiones difficiliore ex diuersis Iuris vtriusque & feudalis partibus, nec non Bauariæ Constitutionibus desumptæ. 2. Part. 1678. — 79. Institutiones Imperiales in centum Assertiones Questionum illustrium contractæ. 168. De Remediis conseruanda Nobilitatis Bau. seu de Renuntiatione successionis filiarum illustrium, Fideicommissis Familiarum & In re Retractus ex Constitut. pragmatica anni 1672. eidem competentibus. 1682. De Circulis in materia Pignorum. 1685. De probando contra Defunctum &c. 1685. Summa referendi ad modum Camera Imperialis &c. 1691. De Iure Emphiteutico &c. 1691. De operis Subditorum &c. 1692. De Decimis &c. 1694. Iudicium Iurisprudentiæ Ciuilibus super Questione: An ad hoc, ut quis homicida proditorius dicatur, & immunitate eccles. priuatur, requiratur qualitas amicitie. 1695. Primitiæ Actorum Compromissi Francofurtensis in Caussa Serenissimæ Domine Ducissæ Aurelian. contra Serenissimum Electorem Palat. num, Romæ 1701. De Iurisdictione 1706. De Tutelis & Curatelis. 1707. Feudorum Libri collegialiter resoluti 1707. Difficilis Conditionum materia. 1710. Collegia Iurisprudentiæ publicæ, seu facies Imperii Romano-Germanici antiqua & moderna. Gloriosus descensus Regiæ & Electoralis Domus Bau. a Carolo M. per continuas Generationes exhibitus. 1720. Pleræque ex his Dissertationes occasione publicarum disputationum in lucem prodierunt. Consilia & Responso iuridica, quæ manu scripta post se reliquit, magnum & ipsa numerum conficiunt, ornantque sine dubio hodiernam Bibliothecam Familiz Chlingenspergians. Habemus igitur hoc in Catalogo testes minime suspectos, fuisse Christophorum Cblingenspergium in Iurisprudentia publica, priuata, feudali, patria &c. versatissimum, atque cum præcipuis Germaniæ Iurisconsultis comparandum. Quantum virtutibus christianis, Religione, Iustitia &c. excelluerit in funebri illius oratione ostenditur.*

Extincto hoc Academiz Sidere, noua, ac primæ quidem magnitudinis stella eidem exorta est mense Octobri eiusdem anni, cum Nicæsius Grammatici Tridentinus cathedram mathematicam atque Obseruatorium astronomicum conscendit. Hic Theologiæ adhuc apud nos studiosus vna cum Condiscipulo suo

Henrico

A.

*Henrico Hiffo Iosephum Falkium* Mathefeos tunc Profeflorem con-1720.  
filio atque opera adiuuit, vt methodus delineandi Ecclipses  
organice & perficeretur, & primo in Germaniam exemplo intro-  
duceretur. Ipfo hoc anno pro coronide triennii philofophici,  
quod in Friburgensi apud Brisgoios Academica confecerat, dif-  
fertationem mathematicam in publicum edidit hoc titulo: *Solis*  
& *Lune Ecclipsium in Plano organice delineandarum Methodus noua.*  
Friburgi in 4. 1720. cum fig. Ita præparatus ad noſtram Aca-  
demiam acceſſit nouus Profeflor, euafitque intra quinquennii  
ſpatium, quo apud nos verſatus eſt, eum in Virum, quem ex-  
teri omnes Banariæ inuiderunt; vt ſuo loco referetur.

Saluberrima Medicorum noſtrorum Facultas hoc anno  
conſilium cepit ſapientiffimum erigendi Bibliothecam ſelectiffi-  
mis conſtantem voluminibus, pro communi Profefſorum medi-  
corum vſu, ſub directione ſemper atque adminiſtratione De-  
cani Facultatis. Reuerendiſſimus ac Ceſſiffimus S. R. I. Prin-  
ceps & Epifcopus Eichſtettenſ. IOANNES ANTONIVS Vniuerſita-  
tis noſtræ Cancellarius perpetuus pro fundamento huius vtiliſſi-  
mæ inſtitutionis vnum exemplar *Horti herbarii Eichſtettenſis* iam  
compactum dono tranſmiſit.

In theologica Facultate primo a condita Academia exem-  
plo Licentia Gradus theologiæ *absenti* collata eſt, *Franciſco Iose-  
pho Händl* Neoburgenti, Sereniſſimi Auguſtani Epifcopi Capel-  
lano. Is cum iam anno 1705. examinatus eſſet & approbatus;  
nunc vero ad modicum etiam tempus ab Epifcopo ſuo recede-  
re non permitteretur, obtinuit denique, vt ſcripto prius tranſ-  
miſſis iuramentis conſuetis, atque de edita Profeſſione fidei  
teſtimoniis Licentiatus crearetur.

A.

1721.

ANNO DOMINI M DCC XXI.

Reſt. CCCCLXVIII. IOAN. PETR. SCHILTENBERGER, Iur. Cri-  
minal. Prof. &c.

Inſcripti 126.

Nobiles, Ioan. Caſimir. L. B. de Pudewels, Palat.

U 3

Rudolf.

**A.**  
**1721.**

*Rudolf. Christoph. Marquard. L. B. de Freyberg & Eisenberg.* in Hopferau.

*Clem. Ios. Ignat. L. B. de Burgau.*

*Ios. Eustach. L. B. de Es in Werdenstein, Dominus in Delmesingen, SS. Theol. Stud.*

*Ios. Ant. L. B. ab Edlmar.*

*Ios. Ignat. Marian. L. B. de Ruestorf.*

*Ios. Emman. L. B. de Berchem in Bludenburg, Menzing, Maypiping, Dominus in Nidertraubling, Mangolding, Dengling & Senkhofen, Traublingens. Boi.*

*Philipp. Ferd. L. B. ab Imhof a Warth & Riedershaim, Burghuf. Boi.*

*Carol. Rudolf. S. R. I. L. B. de Bibra, Bambergens.*

*Carol. Ios. S. R. I. L. B. de Hentschell & Guttschdorf, Veldkirch. Rhæt.*

*Franc. Honor. Ioan. Ioseph. } LL. BB. de Landtsee, Veldkirch. Rhæt.*

**Nou. Prof.** *Leonard. Tschiederer, Eppanens. Tirol. S. I. Prof. Theol.*

*Antoninus Heuslinger, Landishut. Bau. S. I. Prof. Theol. mor.*

*Franc. Xau. Sterzinger, Bruzens. Tirol. S. I. Prof. Log.*

*Ioseph. Sandner, Mindelhem. Suen. S. I. Prof. Ethic.*

**Nou. Doct.** *N. Besenegger, Fiscalis Ratisbon. Iur. Vtr.*

Dedit nobis Serenissimus THEODORVS etiam tertio hoc vitæ suæ academicæ anno illustris profus diligentis ac progressus specimina; Præterquam enim quod omnibus fere exercitationibus literariis in Academia institui solitis suam præsentiam indulserit, bis Ipse descendere in arenam, atque respondentis personam suslinere non est dedignatus; ac primo quidem cum ex prolegomenis Logicæ tertia die Aprilis; & iterum cum ex ipsa Logica nona Iulii examinari voluit, vocatis in eum finem ad Principis ædes Professorum præcipuis. Iuventus Gymnasii academica eidem Serenissimo Principi in Episcopum Ratisbonensem recens electo applausum scenicum trigesima Nouembris die adornauit. Demum tertia decima die Decembris totus Senatus academicus in palatio Principis congregatus,

gatus, eidem supremum valedixit, prosperaque omnia pro se-  
 cuturis temporibus ominatus est, actis simul gratiis pro illustribus  
 pietatis ac industriæ exemplis, quibus inde a primo sui aduen-  
 tus die hanc Academiam condecorasset. Postridie circa horam  
 meridianam duodecimam Serenissimus Princeps Monachium abiit.  
 Peragrata dein Italia, ac lustrata etiam Vrbe Roma in Bauariam  
 redux Episcopus Frisingensis, postea etiam Leodiensis, ac de-  
 mum S. R. E. Cardinalis factus est, clementissimus semper no-  
 stræ Vniuersitatis fautor atque æstimator; quippe qui anno 1712.  
 pro itinere italico *Neesium* nostrum Medicum cubicularium ad-  
 hibuit; anno autem 1750. *Steblerum* itidem nostrum sibi Archia-  
 trum esse voluit.

Pro honore nostræ Vniuersitatis iuuat commemorare hoc  
 loco, matriculæ academicæ nomen dedisse hoc anno *Iosephum*  
*Emanuelem L. B. de Berchem*, postea S. R. I. Comitem, Serenissimi  
 Electoris nostri Conferentiarum, vt vocant, Ministrum ac Ca-  
 meræ Aulicæ Præsidentem &c. *Iosephum* item *Eustachium L. B. de*  
*Werdenstein* Frisingensis Ecclesiæ Episcopum suffraganeum.

*Ambrosius Steigenberger* Can. Reg. Rottenbuch, quem an-  
 no 1717. publicam ex Philosophia disputationem sustinuisse di-  
 ximus, decima octaua Augusti huius anni ex vniuersa etiam  
 Theologia in aula Vniuersitatis solemniter disputauit Præside  
*Antonio Mayo*, proposito vna cum positionibus libro, cui titu-  
 lus; *Augustinus Doctor Gratie*.

## ANNO DOMINI M DCC XXII.

Rest. CCCCLXIX. IOAN. BAPT. NEEFF, Inst. medic. Prof. &c.  
 Inscripti 129.

Nobiles, *Franc. Emeric. Adam. L. B. de Gise*, Bingenf. Mogunt.

*Ioan. Ernest. S. R. I. L. B. de Stromer*, Neoburg.

*Max. Eman. Ios. Comes de Fugger a Zinnenberg*, Adelz-  
 hofen, Kirchberg & Weissenhorn, natus Belga.

*Adam. Ignat. Eques de Bruschen*, Egrenf. Noricus.

*Franc.*

A.  
 1722.

A  
1722.

*Franc. Ant. Max. L. B. de Widmann*, Burghuf. Boi.  
*Ibom. Constantin. Ios, L. B. de Quentell* in Trausnitz in Valle.

*Franc. Corbtin. Comes de Seyboldsdorf*, Landishut. Boi.  
*Petr. Ios. Albert. Riederer L. B. de Parr*, Schönouienf.  
*Christoph. Langenmantel* de Westhaim, Augustan.  
*Franc. Xau. Ignat. de Pflaumern*, Biberacens.

**Nou. Prof.** *Ioan. Petrus Artinger*, Ingolstad. SS. Theol. Doctor,  
Protonot. Apost. S. E. B. necnon Cels. S. R. I.  
Principum & Episcoporum Eichstett. Frising. &  
Passau. Consil. Eccl. S. Script. Prof. ord. Vniuersitatis  
Procancell. ad D. Maurit. Parochus, Instituti Clericorum  
secul. in comm. viu. Præses.

*Sebastian. Flexeder*, Augustan. Suen. S. I. Prof. Theol. Schol.

*Casimir. Krieger*, Landishut. Bau. S. I. Prof. Log.  
*Carolus Dewing*, Oenipont. Tirol. S. I. Prof. Ethic.  
*Ioan. Franc. de Haibe*, Iur. Prof. extraord.

**Nou. Doct.** *Ioan. Franc. de Haibe*, Ingolstad. Boi. *Vtr. Iur.*  
*Ioan. Michael Heckel*, Physicus Wending. } *Medic.*  
*Phil. Herm. Ant. Schrader*, Vechta-Monaster. }  
Westph.

Intèr nouos huius anni Professores primus occurrit *Ioannes Franciscus de Haibe* huiusmodi linguæ Gallicæ Magistri filius; qui vt extraordinariam Iuris cathedram, ad quam clementissimo decreto designatus erat, posset conscendere, trigesima die Ianuarii supremis ex utroque Iure honoribus insignitus est.

Alter, nouus scilicet S. Scripturæ Professor, memorandus venit ad diem 20. Iulii, qua solenne lectionum suarum principium habuit. Fuit is *Ioannes Petrus Artingerus* huiusmodi Piscatoris filius, qui Perillustri D. Baroni *de Nytz* in Parochia Mauritiana, in Cathedra academica, & in munere Procancellarij Vniuersitatis successit. Abiit scilicet ille in suam Austriam, vnde tempore cesaræ Administrationis in Bauaria, scilicet anno 1713. huc aduenerat. Mota est *Artingero* ab initio nonnulla difficultas in peragendo Procancellarij munere, quod decretum, quo constitue-

A.

1722.

situebatur Professor & Procancellarius, ad Academiam pro more non esset directum. Et vero ob eam causam vicarium Procancellarii munus aliquoties alteri cuidam ex Professoribus demandari debuit; donec scilicet negotium illud complanatum fuit.

*Paulus Zettelius Schleishemianus* Bavarus in autumno huius anni a nobis discessit, Vir non de geminis tantum Facultatibus, philosophica & theologica, quas Professor ornauerat, sed de tota Vniuersitate præclare meritus, quippe quam non facundissimis solum sermonibus, sed editis etiam libris asceticis ad omnem pietatem Congregationis academicæ Præses instruxit. Eius Scripta, cum quæ hæctenus, tum quæ deinceps in publicam euulgauit lucem, sequens exhibet catalogus. *Præcipua Barometri Phenomena.* 1718. *Lectio spiritualis Philosophi Christiani, siue Perfectiones diuina.* 1718. *Christianus contritus.* 1724. *Clericus curatus cum obligatione restitutionis circa bona fortuna,* III. Part. 1727. *Vita S. Stanislai Kostka,* 1727. *Exercitia spiritualia ad mentem S. Ignatii de Loyola.* 1727. Pro Zettelio in cathedram theologicam, absoluto iam bis cursu philosophico, successus est *Sebastianus Flexederus.*

Petiit a S. Facultate *Klinkbardus* quidam, Clericorum secularium in comm. viu. per districtum Duderstadiensem Administrator, vt sibi iuramentum, quod Theologiæ Licentiatus edidisset de doctoratu non alibi nisi in hac ipsa Vniuersitate recipiendo, relaxetur, cum per grauissima impedimenta tam longo itinere Ingolstadtium vsque excurrere hand posset. Hanc ipsam gratiam datis literis expetiit Facultas theologica Erfordiensis, & data occasione reciprocam promisit. Consensere petitis hisce Theologi nostri, ea tamen conditione, etiam alias obseruata, vt pro iuribus sacræ Facultatis certam pecuniæ summam penderet; quam ille lubens sine mora exsoluit.

*Necessius* noster Decembri mense Monachium vocatus est, vt Serenissimum THEODORVM in Italiam abiturum Cubicarius iarius medicus comitaretur, reservato eidem Cathedræ academicæ iure.

Cum Facultas medica inde ab anno 1700. supellestem suam botanicam alieno in fundo, in horto scilicet ad militare huius præsidium pertinente, precario tantum excolisset, hoc tandem anno liberalitate Serenissimi Electoris MAXIMILIANI EMA-

**A.**  
**1722.** **UNIV.** **VELIS** de proprio eidem fundo prospectum est, in quo non tantum herbe plantarentur medicæ, sed simul excitarecur ædificium, sectionibus anatomicis, demonstrationibus chemicis, obseruationibus astronomicis, & quibuscunque rerum physicarum experimentis oportunum; de quo sequentis anni hiltoria plura dabit.

**A.**  
**1723.**

ANNO DOMINI MDCCXXIII.

Rect. CCCCLXX. HERM. ANT. DE CHLINGENSPERG &c. ff. & Iur. Feud. Prof. II.

Inscripti 131.

Nobiles, *Eustach. Ludou. Vngelter, L. B. de Deuffenhausen in Oberstozingen, Höchstad. Neopal.*

*Thaddæus Wenceslaus } LL. BB. de Freyenfels, Moravi.*  
*Caietanus Iosephus }*

*Max. Ios. Emanuel S. R. I. Comes de Taufkirchen in Guttenburg &c. filius Illustrissimi D. Gubernatoris.*

*Franc. Ios. David L. B. de Lerchenfeld.*

*Ferd. Ios. Maria L. B. de Lerchenfeld &c. Can. Cathedr. Ratisbon.*

*Marc. Max. Quirin. L. B. de Berchem &c. Monacens.*

*Max. Franc. Ios. L. B. de Seyboldstorff &c.*

*Carol. Ios. Ant, L. B. de Kleist.*

*Franc. Xau. L. B. de Ezdorf in Stambried, Weichstphen, & Essenbach.*

*Wilhelm. Adam. L. B. de Leoprechting in Delsch.*

*Carol. Ant. Holzapfel ab Herzheim & Ketz, Patrit. Augst.*

*Anton. Sizzo, Tridentinus.*

Nou. Prof. *Christophorus Höchtl, Pedepont. Bau. S. I. Prof. Ethic.*

Nou. Doct. *Franc. Ant. Brandbueber, Paroch. Dieffenbach.*

*Ioan. Georg. Kugler, Iur. Imper. Prof. Tir- } Iur. Vtr. nauis.*

*M. Ioan.*

*M. Ioan. Georg. Vogl*, Zellenf. Boi.  
*M. Ioan. Adam. Zollner*, Straubing. Boi.  
*M. Ios. Ant. Kopp*, Straubing. Boi.  
*M. Ioan. Georg. Ferg*, Beyerberg. Boi.  
*M. Ioan. Ios. Schönbueber*, Buechling. Suen.  
*M. Franc. Xau. Hopfenitz*, Ingolstad. Boi.

} *Medic.*

A.  
 1723.

Facultas igitur medica, cum superiori anno hortum  
 coemisset a Collegio ducali Georgiano, 963. florenorum pretio;  
 extruendo mox ædificio, de quo dictum est, solennius quod-  
 dam initium fecit. Dies 27. Aprilis h. a. eiusdem inaugura-  
 tioni designatus erat. Indiētis igitur feriis per Academiam,  
 omnium Facultatum Professores ac discipuli inuitabantur in pri-  
 mis ad diuinum Officium, quod in templo academico hora sep-  
 tima matutina solennius decantabatur; deinde ad publicam ex  
 Medicina disputationem, quæ ab hora 8. ad 10. in Aula Al-  
 bertina a duobus Medicinæ Candidatis Præside *Moraschio* institue-  
 batur, proposito libello *de Capite Infano*, seu de deliriis. Post  
 illum actum præcinentibus tubis ac tympanis Professores om-  
 nes cum hospitibus primi ordinis compluribus in hortum ipsum  
 descendere, vbi primum in ædificii fundamenta lapidem depo-  
 suit Iunior *Comes de Taufkirch*. Tota solennitas peracta est in-  
 ter continuos Symphonicorum Choros, atque inspectante mag-  
 na hominum omnis generis & sexus multitudine. Per reliquam  
 deinceps ætatem, qua in perficiendo illo ædificio laboratum  
 est, seruerunt in Academia literariæ Medicorum Exercita-  
 tiones, iuxta nouissimum scilicet saluberrimæ Facultatis Statu-  
 tum, quo nullus ex Medicinæ Auditoribus ad examen rigoro-  
 sum admittendus erat, qui non saltem vnam seu publicam &  
 solennem, seu privatam in Aula Albertina disputationem susti-  
 nuisset, cui saltem Facultas philosophica præsens adesset; hæc  
 quippe specialibus literis inuitata; speciali etiam rescripto in  
 idipsum consenserat. Vi igitur huius sanctionis disputatum est  
 ipso die solennis inaugurationis, vt dictum est; dein 18. Iunii,  
 Præside *Treylingto*, proposita dissertatione *de Essentia Nature*. Die  
 13. Augusti sub *Moraschio*, qui hac occasione alteram suam com-  
 mentationem *de Capite Ignauo*, seu de affectibus soporosis in pub-



A.

1723. licam lucem euulgavit. Denique 17. Augusti, iterum presidente *Treylingio*, atque suam de *Purgatorio Microcosmi* seu de *Purgantibus* lucubrationem typis edente.

Interea ad culmen fere perductum est ædificium medicum, cuius formam ac interiorem dispositionem paucis describere hic iuvat. Hortus ipse haud procul ab æde Vniuersitatis, trans Schutteram amnem situs est, porrigiturque fere ad vrbis vsque mœnia, via tantum publica interiecta. In eius extremo limbo memorata domus totam horti latitudinem occupat, frontemque obiiicit per horti longitudinem introeuntibus. Per mediam ædificii portam ad aulam acceditur, amplam illam, & quanta est domus ipsa, altam. Hanc totam Amphitheatrum occupat in circi formam, ex quo vndique in subiectam tabulam, quæ in medio est aulæ, sectionibus anatomicis destinata, prospectus datur. Supra amphitheatrum xystus est per omnem aulam circumductus, in quem ex superioris contignationis utroque latere prodire, atque inde, ut ex amphitheatro ipso, operationes anatomicas, spectare licet. Ex utroque Theatri anatomici latere geminas in alas prætenditur ædificium, duabus contignationibus distinctas. Inferior, quæ a dextris est ingredientibus, Hortulano ad habitandum initio destinata erat; verum hodie deligationibus chyrgicis maxime deseruit, ac conficiendis etiam præparatis anatomicis. In superiori contignatione Collegium est anatomicum atque chyrgicum. Aduersa ex parte, quam scilicet in ingressu sinistram habemus, inferius ex prima quidem designatione est laboratorium chemicum; superius, Collegium experimentale physicum. Verum cum deinceps per plures annos demonstrationes chemicæ in officina pharmaceutica fuerint institutæ; experimenta autem physica Philosophis fuerint relicta, hodie ex cubiculis superioribus vnum asseruandis rarioribus præparatis anatomicis; alterum Bibliothecæ medicæ destinatum est. Consilium quoque fuit obseruatorium atque speculam astronomicam ædificio imponere; verum & illud effectu caruit; nisi quod turriculam ligneam tecto impositam videre sit, ex qua amplissimus in omnem labe regionem prospectus patet. Verum ommissis etiam omnibus, quæ primæ designationi haud respondent, fatendum, necessariorum pro palæ-

palæstra medica nihil deesse, & nobilius theatrum anatomicum, <sup>A.</sup> quam nostrum sit, vix vspiam in Europa inueniri. Vt perpetua 1723. effet Fundatorum huius Horti Aedificiique, atque Mœcenatum, atque ipsorum etiam medicæ Facultatis Professorum tunc docentium memoria, in memorata aula anatomica marmori incisa est sequens inscriptio:

Auspice

Diuino Numine

Munificentia

Sereniss. & Potentiss. Dni Dni

**MAXIMILIANI EMANVELIS**

V. B. & P. S. D.

Electoris,

Et Liberalitate

Inclutor. Bau. Statuum,

Aliorumque Meccenatum

**AEDIFICIUM**

HortVsque erectVs,

a Facultate Academico - Medica,

Cum Eam

Prænob. Magnif. Amplif. & Clarif. Viri

*D. Ioan. Adam. Morasch*, Phil. & M. D. Sereniss. Elect. Bau.

Conf. Med. Pract. & Anat. Prof. ord. prim. & Sen.

p. t. Facult. Medic. Decanus, Statuum

Prouinc. Bauar. Sup. Medicus.

*D. Ioan. Iacob. Treyling*, Phil. & M. D. Sereniss. Elect. Bau. Conf.

Med. Theoric. Profess. ordin.

*D. Ioan. Bapt. Neff*, Phil. & Medic. D. Sereniss. Elect. Bau.

Consil. Instit. Med. Prof. ordin. in huiate Alma

Elect. Vniuersitate moderarentur.

A.  
1723.

Albo Vniuersitatis simul & medicæ ac philosophicæ Facultatum nomen suum 10. Nou. huius anni dedit *Franc. Ant. Stebler* Monacensis Bavarus, qui dum hæc scribo, non medicæ tantum Facultatis, sed totius Academix est Senior, quippe in qua in annum iam quadragesimum octauum Medicinam proficitur.

Die 20. Nou. ex venatione Geisfeldensi ad nostram Urbem diuertere dignati sunt Serenissimi Bavarix Principes, Elector ipse, Princeps Electoralis cum Serenissima Coniuge, Princeps FERDINANDVS itidem cum sua Coniuge; ac demum Reuerendiss. ac Serenissimus Princeps ac Episcopus THEODORVS; quos singulos, in suis quosque conclauibus sex diuersis orationibus, ita volente Serenissimo Electore nomine totius Vniuersitatis allocutus est Rector Magnificus, qui & vbique clementissimum responsum obtinuit. Postridie in Templo academico sub quintam vespertinam, in Eorundem Serenissimorum Hospitum præsentia decantatus est Hymnus Ambrosianus, ob feliciter biduo abhinc electum Principem THEODORVM in Coadiutorem Episcopi Frisingensis. Indulserunt se nobis Serenissimi Principes ad vigesimam vsque quintam Nouembris; quo toto tempore in Academia ferias ex more habuimus *repentinas*, vt vocant, quæ scilicet in casibus extraordinariis repente concedi solent.

In Concilio angariali hyberno huius anni statutum est, vt studiosi vxorati tanquam cessatores in posterum non haberentur pro Academicis; idque ipsum significaretur Consulibus ciuitatis Ingolstadiensis.

A.  
1724.

## ANNO DOMINI M DCC XXIV.

Rect. CCCCLXXI. IOAN. IACOB. TREYLING, Medic. theor. Prof.  
ord. II.

Inscripti 146.

Nobiles, *Frideric. L. B. de Disbmar* de Schmidweillen, Eques  
Lotharing. Bethschenf,

*Maria*

A.  
1724.

- Maria Ios. Max.*  
*Wolfg. Henric.*  
*Ioseph. Carol.* } LL. BB. de Vieregg & Gerzen.  
*Franc. Ios. L. B. de Leoprechting,* Döltshenf. Palat.  
*Dominic. Sebast. L. B. de Widmann.*  
*Franc. de Paul. Max. L. B. de Edmar* de Obergankhofen, SS. Theol. Stud.  
*Weichard. Ludou. L. B. de Poyssl a Loiffing &c.*  
*Carol. Adam. L. B. de Köck a Thierlstein & Hanggenzell.*
- Nou. Prof. *Adamus Dicbel,* Ratisbon. Bau. S. I. Prof. Theol. Schol.  
*Ioan. Franc. de Haibe,* Ingolstadt. Bau. Prof. Iur. ordin.  
*Sebast. Sutor,* Amberg. Palat. S. I. Prof. Ethic.
- Nou. Doct. *Aegidius Strasser,* Parochus & Decan. Solisbac. & Decan. præsent. Eccl. Colleg. Baadenf. } Theol.  
*Matthias Bachmayr,* prioris successor Solisbaci, vterque ex Inst. Cleric. sec. in comm. viv. }  
*M. Wolfgang. Pergbaur,* Cameracens. Bau. }  
*M. Ios. Ant. Franc. Xau. Fetzer,* Weilheim. Bau. } Medic.  
*M. Laurent. Ignat. Degen,* Oetting. Rhæt.  
*M. Ioan. Georg. Lidl,* Monacens. Bau.

Honoris atque obseruantiz ergo ex inscriptorum ad hunc annum numero nominare saltem liceat, quos digne, vt vellem, laudare non possum, insignes tres viros, & omnes editis etiam scriptis claros. Horum primus atque præcipuus est *Wiguleus Xaenerius Aloysius Kreittmayr* Monacensis Bauarus Iurium Studiosus, qui Iustrata post hanc nostram Giessensi atque Ultraiectensî Academia, in patriam redux Consilio primum aulico Electorali; tum sub CAROLO VII. glor. mem. Consilio aulico Imperiali; paulo post una cum S. R. I. Liberi Baronis prærogatiua supremo Vicariatus tribunali Assessor datus est; mox Consilii aulici Electoralis Cancellarius & Consiliarius intimus; ac demum Consilii intimi Cancellarius, Conferentiarum Minister, supremus per omnem Bauariam Feudorum Præfectus, ac huius nostræ

A.  
1724.

nostræ Academiæ Protector & Conservator designatus est. Huius quanta sit in iure publico, privato, feudali, patrio &c. scientia, dudum non Bavaria solum, sed omnis late Germania ex Codice Maximiliano, atque ex eruditissimis in eundem Annotationibus didicit; ut adeo superuacaneum sit literarios illius labores pluribus commendare. Alter *Andreas Felix Oefelius* est, etiam ipse Monachii Boiorum natus, atque apud nos pro Physicæ Studio inscriptus. Hic quem inter literatos locum aliquando esset habiturus, paulo post hæc tempora ostendit, cum Louanium studiorum causa translatus *Mineruam* suam typis publicis iuuenis euulgavit, dignum veterano scriptore opus, & a doctissimo quoque summopere laudatum. In patria dein vrbe felicissimum nactus est campum ingenii sui vbertatem luculentius demonstrandi, cum Bibliothecæ electorali præfectus pretiosissimum illum Scriptorum boicorum thesaurum collegit, quem postea duobus Tomis comprehensum cum literato orbe communicavit, qui non magis admiratur improbam collectoris industriam, quam purissimam latinitatem ac singularem eruditionem, qua Scriptorum suorum vitas, in prævio ad illorum opuscula commentario illustravit. Tertius domesticus est, & sæpius deinceps hac in Historia nominandus, *Ioannes Paulus Sutor*, quem matricula Ohrnbauensem, ipse se Arbergensem scribit. De hoc ad an. 1755. & seq. Memorandus præter hos *F. Cælestinus Mermos* Cæsareæ Professus, SS. Theol. ac SS. Can. Studiosus, postea Imperialis illius Abbatiz Antistes.

Facultas theologica hoc anno benefactorem nacta est, ignotum illum quidem, sed tanto scilicet memoria nostra digniorem. Parochus quidam, qui nomen suum grauibus de causis occultum esse desiderabat, mille ducentos & quinquaginta florenos sacræ Facultati submitit, ad foundationem stipendii theologi pro Sacerdote Theologiæ dogmaticæ studio, qui duo quavis hebdomade sacra legat, ad intentionem eidem insinuandam, ac inde quinquaginta florenos annuatim percipiat. Quæ hisce 50 florenis superfuerint, asservari voluit fundator, ut si casu quodam census ex illa summa colligendi non fluerent, aut expensæ aliæ stipendii causa faciendæ essent, necessarium subsidium non deesset. Stipendio dari voluit titulum S. Crucis.

Men.

A

Mensibus Iulio atque Augusto certarunt quasi inter se 1724.  
 quatuor Facultatum Professores, ut alter alteri disputando, scri-  
 bendoque palmam præriperet. Ex vniuersa Theologia publice  
 sub Auspiciis Reuerendissimi ac Serenissimi Principis & Episco-  
 pi Ratisbonensis THEODORI concertatum est a *Sebaldo Scheyrl*  
 Monacensi; Ex Iure Canonico Professor Canonum *Picblerus* ne-  
 potem suum *Gabinum Picblerum* in arenam produxit, edito in  
 lucem vna cum thesibus libello, cui titulus: *Manipulus Casuum*  
*Iurid. select.* *Moraschius*, cum superiori anno de *Capite Insano* at-  
 que *Ignauo* geminis dissertationibus doctissime scripsisset, propo-  
 suit hoc anno in publica disputatione *Caput Insensatum*, h. e. Tra-  
 ctatum practicum de Vertigine, Epilepsia & Apoplexia. In  
 Philosophia, præter binas disputationes solenniores, Mathema-  
 ticus noster *Nicasus Grammatici* die 19. Aug. *Problema astronomi-*  
*cum de Cometa anni 1723.* non tantum publicæ duarum horarum  
 concertationi subiecit, sed & typis huiusmodi vna cum figuris in  
 orbem euulgauit. Duos inter respondentes iure memorandus  
 est *Antonius Gogeisl* Sigenburgensis Bauarus, qui sub tanti Viri ma-  
 gisterio ita in disciplinis mathematicis profecit, ut postea in  
 Sinarum Regno, quo Missionarius abiit, primum a Præside Tri-  
 bunalis mathematici locum obtinuerit, omnibus Pekini, ipsi  
 etiam Imperatori ob insignem scientiam aliasque dotes carissi-  
 mus. Confecit per Sinensium suorum manus quadrantem astro-  
 nomicum tam exactum, tamque oportunitate instituendis obser-  
 uationibus, ut ipsi Galli eum præ suo Parisiensi laudauerint.  
 Obiit hoc Boioariæ nostræ apud Sinas decus anno Academiæ  
 huiusmodi tertium seculari, 1772.

*Ioannes Franciscus de Haibe*, postquam ultra biennium ex-  
 traordinariam Iuris cathedram tenuisset, Iulio tandem mense  
 huius anni decreto Electorali ad ordinariam Instit. Imp. & Re-  
 rum criminalium lectionem est promotus; quare & vigesima  
 nona dicti mensis solenne suum principium habuit.

Y

AN.

A.  
1725.

ANNO DOMINI M DCC XXV.

Rect. CCCCLXXII. IOAN. PETRVS ARTINGER, SS. Theol. Doct.  
Protonot. Apost. S. E. B. necnon Ep. Eich-  
stett, Frising. & Passau. Conf. Eccl. S. Script.  
Prof. ad. D. Mauris, Paroch. & Vniuersit.  
Procancellarius.

Inscripti 142.

Nobiles , *Leopoldus L. B. de Vieregg* &c. Boi.  
*Franc. L. B. a Roll*, Solodoran. Heluet.  
*Iacob. Philipp. L. B. de Schwanensfeld*.  
*Sebast. Phil. S. R. I. Eques L. B. a Fridensfeld*, Vienn.  
Austr.  
*Theophilus Comes de Kbuen in Höherain & Weicherz-*  
*hofen*, Weicherzhofens. Boi.  
*Ioan. Ignat. L. B. ab Hallerstein*, Labacens. Carniol.  
*Ios. Ant. Franc. L. B. Elsasser*, Bültsanens. Tirol.  
Nou. Prof. *Paulus Zettel*, Schleifshem. Boi. S. I. Prof. Theol. mor.  
*Iacobus Spreng*, Eppanens. Tirol. S. I. Prof. Theol.  
Schol.  
*Georg. Hörmann*, Schwandorf. Palat. S. I. Prof. Log.  
*Memradus Rosée*, Bruntrut. Raurac. S. I. Prof. Ethic.  
Nou. Doct. *Ios. Theophil. Ign. Ioan. Schlechtleütbner* de Wangg,  
Viennens. Austriac. Theol.  
*Ioan. Casp. Steinheber*, Illustrissimi Com. de Fugger Cons-  
sil. & Cancell. Direct. Vtr. Iur.  
*M. Ioan. Georg. Daller*, Landshut. Boi. }  
*M. Ioan. Georg. Textor*, Welshouens. Boi. } Medic.  
*Franc. Henric. Ebmer*, Ingolstadt.  
*Franc. Beeck*, Dünkelspühl. Suen.  
*Bartbolom. Golling*, Leidling. Neopal.

Rector Vniuersitatis *Artingerus* mense Martio Romam,  
Iubilæi, ni fallor, gratia iter suscepit; quod suum consilium 17.  
eiusdem mensis congregatis quatuor Facultatum Decanis indi-  
cauit. Rediit die 15. Maii.

Mo-

A.

1725.

Monachii die 6. Maii obiit *Simon Zanna* Theologiæ apud nos per annos octo continuos Professor, ab anno scilicet 1703. ad an. 1711. Facultas theologica eidem tanquam viro optime merito sequens scripsit elogium. *Simon Zanna S. I. Ampitio in Tyroli oriundus, Vir profunde scientiæ & excelsæ virtutis. Theologiam partim alibi, partim in Electorali hac Vniuersitate tradidit per quatuordecim omnino annos, eam a subtilitate & perspicacia ingenii, doctrinæ soliditate commendationem promeritus, ut aptissimus iudicaretur, qui dirigitendis sublimioribus disciplinis præficeretur, quo munere per sexennium functus est. Hanc doctrinæ lucem dispensauit in Academiam quoque Dillinganam, quam Rector Magnificus una cum Collegio administravit integro triennio. Cum autem etiam doctrinæ asceticæ absolutissimus esset Magister, Patres Societatis in tertia Probatione ascési instruendos faccipere iussus est, quod officii genus nonnisi viris consummata virtutis committi solet. Demum viribus per assiduos labores exhaustus, meritis vero plenus extremum diem obiit Monachii anno 1725. die 6. Maii, ætatis suæ 74.*

Communi Vniuersitatis luctu octaua Iunii parentauimus IOANNI ANTONIO S. R. I. Principi & Episcopo Eichstettensi, Vniuersitatis nostræ Cancellario XIII. Hic natus an. 1664. ex illustri familia *Knebeliorum de Katzenellenbogen*, cum Romæ studia theologica in Germanico ad S. Apollinarem Collegio absoluisset, atque inde peragrata Gallia atque Hispania in patriam rediisset, Ecclesiæ primus Eichstettensis, mox Augustanæ Canonicus, ac demum anno 1705. Episcopus mox dictæ Ecclesiæ Eichstettensis electus est, cui ad 27. Aprilis huius anni felicissime præfuit. Defuncti laudes funebri oratione in templo academico profecutus est Procancellarius noster *Artingerus*. In dignitate S. R. I. Principis & Episcopi Eichstadiani Eidem 3. Iulii h. a. successit FRANCISCVS LVDOVICVS ex antiquissima familia *Schenkiorum de Castell*, qui est Cancellarius nostræ Vniuersitatis decimus quartus.

Hic annus cum esset templo academico tertium secularis, singulari illum cum solennitate celebrandum duxit eiusdem Rector *Plankius*; quare plenarias imprimis Indulgentias etiam viuus applicandas Roma impetrauit; qui quidem specialis erat fauor summi Pontificis, eoquod ipso hoc tempore Iubileum in Vrbe celebraretur; deinde per continuos octo dies, incipien-



**A.**  
**1725.** do scilicet a 17. Iunii, quæ erat Dominica quarta post Pentecosten, solenniore instituit Liturgiam, cum sacro semper sermone coniunctam. Ac prima quidem die ad confertissimam concionem dixit, Dilinga huc inuitatus, *Paulus Zettelius* Collegii ibidem atque Academiæ Rector. Iunxerant se ea luce huic iatibus Ciues Pfaffenhofenses, qui pridie explicatis vexillis aduolauerant, splendide a Parochia superiori ad portam ciuitatis excepti. Toti solennitati 24. Iunii coronidem imposuit Reuerendissimus Diocleensis Episcopus & Eichstettensis Suffraganeus *Ioannes Adamus Nieberlein*, qui seruentem inprimis orationem ad populum habuit; dein solenne cantauit officium; demum uesperum Deum Eucharisticum in processione circumtulit, quam præter Gymnasium academicum & superiorum Facultatum studiosos etiam Patres academici sunt comitati, tormentis etiam bellicis, quæ templum inter ac Conuictum S. Ignatii M. disposita erant, sub decantato hymno Ambrosiano tertium explosis.

E theologica Facultate die 24. Dec. abiit *Antoninus Heisinger* Professor Casuum, Landshutum missus ad eandem ibi disciplinam explicandam. In eius cathedram atque in ipsum etiam Decanatum successit dilinga rediens sæpius laudatus *Paulus Zettelius*.

**A.**  
**1726.**

ANNO DOMINI M DCC XXVI.

Reft. CCCCLXXIII. IOAN. FRANC. DE HAIBE, Inst. Imp. & Rer. Criminal. Prof. ord.

Inscripti 124.

Nobiles, *Max. Franc. Ios. L. B. de Berchem* &c. Ratisbon. Boi.  
*Ios. Eustach. Franc. L. B. de Freyberg*, Dominus in Raunau,  
 Eisenberg. &c. Sueuus.

*Franc. Maria L. B. de Malknecht*, Argentinenf.

*Franc. Petrus L. B. de Bassus* &c.

*Max. Carol.*

LL. BB. de Lerchenfeld ab Ahamb &c.

*Franc. Xan.*

*Ioan.*

A.

*Ioan. Henr. Guil. Lampert. L. B. de Geepöck* in Sulzemoos & Arnbach. 1726.

*Ioan. Franc. L. B. de Rumel* in Herrnried.

*Ioan. Ant. Ignat. L. B. de Geepöck* in Arnbach, Eting. Boi.

*Frid. Ios. Comes de Seinsheim a Weng & Mosweng*, Viennens. Aust.

Nou. Prof. *Claudius Guelat*, Bruntrut, Raurac. S. I. Prof. Theol. Schol.

*Hieronymus Tschiderer*, Epanens. Tirol. S. I. Prof. Log.

*Ioseph. Schreier*, Abenberg Bau. S. I. Prof. Mathes.

*Ignatius Schwarz*, Mickhusan. Sueu. S. I. Prof. Ethic. & Histor.

Nou. Doct. *Andreas Mich. Schwarz*, Viennens. Austr. Iur. Vtr.

*M. Ioan. Iac. Franc. Carol. Freyhamer*, Straubing. Boi.

*M. Franc. Georg. Ios. Wilb. Molitor*, Neoburg. Palat.

*M. Georg. Christoph. Eman. Hertl*, Ingolstad. Boi.

*M. Valentinus Gastl*, Furtenens. Boi.

*M. Ioseph. Publeus*, Wertingan. Sueu.

*M. Ioan. Georg. Starkmann*, Millhusan. Boi.

Medic.

Huius iterum anni historiam a luctu ordiamur necesse est, qui non hanc tantum Academiam sed vniuersam Patriam inuoluit. Obiit Monachii die 26. Febr. MAXIMILIANVS EMANVEL Elector, ac Dominus noster clementissimus, cui Vniuersitas decima octaua Martii solennes Exequias instituit, Oratione funebri defuncti Principis laudes prosequente *Schiltenbergero* nostro, luridicæ tunc Facultatis Decano.

Sub auspiciatissimo CAROLI ALBERTI, noui Electoris regimine nouis animari stimulis videbantur Studia academica. In omnibus Facultatibus disputando, scriptitandoque strenue laboratum est. *Adamus Dichelius* Theologiæ Professor in disputatione publica, quam *Ioannes Geismayr* ex vniuersa Theologia sustinuit, elegantissime scriptum proposuit libellum, complectentem *Octo Problemata theologica de Peccato*, seu *Questiones ex octo Theologia*

**A.**  
**1726.** giz partibus selectas, & ad materiam de peccato reuocatas. Ex Iurisprudencia tam ciuili quam ecclesiastica solennissime disputauit L. B. de Widmann, Cancellarii Statuum Prouinc. Bau. illustri filius, sub præsidio *Hermanni Chlingenspergii*, qui ea occasione suas *Questiones Illustres ex vniuerso Iure* in publicam lucem edidit. Medici laudabilissimum suum morem hoc etiam anno tenuere; cum non solum sæpius disputarent publice, sed doctis etiam Dissertationibus solennes illos actus condecorarent. *Treylingius* scripsit de *Alteratione Micorosmi Therapeutica: Necessus Tyronis medici* Partem primam; *Moraschius*, qui anno superiori Propempticon academicum de *Inoculatione Variolarum, Symptomata motus, & Blepharopathiam*, seu Palpebram plus 50. morborum nominibus infirmatam ediderat, hoc anno quieuisse, aut potius in conficienda sua *Philosophia Atomistica* laborasse videtur. In Facultate philosophica, cum ex Instituto Cler. secul. in comm. viu. duo pugiles in arenam publicam descenderent, *Rudolfus Burckhardus* Professor *Metaphysicæ* Commentationem de *Primis quatuor Qualitatibus Elementaribus* euulgauit. Sed nemo ad honorem nostræ Vniuersitatis dignius & disputauit & scripsit, quam *Nicasius Grammatici*. Hoc Præside die 7. Augusti Exercitationem mathematicam in Aula Albertina subiere *Franciscus Horazius*, Philosophiæ ac Theologiæ postea apud nos Professor, & *Ernestus Goppertus*, moderandæ Serenissimi Electoris nostri MAX. Ios. conscientiæ nuper immortalis. Hoc in actu propositum est nouum Mathematici nostri opus, *Planetolabium*, systemati Copernicano accommodatum, æri incisum in folio regali, cuius explicationem atque vsum subiectæ paginæ, typis impressæ continent. Laudatur hoc opus, vt reliqua omnia huius Auctoris, magnopere ab exterarum etiam regionum Astronomis.

Sed nempe hæc ipsa Viri doctissimi apud exteros fama nobis damno fuit. PHILIPPVS V. Rex Hispaniarum Catholicus consilium ceperat, instituendi in Vrbe Regni primaria Seminarium Nobilium, in quo disciplinæ inprimis mathematicæ tradentur, ad rem scilicet nauticam ac militarem omnium vtilissimæ. Madritum vocatus est in eum finem *Nicasius* noster *Grammatici*, ac plane Octobri mense huius anni nostram Vniuersitatem reliquit, in Hispanias abiturus. Eo delatus integro triennio regii

A.

1726.

regni consilii executionem Madriti expectauit: ac tandem cum totum negotium non vno impedimento abruptum cerneret, in Germaniam rediit. Nescio qua causa factum fuerit, ut valetudinem male affectam secum referret, quæ ipsum non tantum a literariis laboribus porro impediit, sed maturo nimis facto etiam vita priuauit. Obiit Ratisbonæ an. 1736. die 17. Sept. summis laudibus in Ratisbonensium atque Norimbergenfium publicis pagellis celebratus. Vienneses atque ipsi etiam Petropolitani *Nicasiam Grammatici* summis eorum temporum Astro-nomis comparandum esse scribunt. Verum fideiores laudam ipsius testes non habemus quam scriptos ab ipso libros, quos *Eusebius Amort* in continuatione Parnassi boici sequenti ordine recenset: *Solis & Lunæ Eclipsium in Plano organice delineandarum Methodus noua*. Friburgi 1720. *Problema Geographicum de Longitudine locorum terræ per Acum Nauticam indaganda*. Ingolstadii 1723. *Exercitatio de Cometa anni 1723*. Ingolstadii 1724. *Explicatio & Vfus Planetolabii nomi*. Ingolstadii 1726. *Tabulæ lunares ex Theoria & Mensuris Isaaci Newtoni*. Ingolstadii 1726. Hæ tabulæ quamuis *P. Nicasii* nomen non præ se ferant, magnam tamen partem eius laboribus debentur. *Theoria Comete anno 1725. Parisiis obseruati*. *Dissertatio Chronologica de Aera vulgari*, Ingolstadii 1734. *Institutiones Principis Christiani* dicitur ex hispanico latine vertisse.

Nouus Elector, Serenissimus CAROLVS ALBERTVS, cum & Ipse Eruditione historica præter alias omnes ingenuas Artes atque Scientias, in primis esset instructus, ut ingentia illa volumina testantur, quæ ad Eius usum a *Theodoro Schmackers* conscripta hodie in Bibliotheca Collegii Albertini asseruantur; & aliarum Regionum Italix, Gallix &c. quas peregrinando obiuerat, exemplis didicisset, quantum momenti in Scientia historica positum esset ad rei totius literariæ incrementum; sexta Nouembris h. a. edito speciali decreto Vniuersitati insinuauit, intentionem suam esse, ut bono studiosæ iuuentutis, atque emolumento Academix Historia vniuersalis traderetur; iamque monitum esse Prouincialem Societatis IESV Prouinciæ Bauaricæ, ut virum idoneum denominet, qui vna cum Ethica simul Historiam publice tradat; atque hanc quidem *principaliter*, illam *ex re nata*, his in Lectionibus publicis, diebus Lunæ ac Veneris;

A.  
1726.  
ris; bis in Collegiis priuatis, diebus Mercurii ac Sabbati. Hanc suam voluntatem affixo ad valuas Vniuersitatis programme publicandam esse; animandosque omnes, exceptis Logicis, Academicos, præcipue Iurium Studiosos ad huiusmodi Collegia, facta speciali mentione in testimoniis publicis, quem quis profectum hoc in studio fecisset. Hæc decreti Electoralis summa. Nouus Professor constitutus *Ignatius Schwarz*, iamque sub medium Octobrem Vniuersitati inscriptus est, quamuis variis impeditus obstaculis suam conscendere cathedram vsque ad Martium mensẽ sequentis anni non potuerit.

A.  
1727.

ANNO DOMINI M DCC XXVII.

Rect. CCCCLXXIV. IOAN. ADAM. MORASCH, Prof. Medic. pract. & Anatom. II.

Inscripti 148.

Nobiles, *Lothar. Franc. L. B. de Geifmar* ex Riepen, dictus Mafbach de Lindenfels, Moguntin.

*Wolfg. Reinhard. L. B. de Gemming*, Millhus. Suen.

*Carol. Henric. L. B. de Iodoci*, Ratisbon.

*Christian. Ludouic.* } LL. BB. de Rumel in Waldau,  
*Franc. Marquard.* } Waldauiens.

*Iordan. Innocent. de Fraporta* S. R. I. Eques, Tirolens.

*Franc. Apronian. a Grenzing* in Strafsberg, Brigantin, Acronianus.

Nou. Prof. *Vitus Friest*, Schwandorf. Palat. S. I. Prof. Theol. mor.

Nou. Doct. *M. Ferd. Franc. Ant. Stebler*, Monacens. Boi.

*M. Franc. Xau. Krabler*, Monasteriens. Boi.

*M. Andreas Hueber*, Wölkhamens. Boi.

*M. Ioan. Mich. Millbaur*, Straubing. Boi.

*M. Adamus Kbäfer*, Cambens. Boi.

} Medic.

Sub extremum denique Februarium præcipua difficultas submota est, quæ hactenus nouum Professore Historiarum ab haben-

A.

1727.

habendis lectionibus ac Collegiis impediērat. Scilicet, cum de hora prima pomeridiana disceptatio esset inter Professore[m] Digestorum atque Historiæ, decreto Electorali, dato die 19. Febr. sancitum est, vt Digesta ab hora secunda ad tertiam, Historiæ ab hora prima ad secundam traderentur. Igitur tertia die Martii affixum est ad valuas Vniuersitatis decretum clementissimum superioris anni, & a prandio eius diei *Ignatius Schwarz* solenne principium fecit. In prima lectione, quam tertio post die habuit, comparuere multo plures quam centum Auditores; ad Collegium autem priuatum, quod in Stuba Canonistarum instituit, tanto numero confluxere, non Physici tantum ac Metaphysici, qui ad studium istud obligabantur, sed Iurium etiam ac Theologiæ studiosi, vt locus omnes non caperet. Quid porro in re historica præsterit *Schwarzius*, sequentes anni docebunt.

Quod vero hunc annum, & diem præcipue vigesimum octauum Martii singularis memoria dignum reddit, est Natiuitas Principis Electoralis Buarariæ, MAXIMILIANI IOSEPHI. Communem eius diei in tota Buararia lætitiā Vniuersitas nostra singulari quadam solennitate celebrauit, cum vigesima quarta Aprilis diuinum officium ac Hymnum Ambrosianum in templo academico decantandum curauit præsentibus Professoribus omnibus.

In nouæ solennitatis communionem cum hulata ciuitate venimus die 17. Iunii, ob præstitum Serenissimo Electori homagium. Res diuina ad S. Mauritii magnifice peracta: Ciues omnes comparuerunt in armis: trina Scloporum facta explosio, quam trina item tormentorum per circuitum munimenti explosio, secuta est. De nocte plateæ omnes ac domus fuerunt illuminatæ; exhibitique ignes artificiales. Academia ferias saltem concessit suis, vt participare communia gaudia plenius possent.

Sed neque literariæ nobis solennitates defuerunt: In omnibus Facultatibus publicæ exercitationes institutæ. Ex Theologia præter alios duos disputauit *Leo Rauchius*, notum postea in Aula Saxonica atque Boica nomen, quippe qui Serenissimo pri-

Z

mura

A.

1727.

num Electori Saxoniz, postea Serenissimæ Electrici Bauariæ a confessionibus fuit. In arena iuridica duo fratres *Cblingenspergii* comparuere; vnus qui concertationem Præses moderaretur, *Hermannus Antonius* Codicis ac Iuris publici Professor; alter, qui respondentis haberet partes, *Martinus Amadeus* Iurium tunc studiosus, *Christophori* filius natus minimus, aulicus postea Monachii Consiliarius. Eo in actu edidit Præses *Disputationem Iuridicam ad L. fin. Cod. de iure deliberandi seu de Inuentario*. Sed omnium dignissima memoratu est disputatio medica, Præside *Moraschio* defendente *Steblero* instituta. Posuerat *Moraschius*, vt dictum est ad an. 1704. sub *Kleinbrodio* Philosophiæ atomisticæ fundamenta; atque inde conceptos sensus tanto fuit diligentius, quanto maiori cum fructu dogmata corpuscularis & mechanicæ Philosophiæ ad Theoriam medicam applicari posse perspexerat. Hoc igitur anno *primam Philosophiæ Atomisticæ Partem*, seu *Metaphysicam* occasione disputationis *Steblerianæ* publicis typis edidit; atque ita suscitauit bellum illud atomisticum, quod per plures deinceps annos non in hac tantum Academia, sed passim in Bauaria Corpuscularios inter & Peripateticos gestam est, *Hermanno* præcipue, *Oberhausero*, *Weixero*, *Holzmanno* &c. haud segnus pro suo *Aristotele*, quam pro vita & sanguine decertantibus. Disputauit *Steblerus* sub Auspiciis Illustrissimi atque Excellentissimi *D. Ioannis Maximiliani S. R. I. Comitis de Preysing* &c. qui partes suas in proponendo honoris argumento Facultatis theologicæ Decano, *Iacobo Sprengio* detulit. Peracta sunt omnia a *D.* Defendente cum summo applausu, vt Acta Facultatis medicæ loquuntur, & optima sui commendatione. In Philosophia præter *Danielem Stadlerum*, *Ernestum Geppertum*, aliosque Societatis Religiosos e secularibus publice disputauit *Ioannes Leonardus Gablerus* Bergensis Palatinus, qui Theses suas eleganti Iconismo subiectas Reuerendissimo ac Serenissimo Principi ac Episcopo THEODORO e Ducibus Bauariæ &c. dedicauit.

A die 20. Iulii per reliquum deinceps octiduum celebravit Collegium S. I. solennem Canonizationem SS. Aloyfii Gonzag. & Stanislai Kostka specialium studiosæ Iuuentutis Patronorum. Patres Academici quemadmodum sacras illius octidui religiones sua præsentia frequenter condecorarunt, ita omnes  
vna

voa cum magnifico suo capite splendido conuio a Collegii Re-  
 ctore sunt excepti.

A.  
 1727.

Sub anni huius finem expetiit Serenissimus Elector Vni-  
 uersitatis iudicium, an expediat, vel non, introductio bienna-  
 lis Philosophiæ Monacensis; Quamuis mihi quidem haud con-  
 stet, quæ singularum Facultatum fuerint responsa, ex ipso ta-  
 men euentu concludo, in sententiam affirmantem plurium vo-  
 ta consensisse.

ANNO DOMINI M DCC XXVIII.

A.  
 1728.

Rect. CCCCLXXV. MAX. FERD. IGNAT. DE PLANK, Controu.  
 Fid. Prof. II.

Inscripti 175.

- Nobiles , *Sebast. Ant. Comes de Trapp, Boffanens. Tirol.*  
*Fridolin. Ios. Tschudi a Glarus, Heluet.*  
*Rudolf. Henric. L. B. de Werdenstein.*  
*Franc. Marq. L. B. ab Imhof, Burghuf. Boi.*  
*Frideric. Lotbar. L. B. de Buchwiz a Buchau, Manheim.*  
 Palat.  
*Ioan. Max. Ios. L. B. de Burgau in Pirgen, Grusbe-*  
 ckenzell, Ederied, & Grueb.  
*Philipp. Carol. Wilh. Comes de Seinsheim &c. Sinchingen.*  
 Boi. Canon. Spirens.  
*Ioan. Franc. Ios. L. B. de Schönprun.*  
*Franc. Ios. Comes Fugger Dominus in Göttersdorf, Wil-*  
 ling, Pogging & Wochenweis.  
*Carol. Oswald. L. B. de Froschheim.*  
*Franc. Ferd. Reifner de Liechtenstern, Burgtreswiz.*  
 Palat.  
*Ioan. Nep. Franc. ) LL. BB. de Köck a Thierlstein &*  
*Ioan. Ios. Ferd. ) Hangenzell. Boii.*  
*Ioseph. L. B. de Camerlobr.*



A.

1728. Nou. Doct. *Ioan. Ferd. Ignat.* } *Vogelius*, Paderborn. } *Iur. Vtr.*  
*Gerard. Georg.* } Westphal. }  
*Adolph. Ignat. Küffner*, Carolino-Therment.  
 Bohem. }  
*M. Ioan. Ignat. Franc. Xav. Feser*, Monacens.  
 Boi. } *Medic.*  
*M. Ioan. Ios. Sänftl*, Landishut Boi. }  
*M. Ioan. Iacob. Mühlbacher*, Frontenhuf. Boi. }  
*Conrad. Thomas Foringer*, Ratisbonens. Boi. }  
*Christoph. Limer*, Landishut. Boi. }

Venere ad nos mense Maio huius anni litteræ ab Vniuersitate Salisburgensi scriptæ, quibus rogat, ne admittamus ad studia octodecim studiosos, nominatim in epistola expressos, siue cum, siue sine testimoniis; promittitque in simili casu suam operam.

Reliqua huius anni historia nonnisi literariis absolvitur; *Ioannes Paulus Sutor*, de quo supra ad an. 1724. Præside *Schiltbergero* vigesima prima Iunii publicam ex vniverso Iure disputationem subiit, proposito Iconismo, qui Reuerendissimum ac Celebratissimum S. R. I. Principem ac Episcopum Eichstettensem referebat. Itidem ex omni Iure vterque *Vogelius*, vere nobile par fratrum & insignes ambo Iurium Candidati publicam disputationem subierunt; ac natus quidem maior sub prædicio Professoris Canonum *Pichleri*; qui hoc ipso anno *Summam Iurisprudentiæ Vniuersæ* secundis iam typis edidit. Natus minor sine prædicio defendit; proposuitque libellum a se compositum. *Matheseos* Professor *Schreierus* edidit *Tractatum de Theoria solis ac lune*, cum publicam ex disciplinis mathematicis exercitationem sustineret *Daniel Stadlerus*, Serenissimi postea Principis Electoralis MAXIMILIANI IOSEPHI Confessarius ac Instructor in Philosophia & Mathesi; sub cuius etiam directione Idem Serenissimus celebrem illam Francofurti disputationem philosophicam instituit. Scripsit *Stadlerus* Opusculum philosophicum *de Magnete*, & *Tractatum theologico-iuridicum de Duello*. Denique & novus Historiarum Professor *Schwarzus* cœpit hoc anno emissis in publicam lucem scriptis suam cathedram illustrare; edidit enim suas *Institutiones Histo-*

*Historicas, quæ scilicet methodicam discendæ Historiæ rationem* <sup>A.</sup> <sub>1728.</sub>  
 continent, ac simul maiori, quod iam tum meditabatur histo-  
 rico operi præluderent.

ANNO DOMINI M DCC XXIX.

<sup>A.</sup>  
1729.

Rect. CCCCLXXVI. IOAN. PETR. SCHILTENBERGER &c. Digest.  
 & Iur. Feud. Prof. II.

Inscripti 177.

- Nobiles** , *Ioseph. de Blume*, Canonicus cathedr. Eccl. Colon.  
*Franc. Xau. Nicol.* }  
*Ignat. Anton.* } *Comites Schenk de Castell.*  
*Franc. Ioseph.* }  
*Ant. Christoph. L. B. de Werdenstein.*  
*Franc. Xau. L. B. de Guggenmos* in Herrngriesdorf,  
 Mierskofen & Wolfersdorf, Herrngriesdorfens.  
 Boi.  
*Patritius Guggenmos*, Can. Regular. Rohrenf.  
*Ios. Maria Benediæ. L. B. de Imhof*, Burghuf. Boi.  
*Ios. Maria L. B. de Lerchenfeld* Can. Eccl. cathedr.  
 Ratisbon. Ahamensis Boi.  
*Ioan. Fr. Xau. Rudolf.* }  
*Wilhelm. Ignat.* } *LL. BB. Eckber a Kapfing Liech-*  
*Ioseph. Christoph.* } *tenegg & Kalling &c.*  
*Fr. Xau. Sebast.* } *LL. BB. de Bemler ab & in Hur-*  
*Sebast. Ioseph.* } *läch & Leitstetten.*  
*Ferdinand. de Rampini*, S. R. I. Eques, Nobilis in Pern-  
 fels & Oberhöcking, Natternbergens. Boi.  
*Ioan. Franc. Ios. L. B. de Gumpenberg.*  
*Georg. Ign. L. B. de Sickenhausen* in Allershausen &  
 Hanzendorf, Ratisbon. Boi.  
*Franc. Ios. Max. L. B. de Maffei* Cavalier di Siera &  
 Embhofen, Neopalat.  
*Koch. Guill. Ant. L. B. de Reisch.*

**A.**  
**1729.**

- Alexander Maria Nobilis de Bebr*, S. R. I. Eques, Augustan. Suen.  
*Ioan. Gallus Ignat. L. B. de Deiring* a Stezling.  
*Carol. Ant.* } S. R. I. Comites de Schauenburg.  
*Philipp. Franc.* }  
*Frid. Felix Mändl* a Denttenhofen, Landsberg. Boi.  
*Franc. Xau. Adam.* S. R. I. Comes de  $\mathcal{E}$  in Freyen - Seyboldtsdorf a Maurin & Hörgerzhauseu &c. Landishut. Boi.  
 Nou. Prof. *Franc. Seedorf*, Friburg. Heluet. S. I. Prof. Theol. Schol. antemerid.  
*Franciscus Halden*, Oenipont. Tirol. S. I. Prof. Theol. Schol. pomerid.  
*Leonard. Hausmann*, Margareith. Tirol. S. I. Prof. Theol. mor.  
*Ioan. Anton. Hertel*, Prof. S. Script. & Paroch. ad S. Maurit.  
*Ioannes Mohr*, Sterzing. Tirol. S. I. Prof. Log.  
 Nou. Doct. *Ioan. Ant. Hertel*, Ingolstadt. Boi. Theol.

In subsidium Physicæ experimentalis ad huius anni initium curauit Facultas philosophica suis sumtibus Antliam pneumaticam confici, pretio 150. florenorum. Atque id quidem inde saltem videtur memorabile, quod hactenus illud Instrumentum in hac Academia non fuerit visum.

Historiarum Professor *Schwarzius* primam hoc anno instituit publicam disputationem, sane gloriosam, quippe sub auspiciis Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini CAROLI ALBERTI Electoris &c. Historiæ Ingolstadiensis Auctoris ac Fautoris Clementissimi. Respondentis personam sustinuit *Ioannes Ephilippus Annichius Wolfertshufanus* Boius SS. Theologiæ, Iuris vtriusque, nec non Historiæ ac Politicæ Studiosus, ediditque typis publicis *Academiam Anglipolitanam ad nostri Saculi splendorem nouo Historiæ lumine illustratam*, i. e. Panegyrim dedicatoriam Serenissimo Historiæ Fundatori oblatam. Hinc subiicit Theses omnino trecentas ex Historiæ Prolegomenis, ex Historia Sacra antiqua, ex Historia profana antiqua, seu quatuor Monarchiarum,

A.  
1729.

rum, ex Historia noua Imperii Romano - Germanici, ex Historia Ecclesiastica &c. depromtas, plerasque Scriptoribus protestanticis oppositas, atque omnes rigide catholicas, quas ille die 14. Iunii cum summa sui commendatione propugnauit.

Die 2. Octobris *Ioannes Petrus Artinger* S. Script. Prof. Vniuersitatis Procancellarius & ad D. Maurit. Parochus, cum per aliquot menses grauiter decubuisset, circa vndecimam matutinam pientissime in Domino obiit; cuius funus quarta eiusd. in S. Mauritii Ecclesiam deductum, ac in tertiis exequiis oratione funebri a Professore Controu. Fidei exornatum est, Habet in templo Mauritiano monumentum æreum cum hac inscriptione: *Sta bone & bene precgre Viro optimo A. R. Prænob. Magnif. & Amplissimo Domino Ioanni Petro Artinger, SS. Theol. Doct. Protonot. Apost. Serenissimi Elect. Bau. &c. &c. necnon R. & Celsissimorum S. R. I. Principum & Episcoporum Eyst. Fris. ac Pass. Consil. Eccl. S. Script. Prof. Ord. Vniuersitatis Procancellario, ad D. Mauritium Parochus, Instit. Cler. sec. in commune viuentium Præsidi, qui annum agens LXI. Anno MDCCXXIX. II. Oct. plenus meritis placidissime obdormiuit in Domino. Fuit Artingerus patria Ingolstadiensis, piscatoris filius; eleuatusque est ex humili hac conditione ad sublimes illos honorum gradus, de quibus epitaphium meminit, per præclara sua merita, quæ sibi cum Romæ, vbi per plures annos versatus est, ac Doctoris etiam lauream suscepit, tum in Bawaria collegit. Demum anno 1722. in Vrbe ac Schola patria Parochi ac Professoris munere ornatus est, postquam Baro *Nytzius* ei locum fecerat. Edidit prætermisso quidem suo nomine, *Plectrum Dauidicum, siue Psalmodiam Practicam & Explanatam*, an. 1726. Procurauit eodem anno nouam, ac septimam Editionem *Ceremonialis Missæ priuatæ*. Denique an. 1727. *Officium diuinum, siue Methodum recitandi Horas Canonicas* typis academicis euulgauit. In Parochi ac S. Script. Professoris officio eidem successit *Ioannes Antonius Hertelius, Michaelis Hertelii, Medicinæ Professoris filius, Parochus antea Haunstadianus; In munere Procancellarii Max. Ferd. Ignatius de Plank.**

Occasione mortis Artingerianæ graues ortæ sunt controuersie inter Celsissimum Eichstettensem, & nostram Vniuersitatem, de Iure scilicet obsignandi, resignandi, promulgandi

A.  
1729

gandi testamentum &c. quæ in extremum vsque Decembrem extractæ sunt.

Ex inscriptis hoc anno pluribus Religiosis duò maxime nostram merentur memoriam; I. *Patritius Guggenmos* in Rhorenfi Canonicorum Regul. S. Aug. Collegio professus, atque ex illustri liberorum Baronum eius nominis familia Landishuti ortus; qui hodieum superstes Insulam Kohrensem gerit dignissimus Præpositus. II. *Alexander Vogl* e Waldsasseni in Palatina cœnobio, qui & ipse postea eius loci Abbas electus, ac variis agitatus fatis, tandem in morte pacem inuenit.

A.  
1730.

## ANNO DOMINI M DCC XXX.

Rect. CCCCLXXVII. IOAN. BAPT. NEEFF, Inst. medic. Prof. &c. II.  
Inscripti 146.

Nobiles , *Adam. Theophil. L. B. de Schrenk & Nozing*, in Gutmaining & Pirnbrunn.

*Christoph. Erdmannus* } *LL. BB. de Pudewels*, Amberg.  
*Alexander Christoph.* }

*Ignat. Ioan. Comes de Butler*, Luxenburg. Belga.

*Philipp. Ludou. Maria L. B. de Serui*, Dominus in Stettberg.

*Franc. de Paul. S. R. I. Comes de Preysing* in Moos & Saldenburg.

*Ioan. Michael* } *Comites de Hörwarth*.

*Ioan. Georg.* }

*Aloys. Casp.* }

*Ios. Leopold. Aloys.* } *LL. BB. de & in Aisch*, Aichenf.

*Ioan. Nep. Franc. Xau. S. R. I. L. B. ab Imbof*, de Mittermeitungen & Wasserburg, Suenus.

*Georg. Philipp. L. B. de Vnertl &c.* Monacens. Roi.

*Franc. Xau. Rupert. L. B. de Lerchenfeld* in Premberg.

*Philipp. Franc. Xau. L. B. de Croneck*, Landauiens.

*Adam. Ignat. de Hagenau*, Burghuf, Roi.

Nou.

**Nou. Prof.** *Hieronym. Tschiderer*, Eppan. Tirol. S. I. Prof. Theol. A.  
1730.  
mor.

*Iacob. Dedelley*, Friburg. Heluet. S. I. Prof. Log.

*Henricus Hys*, Marchiobadenf. Rhen. S. I. Prof. Ma-  
thef. & S. Ling.

**Nou. Doct.** *M. Bernard. Wolfg. Eyffer*, Ranshof. Boi.

*M. Ioan. Steph. Kanzler*, Burghuf. Boi.

*Matthias Grtesmayr*, Straubingan. Boi.

} Medic.

Huius anni historiam Facultas philosophica sibi totam fere vendicat. *Christophorus Höchtel* Philosophiz in septimum iam annum apud nos Professor, in medio laborum cursu, cum nempe geminas disputationes publicas gloriosus Præses moderatus iam esset, ac geminis aliis præsidere proxime deberet, post aliquot dierum infirmitatem matura nimis morte abreptus est vigesima tertia Iunii post horam decimam noctis. Natus erat Pedeponti in Boiaria, adlectusque deinde Iesuitarum ordini, ad hoc usque tempus in eodem versatus est cum laude viri insigniter pii ac docti. Nobis quidem scientiam suam philosophicam abunde demonstravit, tum in quotidianis prælectionibus, tum, & præcipue in erudito volumine, quod de *Elemento aeris* conscripsit, seruiturum scilicet pro publica ac solenni defensione, quam *Franciscus L. B. de Rumel* sub ipsius præsidio instituire parabat. Interea is ipse tantum profecerat sub doctissimi Professoris magisterio, ut vigesima tertia Augusti solus ac sine præside arenam subiret philosophicam, ac theses suas vna cum posthumo illo *Höchtelii* partu Augustissimo Romanorum Imperatori dedicaret. Habuit vero & alios discipulos, tanto his annalibus digniores, quanto latius deinceps eorum fama per orbem vulgata est. Ex his primo loco memorandus *Ignatius Weittenauerus*, Ingolstadiensium, apud quos anno 1709. natus est, gloria. Susceptus anno 1724. in Societatem IESV, ac discendæ subin Philosophiz admotus, hoc anno primum, illudque publicum scientiæ suæ specimen exhibuit, quando nona Iunii præside *Höchtelio* ex vniuersa Philosophia disputavit. Humaniores deinde disciplinas tradere iussus eximia ac singulari cum laude in eo munere versatus est; videturque genio suo

A a

obse-

**A**  
**1730.**

obsecutus, cum absolutis Theologiæ studiis mansuetiores potius Musas, quam seueriores coleret, in vtrisque licet excellens. Quo autem fructu tractauerit studia humanitatis, tot viui loquuntur testes, qui ex eius scilicet schola egressi sunt, insignes viri; tot item volumina, in omni genere Poeseos ac Prose scripta; Quantum vero amœniori præstat literatura, tam, pene dixerò, admirabilis est ob linguarum notitiam. Quidquid linguarum hodie in Europa vsitatum est, quidquid in Oriente olim vixit, non didicit modo, sed etiam docuit, ac singularum etiam discendarum insignia edidit compendia. Quantum lingua præcipue sacra valeat, & communis fama, & impressi testantur libri, quibus omnium Prophetarum, Maiorum ac Minorum Oracula erudita paraphrasi exposuit. Quæ alia plura scripserit Volumina, aut quæ scripturus porro sit, illi memorent, apud quos maiorem vitæ suæ partem consumsit. *Weittenaueri* in disputatione socius erat *Ignatius Rbombergius Offenbachii* in *Allmangonia* natus. Hic seueriores secutus disciplinas Philosophiam in hac nostra *Ingolstadiensi*, Theologiam in *Oenipontana* Vniuersitate publice docuit. Ad gubernandum dein translatus, Rector, Provincialis, ac demum Assistens Generalis Romæ factus est; quo in munere, quæ ipsius fata fuerint, per orbem notum est.

Professor etiam Physices *Georgius Hermannus Schwandorfensis* Neopalatinus publicam ex Philosophia peripatetica disputationem instituit, respondente *Antonio de Cblingensperg* &c. distribuitque illo in actu suum contra Philosophiam Atomisticam libellum, cui titulus: *Lapis Offensionis Atomistice* &c. quo scilicet *Morascbiam* præcipue petebat, Philosophiæ atomistice Auctorem. Mansit vero *Hermannus*, quamdiu quidem vixit, pertinacissimus Peripati patronus, & Corpusculariorum impugnator.

Renouatum est 6. Oct. h. a. decretum Electorale contra illos Philosophiæ Studiosos, qui non absoluta Logica & Physica ad lectiones iuridicas transeunt; inculcatumque iisdem de nouo, vt Studio se historico diligenter impendant. Monitus præterea Rector ac Senatus academicus, vt eius decreti executionem fideliter ac efficaciter vrgeant.

*Hes-*

*Henricus Hiffius*, qui iam anno 1716. ad nostram Vniuersitatem Matheseos Professor accesserat, hoc anno ad eandem rediit disciplinam pro *Iosepho* scilicet *Schreiero*, qui ad theologicas translatus est scholas.

Illustre ingenii sui ac diligentiae academicæ exemplum 10. Iulii nobis exhibuit *Frideric. Ios. Ioan. Maximil. S. R. I. Comes de Seinsheim &c.* dum publice ac solenniter ex vniuersa Iurisprudentia theses defendit, Serenissimo Electori Bauariz dedicatas, qui ad proponendum honoris argumentum designare dignatus est Rectorem Vniuersitatis *Ioan. Bapt. Necessum*. Præses disputationis *Cbilingenspergius* euulgauit hac occasione suas *Questiones Illustres ex Titulo Codicis de Iure Emphiteutico*.

A.  
1730.

ANNO DOMINI M DCC XXXI.

A.  
1731.

Rect. CCCCLXXVIII. HERM. ANT. DE CHLINGENSPERG, Cod. & Iur. Publ. Prof. III.

Inscripti 159.

Nobiles, *Marquard. Franc. Nob. Dominus de & in Mayenberg, S. R. I. Eques, Althusian. Suen.*

*Franc. Ferd. de Holzapsel de Horxheim & Kötzt, Patrit. August. Suen.*

*Carol. Sebast. S. R. I. Comes de Drapp, Oenipont. Tirol.*

*Franc. Ant. L. B. de Donnersberg ab Au, Igling & Kaufring.*

*Guil. Adam. L. B. de Weuelt.*

*Franc. Rainold. L. B. de Alten, Paderborn. Westphal.*

*Carol. Franc. S. R. I. Comes ab Abensberg & Traun, Straubing.*

*Ios. David Laterani S. R. I. Comes de Lodron, S. E. Bau. Epheb. Auic.*

*Georg. Ios. de Ponzelin a Trenefen, Ambergens. Pal.*

*Ferd. Ios. L. B. de & in Magolzheim.*

Non. Prof. *Fridericus Maralt, Frising. Bau, S. I. Prof. SS. Can.*

A a 2

Mat.



A.  
1731.

**Nou. Doct.** *Matthias Stöttlinger*, Ruestorf. Bau. S. I. Prof. Log.  
*Ferd. Balth. Eckber*, Parochus in Arrach,  
*Gabinus Pichler*, Parochus in Möring,  
*Godefrid. de Külwel*, Precista Cæsar. ad SS. } *Iur. Vir.*  
*Ioan. Ratisb.*  
*Franc. de Daibouen*, Aduocat. Straubing.  
*Henr. Max. de Bresler*, Wormatiens.  
*Ioan. Marcellian. Benedix. Reiser*, Ettalens. Boi.  
*Vitus Melchior Bux*, Eluacens. Sueuus,  
*Ioan. Eberhard. Beck*, Neoburg. Neopalat.  
*Franc. Xau. Weifs*, Carolino - Therment, Bohem. } *Medic.*  
*Iof. Franc. Ant. Fischer*, Monacens. Boi.  
*Max. Adam. Negele*, Monacens. Boi.  
*Ioan. Georg. Haunfelder*, Pöllingens. Palat.  
*Martin. Ant. de Winter*, Dingolfing. Boi.

Initio huius anni informationem petiit Serenissimus Elector noster a Senatu academico circa statum Vniuersitatis. Petendæ illius occasionem præbuit libellus supplex Magistri Linguarum, de paucitate Scholarium conquerentis. Dedere Professores singuli vota scripta, ex quibus deinde Facultatis iuridicæ Decanus responsorias ad Serenissimum conficeret, rogatus scilicet ad id a Rectore ac Senatu. Meminit is inter alia, maiorem fore accursum ad Philosophiam, si huius cursus biennio terminaretur. Reclamarunt quidem Patres Facultatis philosophicæ, nihil se horum suis votis inseruisse; neque tamen pertinacius insisterunt, vt punctum illud omitteretur, cum viderent reliquos fere omnes Patres academicos sibi contrarios. Illud vero mirum, quod ad hunc ipsum annum, quo de augendo Academicorum numero consilia capiebantur, Decanus Facultatis sacre in Actis theologicis notauit; scilicet *Inscriptionem theologicam fuisse hoc anno prorsus numerosam, ita vt multe noue sedes construenda fuerint ad capiendam multitudinem DD. Auditorum.*

De statu Academix literario ex iis maxime iudicabis, quæ hoc iterum anno disputata, scriptaque in publicum sunt. *Morascbius* insuper habitis Anti-Corpusculariorum conatibus *Par-*

tem

A.  
1731.

tem II. *Philosophiæ Atomisticae*, seu *Physicam Vniuersalem* publici Iuris fecit, cum tres Medicinæ Candidati 20. Iunii solennem disputationem instituerent. Inuitatus est post alios ad argumentandum *Franc. Ios. Grienwaldius*, patria *Wolfertshufanus*, Medicinæ tum studiosus, Atomistarum post *Moraschium* primipilus, de quo alias redibit sermo.

Ex vniuersa Iurisprudentia 3. Aug. publice disputauit *Ioan. Christian. Ludouicus L. B. de Rumel a Waldau &c.* Præside *Schiltensbergero*.

Triduo post, i. e. sexta Augusti alius illustris pugil in arenam descendit: scilicet *Franc. Xau. L. B. de Lerchenfeld a Prennberg &c.* selectas ex historia Vniuersali Theses defendendas suscepit sub gloriosis auspiciis Serenissimi Electoris Bauariæ, qui ad proponendum suo nomine argumentum honorarium ipsum generosi defendentis Parentem, Vice-Dominum Straubinganum designauit. Præter elegantissimum Iconismum propositus est in disputatione libellus, *Effigies Historiæ Bauaræ &c.* a Præside disputationis *Ignatio Schwarzio* erudite conscriptus, & ad pernoscendum Patriæ nostræ statum inprimis oportunus.

Die quinta Nouembris nouus Professor Canonum *Friedericus Maraltus* solenne lectionum suarum principium habuit; postquam scilicet *Vitus Pichlerus*, qui inde ab anno 1716. Iurisprudentiam ecclesiasticam explanarat, Monachium abiit ad Studiorum superiorum Præfecti munus. Fuit *Pichlerus* natione Bavarus; iamque ante ingressum in Societatem IESV sacerdos animarum curam exercuerat. Scholis deinde applicitus in Iuris præcipue canonici scientia cœpit excellere; habuitque suo tempore inter Canonistas, vt vocamus, nomen præcipuum; quod quidem multorum, qui Virum nouerant, audiui sermonibus celebrari, & Operum ipsius publico testimonio comprobatum est. Scripsit vero *Casus Iuridicos*, an. 1720. *Opuscula quedam in causa Decimarum Langenmosensium*, an. 1726. *Ius Canonicum præctice explicatum*, fol. an. 1722. *Compendium Iuris Can.* Tom. II. 8. an. 1728. *Theologia Polem.* Tomos II. 8. an. 1733.

A.  
1732.

ANNO DOMINI M DCC XXXII.

Rect. CCCCLXXIX. MAX. FERD. IGNAT. DE PLANK, Controu.  
Fid. Prof. &c. III.

Inscripti 154.

- Nobiles , *Philippus Comes de Arco*, Ratisbon.  
*Georg. Ios. de Voitenberg*, Herzogauenf. Palat.  
*Ioan. Ant. Ferd. S. R. I. L. B. de Schellerer*, Neoburg.  
Palat.  
*Max. Ios. Comes de Abam*, Straubing. Boi.  
*Carol. Rudolf. L. B. de Deyring*, Fridbergenf. Boi.  
*Max. Carol. L. B. de Weix*, a Reichertshausen, Steingriß & Wörth.  
*Franc. Max. L. B. de Rbeling*, August. Suen.  
*Christoph. Andr. L. B. de Blumenthal*, Viennenf. Austr.  
*Wilhelmus L. B. de Blumenthal*, Ambergenf. Palat.
- Nou. Prof. *Georg. Hörmann*, Schwandorf. Palat. S. I. Prof. Theol. Schol.  
*Iosephus Schreyer*, Abensberg. Bau. S. I. Prof. Theol. mor.
- Nou. Doct. *Leo Rauch*, Monacenf. Bau. S. I. Prof. Log.  
*N. Samveber*, Parochus in Partenkirch. } Theol.  
*N. Steinhart*, Cooperator ad D. Virg. Monachii. }  
*N. Kressierer*, Sacellanus Frisingæ. }  
*M. Max. Franc. Ios. Kessler*, Berchtesgadenf. }  
*M. Franc. Cosm. Damian. Boxberger*, Bamberg. }  
Francö. }  
*Franc. Frideric. Frings*, Augustan. Suenus. } Medic.  
*Ioan. Adam. Wuzelbofer*, Metenf. Lotharing. }  
*Ioseph. Textor*, Ingolstadt. Boi. }  
*Franc. Ios. Sedlmayr*, Landsberg. Boi. }

Sodalitas Mariana academica, latina etiam ac Maior dicta, quæ inde a sui exordio functiones suas in Aula Gymnasii peregerat, cæpit hoc anno nouum Odeum moliri, Præside, ac eius Consilii auctore præcipuo *Francisco Seedorfo* Theologiz Prof.

A.  
1732.

efflore. Die trigesima Aprilis primus lapis solitas inter ceremonias in fundamenta depositus est; atque ab eo tempore ita promotum est sacrum opus, ut demum post aliquot annos ad eum splendorem atque ad eam magnificentiam excreuerit, qualem hodie indigenæ, exterique mirantur; qualemque in Europa (loquor, quod ex idoneis testibus audiui) inuenire vix sit.

Vixdum semestre abierat a cœpto ædificio, cum *Franciscus Seedorfius* ab hac academia, ab hac vrbe, atque ex ipsa Bauaria subito est auocatus. Scilicet CAROLO PHILIPPO THEODORO Principi hæreditario Sulzbacensi, hodie gloriose regnanti Electori Palatino, tunc octauum ætatis annum agenti Instructor ac Confessarius datus est; ad quod munus die vigesima Nouembris Bruxellas abiit, seu potius Drogenbuschium prope Bruxelles, vbi sub cura MARIAE HENRIETTAE, Ducissæ Arembergensis, Abauiz suæ maternæ Princeps educabatur. Erat *Seedorfius* natione Heluetus, ortus patritio genere apud Friburgenses in Nuithonia. Cum in disciplinis ingenuis omnibus excelleret, ob scientiam tamen theologicam maxime, communem in hac nostra Vniuersitate tulit plausum. CAROLVS PHILIPPVS Elector Palatinus, cum vel semel vidisset *Seedorfium*, in prouincias rhenanas vacationum tempore excurrentem, nullum alium Principi Sulzbacensi, totius Palatinatus præsumatino, ut loquuntur, hæredi Instructorem ac Confessarium petiit quam hunc ipsum, equidem nominatim illum non exprimebat; verum eas pro nouo Instructore præscripsit dotes, quæ non nisi in *Seedorfium* cadere poterant: Natione volebat exterum, familia nobilem, linguæ Gallicæ simul ac germanicæ peritum, & denique Theologicæ Doctorem: dubium inde nullum relinquebatur superioribus Societatis, quin *Seedorfius* indigitaretur. Vixit vero deinceps in Aula palatina vsque ad annum vitæ suæ vltimum, huius sæculi quinquagesimum octauum. In cathedra theologica, absoluto apud nos gemino triennalis Philosophiæ cursu, eidem successit *Georgius Hermannus*, qui nona Decembris solenne docendi initium fecit.

*Grienwaldius* Medicinæ studiosus, de quo supra, ob suum, ut videtur, Atomismi ardens studium, in philosophicæ, medicæ ac theologicæ Facultatis inuidiam incidit. Scilicet pro cape-

senda

**A.**  
1732.

senda Doctoris laurea librum composuerat antiquiora Peripateticorum placita aperte impugnantem. Non poterat ea res non offendere Philosophos nostros, Medicos atque Theologos, plerosque scilicet Peripati patronos. Quare cum consuetæ Medicorum atque etiam Theologorum censuræ mox dictus Liber subiiceretur, negarunt illi approbationem. Tam ægre hoc tulit *Griemwaldius*, vt relicto Ingolstadio ad Academiam Altdorfsensem transiret, ibi partum suum publice ederet, ac gradu etiam Doctoris sese initiari curaret. Ad reddendam facti huius rationem affixo publice programme vocatus est: Sed cum die constituto non comparuisset, altero programme ad valuas academice appenso ab huius Vniuersitate proscriptus est. Verum hæc relegatio *Griemwaldio* non obfuit, quo minus in Medicum euaderet doctum ac celebrem, si modo vita diutius illi superfuisset; obiit enim fato immaturo an. 1743. ex vulnere, quo ab ægro quodam redux euerso curru afflictus est; *Wolfratshufii*, vbi anno 1708. natus fuerat, sepultus cum hoc epitaphio, quod eidem *Ios. Ant. Oeselius* SS. Theol. Doct. & Canonic. Monacensis amicitia ergo in marmoreo monumento fieri curauit: *Iob. Grein, seu Griemwald, Velipboratusanus Med. Doct. Reu. Ser. Principis Episc. Fris. Med. cubic. inclyt. Stat. Pron. Phys. & S. R. I. Acad. N. C. Collega Anno M. DCC. XLIII. die XI. Mens. Ius. R. I. P.* Literariam Vitæ *Griemwaldianæ* historiam ac Scriptorum catalogum diligenter & accurate contexuit *Illustris Lippertus* in sua de Literariis *Bauariæ Societatibus* Commentatione.

Die 22. Dec. vitam posuit *Laurentius Albertus Verlobner* Iurium Professor emeritus, biduo post ad D. Virg. sepultus, perorante in eius laudem *Friderico Maralto* SS. Canonum Professore. *Verlobnerus* *Wolkensteinii* in Comitatu Tirolensi natus, inde ab anno 1692. per continuos 40. annos Iurium cathedram tenuit cum magna diligentia atque eruditionis commendatione; quam quidem meritissimam laudem impressi præcipue libri comprobant. Scripsit vero *De Modo succedendi*, an. 1705. *Semcentenariam selectarum Questionum ex I. Part. ff.* an. 1710. *De Modis acquirendi*, an. 1713. *De Actionibus Forensibus*, an. 1716. *Rechtliche Urtheil und Bescheid über allerhand wichtige peinliche Fälle*, Frankfurt, 1725, &c.

Die

A.

1732.

Die 30. eiusdem mensis Decembris in Collegio Patrum S. I. obiit venerandus senecio *Ferdinandus Orban* Camerenſis Ba- uarus, Sereniſſimi quondam IOANNIS WILHELMI Elect. Palat. Conſellarius. Atque huius quidem viri tanto pretioſior nobis eſſe debet memoria, quanto in primis maiora ſunt propria ipſius in communem rem literariam merita, quod doctum eius per epiſtolas cum ſummis viris, ipſo etiam *Leibnitio*, commercio, & ſumtuſi pro ſcientiarum præcipue naturalium incremento conatus demonſtrant; deinde quanto locupletioſiorem nobis reliquit rerum naturalium atque artificialium apparatus, quem ſummi etiam Principes, indigenæ, exterique sæpe cum voluptate ſpectarunt, illud præcipue admirantes, quomodo ab vno homine tam multæ tamque variz res colligi potuerint. Non nullum operæ pretium fore exiſtimo, ſi Muſei Orbaniani, quod primum ſuo in genere his in regionibus vilum eſt, deſcriptionem quamdam præſentem.

Eſt aula ingens ac magnifica, Orbanianis ſumtibus eſtрукта, quæ omnem illam pretioſam ſuppellectilem completitur. Ex triplici naturæ regno videre eſt Mumiam prægrandem atque integram, qualem raro alibi inuenies; deinde animantia atque inſecta rariora magno numero. Herbarii viui magna duo volumina, plantas item & fructus exoticos complures. Denique mineralia atque foſſilia omnis generis. Ex artefactis præcipuam mentionem merentur inſtrumenta phyſica atque mathematica, multa ſane ac pro illo tempore rara & pretioſa; quæ tamen pleraque poſtea ad muſæum phyſicum & mathematicum translata ſunt; deinde picturæ ac tabulæ æri inciſæ magno numero; quæ licet non omnes ab artificibus primi ordinis ſint confectæ, ab artis tamen peritiſſimo quoque cum voluptate ſpectantur. Nec apparatus etiam antiquarius contemnendus eſt; ac numerorum præcipue veterum collectio, etſi multis capitibus laboret, artis tamen numiſmaticæ tyronibus ſufficere poteſt. Denique exoticorum, maxime Sinenſium, magna viſitur copia; quorum quidem pleraque ſuccedente primum tempore prinatorum quorundam liberalitate acceſſerunt.

B b

AN.

A.  
1733.

ANNO DOMINI M DCC XXXIII.

Rect. CCCCLXXX. IOAN. IACOB. TREYLING, Medic. Theor.  
Prof. III.

Inscripti 149.

Nobiles, Ioan. Nonnos. S. R. I. L. B. de Mändl a Deutenhofen  
in Huebenstein & Dornhaspach.

Ioan. Casp. Comes de Preysing in Moos & Saldenburg,  
Bau.

Carol. Ios. S. R. I. Comes de Trauner in Adelftetten, Do-  
minus in Wittmansperg, Hausfarth & Haselbach,  
Ser. Elect. Epheb. aul.

Franc. Georg. L. B. de Wildenau a Schwarzenfeld, Ober-  
& Vnter-Weyhern & Rauberhaus, Amberg.  
Palat.

Ioan. Franc. L. B. de Landsee, S. R. I. Eques, Domi-  
nus in Berg, Hochstrafs, Tornegg & Glatt, Con-  
stant. Acron.

Augustin. Comes de Leuzzani, Mutinens. Ital. Ser. Elect.  
Colon. Epheb. aul.

Cyriacus L. B. de Stozing, Heidorfens. Sneu.

Nou. Prof. Petrus Froidevaux, Liberomont. Raurac. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. N. Egger } fratres, Iur. Vtr.

N. Egger }  
M. Ioan. Casp. Rueff, Erding. Bau.

M. Fr. Xau. Ignat. Fischer, Landishut. Bau. } Medic.

Franc. Sebast. Weninger, Straskirch. Bau. }

Ioan. Frideric. Sembler, Kagerens. Bau. }

Ios. Ant. Kapeller, Schrobenuf. Bau. }

Henricus Ledermannus, Professus in principali Monasterio  
ad S. Emeram. Ratisbonæ, qui iam per quadriennium Theolo-  
giam domi docuerat, gradus philosophicos omnes, atque etiam  
theologicos, solo Doctoratu excepto, die 15. Maii in nostra  
Vniuersitate suscepit; eoquod futurus esset Professor Philoso-  
phiæ in Studio communi Benedictinorum.

Iaco-

A.

1733.

*Iacobus Dedelley* Metaphysices Professor, post Summulas Logicas iam antea typis euulgatas, edidit hoc anno in lucem publicam Librum de *Philosophia morali*, cum *Franciscus Angermillerus* ac *Rupertus Necessius* ex vniuersa Philosophia Theses defenderent, ille quidem sub Auspiciis Sereniss. Electoris Bau. hic Præfulis Ottoburani. *Angermillerus* factus est postea Prætor ac Consul ciuitatis Ingolstadiensis, vixitque ad annum vsque 1775. cum in domo Ickstadiana apoplexia tactus concidit.

Studium historicum sub *Schwarzio* Professore vigorem splendoremque suum hætenus quidem insigniter conseruauit. Ex nobilium iterum numero illustris athleta *Franc. Xau. L. B. ab Egger* publicam ex Historia vniuersali concertationem subiit, proposito libro, cui titulus: *Princeps Imperii Ecclesiasticus &c.* quem Reuerendiss. ac Sereniss. THEODORO Episcopo Frisingensi dedicauit. Nomine Serenissimi argumentum honorarium proposuit *Necessius* noster, eiusdem scilicet Medicus cubicularius.

Die 25. Octobris cæpta est in parochiali ad D. Maurit. Ecclesia solennitas quinti Seculi, ad cuius celebrationem persequens octiduum Patres etiam academici frequenter concurrerunt.

Nouembri mense *Necessius* Inst. medic. Professor ad Aulam Palatinam Medicus cubicularius abiit, seruato ad futura tempora non tantum iure Cathedræ, sed & totius annui stipendii 600. florenorum; simulque quod prorsus singulare, tertiz partis sportularum, vt vocant, Facultatis. Ex huius discessu fere in vno *Treylingio* Facultatis medicæ auctoritas nitebatur, cum *Moraschius* continua infirmitate vexaretur.

---

ANNO DOMINI M DCC XXXIV.

A.

1734.

Rect. CCCCLXXXI. - IOAN. FRANC. DE HAIBE, Inst. & Iur. Crim.  
Prof. II.

Inscripti 159.

Nobiles, *Max. Ant. L. B. de Schönbrunn &c.* Straubing. Bau.

B b 2

Ioan.



**A.**  
**1734.**

- Ioan. Ioseph.* } *S. R. I. Comites de Baumgarten in Frauen-*  
*Carol. Sebast.* } *stein & Ering, Monac. Bau.*  
*Eman. Eugen. Comes a Thöring in Iettenbach &c.*  
*Carol. Sigism. L. B. de Nidermayr ab Altenburg & Singen-*  
*bach.*  
*Franc. de Paul. Sigism. L. B. de Pellkoun in Blaybach,*  
*Liechtenegg & Klebstein, Bau.*  
*Franc. Ios. L. B. de Pellkoun in Wildthurn & Reichers-*  
*dorf.*  
*Ioan. Franc. de Paul.* } *LL. BB. de Zillerberg, Mildorf,*  
*Ioseph. Ant. Benno* } *Salisburg.*  
*Ios. Franc. Xau. de Sartori, S. R. I. Eques, Diling. Sueu.*  
**Nou. Prof.** *Ioan. Euang. Vintler, Brixin. Tirol. S. I. Prof. Theol. mor.*  
*Guilielm. Beusch, Lucern. Heluet. S. I. Prof. SS. Can.*  
*Franc. Ant. Stebler, Monac. Bau. Phil. & Medic. Doct.*  
*ac Prof. ord.*  
*Ios. Fitterer, Laufens. Salisburg S. I. Prof. Metaphysf.*  
*Ios. Biner, Gluring. Vales. S. I. Prof. Log.*  
**Nou. Doct.** *N. Schwebel, Paroch. Hochburg.* } *Theol.*  
*N. Kieninger,*  
*Franc. Martin. Kirchner, Consil. & Prof. publ.* } *Iur. Vtr.*  
*Fuldæ,*  
*N. Stius,*  
*M. Andreas Kaufner, Straubing. Bau.*  
*Ferd. Ant. Zettel, Brunouiens. Bau.*  
*Ioan. Bern. Bayrbuber, Weibernens. Austriac.* } *Medic.*  
*M. Conrad. Prebler, Hamelburg. Franc.*  
*Georg. Henr. Deisinger, Burglengenfeld. Neo-*  
*palat.*

Ipso Ianuario huius anni Academiz valedixit *Fridericus Maraltus* Iuris canonici Professor, futurus scilicet Confessarius Ser. ac Eminentiss. Electoris Colon. CLEMENTIS AVGVSTI ex Ducibus Bavariz. In abeuntis cathedram successit *Guilielmus Beuschius*, iam antea SS. Canonum in Dilingana Academia Professor, qui die 3. Februarii publicum legendi initium fecit.

*Maralt.*

A.

1734.

*Maraltum* ad Aulam Colonienfem fecutus eft mense Decembris *Leo Rauchius*, patria Landifhutanus, Metaphyficus Profeflor, ad Concionatoris aulici munus. Et vero *Rauchius* in arte oratoria præcipue valebat, quod multi hodie dum testes ab auditu, & plures typis impreffi fermones facri confirmant. Quæ deinceps vſque ad annum 1775. quo mortem oppetiit, munia gesserit in Aulis Electoralibus Saxonica atque Boica, superius narratum est. Tertium cursus philosophici annum pro *Leone Rauchio* absoluit *Iosephus Fittererus*, Laufæ apud Salisburgum natus, vir doctus, & sanioris præcipue Philosophiæ cultor; quique in pluribus posthac Academiis Professore publicum egit. Scripsit etiam nonnulla, typis deinde publicis commissa, vt *Artem Scientiæ & Conscientiæ*, Oeniponti, *Opuscula polemica aduersus Dallerum*, Friburgi Brisgoiæ &c. Multo plura reliquit manuscripta; cum enim indefessæ esset diligentæ, ac perpetuus cubiculi custos, omne suum tempus, quod a religiosis exercitiis reliquum habebat, legendo consumpsit, & quod legisset, excerpens; quem vitæ modum, me teste, ad extremam vſque senectutem & in molestissima oculorum imbecillitate tenuit. Obiit Neoburgi ad Danubium ex apoplexia, anno 1781. ætatis 86.

Die 14. Decembris *Franciscus Antonius Steblerus* Institutionum medicarum explicationi publica ac solenni oratione præhulit. Hic cum anno 1727. publicam Præside *Moraschio* disputationem sustinisset, quod supra relatum est, ac Doctoris etiam laurea esset coronatus, ex voluntate Sereniss. Electoris Patavinam in Italia Vniuersitatem lustravit; atque inde reuersus in patriam Phyci secundarii munus in Monachiensi Metropoli aliquamdiu gessit. Hoc tandem anno, cum *Treylingius* diuertenti ad nos sub extremum Octobrem Sereniss. Electori supplicasset, vt tertius Medicinæ Profeflor in locum *Necessii* substitueretur, paulo post, ad nominationem medicæ Facultatis, *Steblerus* Institutionum medicarum Profeflor Electorali decreto constitutus est; cumque dubium videretur, Profeflorne ordinarius, an vero extraordinarius agnoscendus esset, *Treylingius* apud Senatum academicum institit, atque etiam obtinuit, vt, quoniam *Moraschius* in dies videretur moriturus, ipse autem solus Facultatis Consilium representare non posset, tanquam ordinarius potius

B b 3

reci.

**A.**  
**1734.** reciperetur, cum extraordinarius Vniuersitatis Consiliarius esse non posset. Superuenit vero mense Februario sequentis anni aliud Monachio decretum, quo *Steblerus* ordinarius Medicinæ Professor declaratus est.

Paulo post memoratam *Stebleri* institutionem in cathedram medicam, *Ioannes Adamus Morasch* Medicinæ practicæ & Anatomes Professor primarius ac senior, post triennem quasi continuam diuersorum grauissimorum affectuum seriem, vt Acta medica loquuntur, tandem die 19. Decembris, hora 2. pomeridiana in Domino obiit, ac vigesima dein secunda eiusdem mensis in Templo academico sepultus est cum hoc epitaphio:

*Hic iacet Prænob. & Magnif. D. Ioan. Adam. Morasch, Phil. & Medic. Doctor, Præf. & Anatom. Prof:ffor Ord. Primarius & Senior, Inclyt. Stat. Prouinc. Bauar. Superioris Pbyficus, Acad. Imperial. Nat. Curios. Collega. Obiit Ingolstadii, ætat. sue LIII. annorum, anno Domini 1734. Ipsius Coniux autem Maria Theresia Moraschin, filia Baumanni hospitis in Rhain ætat. sue 26. annorum anno 1731. quorum anime Deo uiuant.*

In diei tricesimi exequiis oratione funebri eidem parentauit *Steblerus*, demortui quondam discipulus. Vitæ *Moraschianæ* historiam alius eiusdem discipulus ac comes quasi indiuuus, *Grienwaldius*, sequenti anno edidit, ex qua breuissimum hoc concinnaui compendium. Natus erat *Ioannes Adamus* anno 1682. die 27. Aprilis Pöttmesii in Bauaria superiore, patre homine Italo & dicti oppidi ciue ac mercatore. Humaniores literas Ingolstadii, Neoburgi atque Frißingæ didicit, *Wallio* viro inprimis literato, magistro vsus ac promotore. Inferiores emensus classes Viennam Austriæ ad tempus diuertit, vbi ob suam linguæ latinæ ac musicæ peritiam patronos facile inuenit, atque hos inter famosum illum *Abrahamum a S. Clara* Augustinianum discalceatum, qui omnia viuendi subsidia liberaliter ministrarent. Rediit tamen paulo post, Dilingam primum, vbi duos annos Philosophiæ impendit, deinde Ingolstadium, vbi eius studii triennium expleuit, ac publicam etiam disputationem instituit, præceptore ac præside *Kleinbrodio*, Philosophiæ corporularis duce ac parente; vt ad annum 1704. relatum est. Absoluta Philosophia, quamuis ad Iurisprudentiam inclinaret, ipsa tamen

A.

tamen corporis sui infirmitate ad Medicinæ studium pertractus 1734.  
 fuit; quod integro deinceps quadriennio sub *Scheifleri*, *Vormaltneri* atque *Michaelis Hertelii* institutione profecutus est. Medicinæ adhuc candidato Physici Herriedensis munus deatum est; sed inde paulo post Eichstadium vocabatur, Medicus cubicularius Reuerendiss. Principis futurus. Vixdum anno integro ibidem exacto, Institutionum medicarum apud nos cathedram, anno quidem 1708. extraordinariam, anno autem 1710. ordinariam ab administratione Cæsarea obtinuit; postquam scilicet *Vormaltnerus* Serenissimorum Principum Bavarix Archiater Klagenfurtum abiit. Anno 1716. post obitum *Scheifleri* Professor Medicinæ practicæ atque Anatomix designatus est cum prerogatiua Primarii ac titulo Consiliarii Electoralis. Circa idem tempus Imperiali Academix Naturæ Curiosorum a *Luca Schreckio* Præfide adlectus est; simulque Physici Inclytorum Statuum Provincialium Bau. sup. pro circulo Ingolstadiensi spartam obtinuit. Ex tribus, quas succelliue habuit, coniugibus septendecim genuit liberos, ex quibus quatuor, dum ex hac vita decessit, filios habuit superstites. Tandem post duos & quinquaginta vitæ annos, *valetudine dura inter & aspera, Griexwaldii* verbis vtor, *attrita, quin imo & protrita, postquam catalepsin, le bargum, paralyfin, atrophiam, & quid non? perpeffus fuerat, pie vitæ terminum attigit; vir ob scientiam & doctrinam, vt Freylingius notauit in Actis medicæ Facultatis, sicut vitæ longiore dignus, ita sanitate & longeuitate indignus, vtpote cui minus quam genio & appetitui ad quæcunque vetita & noxia pronissimo consulere nouerat.*

*Moraschii* in rem literariam merita pluribus in locis hi Annales commemorant: hæc vero prima illius laus est, quod præiudicio & auctoritatis & antiquitatis prudenter fortiterque superato, vnam in Philosophia veritatem, vnam in Medicina vtilitatem fuërit ducem secutus. Philolophix certe atomisticæ primus in hac Vniuersitate fuit publicus propugnator; atque hanc ipsam cum dogmatis medicis tam feliciter copulauit, vt ipsum *Scheiflerum*, inueteratum Galeni affectam laudatorem habuerit. Disputationes inaugurales, quarum vsus apud medicam Facultatem ab aliquo tempore fere defecerat, consultore ac duce *Moraschio* vigere denuo cæperunt. Theatrum quoque anatomii,

A.

1734. tomicum atque Hortus botanicus vni fere *Moraschio* sua initia & incrementa debent; quippe qui non tantum suis intercessionibus potentium Mæcenatum liberalitatem excitauit, sed sua quoque adhibita opera, & susceptis in Italiam itineribus illorum splendorem promouit. Nihil vero vel a me vel ab aliis supra vera *Moraschii* merita dictum scriptumue esse, opera ipsius, tum quæ huiatibus pleraque typis edidit, cum quæ manu scripta reliquit, liquido testantur. Quæ in publicum enulgata sunt, sequens catalogus exhibet:

*Nucleus Physiologicus, seu Instit. Medic. Lib. I. iuxta Neoterico- rum mentem ad discendum commodum compositus, chymico-mechanice decifus.* 1711. 8. *Pyretologia, seu Tractat. Pract. de Febris. Tractatus Medico-practicus de Externis Capitis morbis atque catarrhis.* 1719. *Insanum Caput, Anticyris academicis submissum, i. e. Tract. medico-pract. de Affectibus paraphoricis, seu delirii.* 1723. 4. *Iguanum caput, ferulis academicis submissum, i. e. Tract. medico-pract. de Affectibus cataphoricis, seu soporosis.* 1723. 4. *Insentatum Caput stimulis academicis agitatedum, i. e. Tract. medico-pract. de Vertigine, Epilepsia & Apoplexia.* 1724. 4. *Propempticon academicum de Inoculatione Variolarum.* 1725. 8. *Symptomata Motus.* 1725. *Praelectiones academice ex Medic. pract. de Febris & Capitis morbis habitæ & paucis abhinc annis per partes publicis disputationibus subiectæ, nunc in unum congestæ Volumen.* 1725. 4. *Blepharopathia, seu Palpebra plus 50. morborum nominibus infirmata.* 1725. 4. cum fig. *Philosophia atomistica. Pars I. seu Metaphysica.* 1727. 8. *Philosophia atomistica. Pars II. seu Physica uniuersalis,* 1731. 8. *Observatio medica de Cataractæ natura & visione per oculos Crystallino penitus aestitutos. Exstat in Ephemerid. Acad. Nat. Curios. Centur. X. pag. 350. Obseru. 55. Observatio de Calculo Vesicæ, mixtus cruenti, grumosi, chronici & lethalis causa. Ibid. Obseru. 56. Observatio de Osteocela, seu Hernia scro ali ossificata. Ibid. Obseru. 57. Gründliches Vntersuchen, oder Beschreibung des Heylbrünleins vnd Wildbads nächst Rüb in dem Churfürstl. Herzogthum Oberbaiern, Rentamts Burghausen &c* 1733. 8.

Manuscripta inedita: *Philosophia atomistica, Pars III. seu Physica specialis. Praelectiones academice notis & obseruationibus manuscriptis illustratæ. Institutiones medicæ. Institutiones anatomicæ. Catalogus Medicamentorum in praxi magis familiarium, industria ac ex-*

pe-

*perientia tam propria tum aliena adiuventorum, in certos tomulos distributus. Historia Philosophica. Consultationes & Responsiones medicae hand paucæ, partim vernaculo, partim latino idiomate conscriptæ. Epistolæ variorum ad Moraschium, & ab hoc ad alios exarata. Reisbeschreibung in- und aus Italien. Orationum variarum variis occasionibus Anglipoli habitaram fasciculus.*

A.  
1734.

ANNO DOMINI M DCC XXXV.

A.  
1735.

Reft. CCCCLXXXII. IOAN. IOS. ANT. HERTEL, SS. Theol. Doct.  
S E. B. Confil. Eccl. S. Script. Prof. ad D.  
Maurit. Parochus.

Inscripti 141.

Nobiles, Ioan. Leodegar. S. R. I. L. B. de Bodmann, Neo-Ra-  
uensburg, Allgoi.

Petr. Paul. de Comitibus Pallavicinis, Lombardus.

N. L. B. ab Imhof, Burghuf. Bau.

Ludou. Ignat. Volmarus Volmar L. B. de Rieden, Glünz-  
burg. Sued.

Fr. de Paul. Ioan. Ios. S. R. I. L. B. de Mägerl de Wege-  
leiten, Wisenfelden & Haag, Frising. Bau.

Nicol. Ios. L. B. de Schrenk a Nozing & Stain, Am-  
berg. Palat.

Ioan. Heßor Franc. Tänzel L. B. de Trazberg &c. Die-  
telsdorf.

Claud. Ant. Odet d'Orsones, } Friburg. Heluet.

Ioan. Gottran de Billan,

Ioan. Secund. Desider. L. B. de Burgau a Griesbecker-  
zell, Ederied & Birgen, Bau.

Carol. Ant. } LL. BB. de Berchem a Nidertraubling,  
Caiet. Ignat. } Bludenburg, Mangolding, Dengling &c.  
Bau.

Ant. Ios. de Reifach a Sandelzhausen, Diffenbach &  
Starzhausen.

Erdmann, Ios. L. B. de Preysing &c. Sulzbacenf. Palat.

C §

Nou.

A

1735. Nou. Prof. *Christian. Käubl*, Bettenhof. Franc. S. I. Prof. Theol. Schol.

*Ignat. Thierbeck*, Monacens. Bau. S. I. Prof. Theol. mor.

*Sebastian. Hunderspund*, Brigant. Acron. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. *M. Ioan. Ios. Berger*, Illschwang. Palat.

*Ioan. Mich. Gareis*, Solisbacens. Palat.

*Ios. Ant. Grueber*, August. Sueu.

*M. Franc. Sal. Latro*, Weißenmichelens. Bau. } *Medic.*

*Elias Martin. Ant. Weinberger*, Kemnat. Palat.

*Andr. Ignat. Buchmayr*, Straubing. Bau.

*M. Ioan. Franc. Sartor*, Straubing. Bau.

Quod hunc nobis annum præ aliis memorabilem fecit, fuit diuturnior Sereniss. Principum nostrorum apud nos commotio: scilicet instituebatur prope urbem nostram generalis quædam copiarum boicarum lustratio, quarum vniuersæ ad triginta millia fuisse dicunt. Cumque Iulium mensem atque medium Augustum in faciendis castris consumsissent, aduenit die 19. Aug. Sereniss. Elector cum Sereniss. Coniuge ac Principe Electorali, qui per plures deinceps septimanas apud nos subditere, ac die 5. Sept. Tragædiæ interesse dignati sunt, qua Gymnasium nostrum academicum præmiorum distributioni prælusit. Sereniss. Sabaudix Dux EVGENIVS, cum intra illud tempus ex Rhenanis prouinciis, belli scilicet Gallici theatro veniens, secundo Danubio Viennam descenderet, facta exscensione ad Principes nostros diuertit, a quibus perhumaniter ipso in littore exceptus, eodem dein curru cum Serenissima AMALIA Electrice, ipso aurigante CAROLO ALBERTO Electore, per castra circumductus est. Princeps etiam Hohenzolleranus Simerensis, Chiliadis Bau. Equitum desultoriorum supremus ductor, cum in metandis castris per anni huius ætatem occupatus esset, nostros actus academicos sua præsentia honorauit, dum promotioni publicæ sex Medicinæ Candidatorum in Aula academica interfuit.

AN-

ANNO DOMINI M DCC XXXVI.

A.  
1736.

Rect. CCCCLXXXIII. IOAN. PETR. SCHILTENBERGER &c. Digest.  
& Iur. Feud. Prof. ord. III.

Inscripti 163.

Nobiles , Franc. Carol. L. B. de Wernde, Can. Colleg. Eccles.  
SS. Iacob. & Tiburt. Straubingæ.

Ioan. Iac. L. B. de Schrenk.

Frideric. Ios. } Illustres de Praunn, Norimbergens.

Henric. Ignat. }

Franc. Christoph. Gobel de Hofgiebing, Amberg. Palat.

Ioan. Ignat. L. B. de Mändl ab Huebenstein.

Franc. Borg. Ios. L. B. de Schus, Blankenstein. Palat.

Nou. Prof. Ios. Ant. de Chlingensberg &c. Prof. Iur.

Ioan. Nepom. Res, Neofor. Palat. S. L. Prof. Log.

Nou. Doct. Wolfg. Franc. Neüswirth, Paroch. Mitterteich.

Andreas Hermann, Regens Colleg. Georg.

Caspar. Zimmermann, Bleistein. Palat.

Ios. Ant. Oefele, Monacens. Bau.

Ios. Ant. de Chlingensberg &c. Ingolstad. Bau. Iur. Vtr.

M. Ioan. Mich. Greiff, Iessenwang. Bau.

Ios. Ferd. Sutor, Monacens. Bau.

Georg. Cradt, Monacens. Bau.

Ioan. Georg. Bergbaur, Cameracens. Bau.

Ioan. Benedic. Endres, Fridberg. Bau.

M. Georg. Ios. Hirl, Landshut. Bau.

M. Ioan. Ios. Wiltner, Windischeschenbac.  
Palat.

M. Ios. Casimir. Ieger, Ingolstad. Bau.

Theol.

Medic.

Post annorum denique trium & quadraginta intervallo,  
quo Doctoratus theologicus publicus ac solennis non est cele-  
bratus, die 18. Iul. h. a. Wolfgangus Franciscus Neüswirth Paro-  
chus Mitterteichensis in superiore Palatinatu post rigorosum  
examen Doctor Theologiz, a qua ultra 20. annos iam aberat,  
cum omnibus cerimonijs ac solennitatibus creatus est ab Hertelio



A.  
1736.

nostro S. Scripturæ Professore. Pridie eius diei habitæ sunt Vesperiz, quas vocant, i. e. duarum circiter horarum disputatio seu tentamen quasi publicum ex vniuersa Theologia, quo durante cum Professoribus, tum aliis honoratioribus hospitibus præter vinum vulgare etiam hispanicum offerebatur. In ipso actu promotionis Ephebi festiuus induti gestabant insignia Doctoratus theologi, Epomidem, Pileum quadratum, Cingulum, Anulum aureum, sacra Biblia, Sertum laureum & ardentem Cereum. Recitabant hi ipsi varia carmina, eademque typis impressa distribuebant inter præsentem. Chirothecarum sexaginta paria data sunt Professoribus & hospitibus. Totam solennitatem clausit mane Hymnus Ambrosianus in Templo academico decantatus; a prandio conuiuium in horto botanico institutum.

Eodem Doctoratus theologi honore cum aliis duobus insignitus est *Iosephus Antonius Oefelius Monacensis*, non inde tantum memoria nostra dignus, quod *Andree Felicis* frater, sed multo magis, quod studiorum illius diligentissimus æmulator extiterit; quippe qui illo ipso quadriennio, quo Theologiæ apud nos cursum peregit, laudabilissima industria, quidquid Ingolstadii est Epitaphiorum, accurate collegit, ac iusto volumine conscripsit. Fuit Monachii Ecclesiæ Collegiæ ibidem Canonicus ac Frisingensis Episcopi Commissarius; vixitque ad annum usque 1766. quo obiit ex hydropo pectoris die 5. Nonembris, anno ætatis quinquagesimo quarto.

Grati animi ergo meminisse etiam conuenit *Ioannis Iosephi Pruggeri* Landsbergensis, hoc anno in album academicum relati; qui postea Iurium apud nos Professor & Vniuersitatis Archiuarius, in colligenda horum Annalium Appendice diplomatica mihi suam operam benigne impendit. Plura de *Pruggero* suo tempore.

Professorum in iuridica Facultate numerum ad huius anni finem auxit iunior *Chlingensbergius*, *Hermannii Antonii* filius; qui doctorali laurea e Parentis manu suscepta, die 1. Decembris solenne principium habuit.

Denique parentauimus eodem anno consuetis exequiis Reuerendiss. ac Cels. S. R. I. Principi ac Episcopo Eichstettensi FRANCISCO LVDOVICO ex *Baronibus de Schenk a Castell*, Vniuersitatis

tatis nostræ Cancellario. Orationem funebrem defuncto adornavit Procancellarius *Plankius*. Succedit IOANNES ANTONIVS II. ex perillustri *Freybergiorum* familia natus.

A.  
1736.

ANNO DOMINI M DCC XXXVII.

A.  
1737.

Reft. CCCCLXXXIV. HERM. ANT. MARIA DE CHLINGENSPERG,  
Cod. & Iur. Publ. Prof. &c. IV.

Inscripti 150.

Nobiles, *Franc. Wilb. L. B. de Gleiffentball*, Zantenf. Bau.  
*Ioan. Rupert. Franc. de Pflumern*, Patrit. Biberac.  
*Fr. Xau. Iof. L. B. ab Armansberg*, a Schönberg, Kay  
& Oberbrunn.

*Ioan. Nep. Christoph. L. B. de Preysing*, Nonenburg. Pal.  
*Fr. de Paul. Ant. L. B. de Zindt*, Mündelhem. Suen.  
*Iac. Ernest. Illustriſ de Cerroni*, Græcenf. Styr.

Nou. Prof. *Georg. Christoph. Emanuel Hertel*, Inst. medic. Prof. ord.  
*Franc. Horaz*, Gmundenf. Austr. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. *Ioan. Bapt. Signor*, Frideslarienf. Not. publ. Cæs. &  
Viennæ Aduocatus, cum 5. aliis. Iur. Vtr.

*Carol. Frid. Ibl*, Monacenf. Bau.  
*Ioan. Bapt. Clas*, Mochingenf. Bau.  
*Sebast. Kirmayr*, Schwabenf. Bau.  
*Franc. Cosm. Dam. Fezer*, Landishut. Bau.  
*Iof. Ant. Stammer*, Landishut. Bau.  
*Ioan. Matthias Carl*, Straubing. Bau.  
*Ioan. Matthias Neumayr*, Dingolfing. Bau.  
*Iof. Ant. Knipfberger*, Affing. Bau.  
*Ioan. Georg. Mayr*, Közting. Bau.  
*Ioan. Melch. Strampfler*, Ellnacenf. Suen.

} Medic.

Mense Martio h. a. filius nostri Iurium Professoris *de Haibe*  
iam Iuris vtriusque Licentiatus, cum extra portam Danubianam  
inter fruteta deambularet, subito ac nil tale opinans a Vexillifero

A.

1737.

ferò quodam confossus est. Cadaver die 20. dicti mensis sacra sepulturæ mandatum est. Ea res multis deinceps turbis ac diurnis inquisitionibus occasionem præbuit. Certe paulo post va'uis Academiæ affixum legere erat Ichediasma, quo invitabantur Academici exteri omnes ad deserendam Vniuersitatem, ob non vindicatam, vt aiebant, necem Dehaibianam. Et vero ad multos menses protracta est causa; ac medio demum Iunio ab ipso Sereniss. Electore imperata est Academiæ inquisitio in peractam eadem, cumlatiue, vt loquuntur, instituenda inter Gubernatorem Vrbis *Comitem Santinium*, qui initio eius mensis ad illud munus accesserat, & Vniuersitatem; cum protestatione scilicet, vt ipse *Santinius* consensit, conseruandorum Iurium ac priuilegiorum Vniuersitatis. Deputati sunt a Senatu academico Decanus iuridicæ ac medicæ Facultatis ad examen illud in arce suscipiendum; vbi Excellentiss. D. Gubernator fideliter impleuit, quæ circa seruanda Academiæ iura promiserat. Ostendit idem sese alias semper eximium literarum ac literatorum æstimatorem, cum publicas nostras & promotiones & disputationes nunquam fere non sua præsentia condecorauit; vbi ad euitandam cum Rectore Vniuersitatis collisionem circa ius præcedendi, ante finitum semper actum discessit, comitante ad inferiorem vsque ianuam solo Notario academico. Causa Dehaibiana ita demum decisa est, vt in Vexilliferum, tanquam homicidii reum mortis sententia pronunciaretur. Verum ille asyli ecclesiastici beneficio liber euasit; ac demum post decennale exilium, in patriam remeandi gratiam obtinuit.

Manhemii die 23. Augusti h. a. vita functus est *Ioannes Baptista Necessus*, quem anno 1733. a Serenissimo Electore Palatino ad Medici Cubicularii munus euocatum diximus. Academia eidem non parentauit. *Necessus* Schornii in Bannaria natus, discipulus primum *Moraschii*, vsque ad annum scilicet 1711. mox anno 1716. eiusdem collega, ac scientiæ medicæ æmulus, anno 1723. Serenissimi THEODORI in Italiam comes; mox iterum Professor, ac demum Archiater Palatinus, vel ex solis hisce gestis muneribus sese satis commendat. Accedunt vero etiam editi ab ipso libri, non multi quidem, at præclare scripti: scilicet 1.) *Tyro Medicus, principis modernorum chymico-mechanicis instructus,*

A.

1737.

*fructus*, seu *Institutiones medicae pro usu tyronum*. 1726. 2.) *Tyro Medicus &c. seu Specimen physiologicum de actionibus corporis humani sani in genere; & chylicatione, sanguinificatione ac nutritione in specie*. 1727. 3.) *Tyro Medicus &c. seu Pars tertia Physiologia de actionibus animalibus corporis humani, sensibus in- & externis; excretis & retentis, ac qualitate corporis decerne in specie*. 1729. 4.) *Tyro Medicus in Pathologia principiis modernorum chymico-mechanicis instructus, seu Liber II. Institutionum Medicinae, in quo status hominis morbosus ex corpuscularibus ac anatomicis experimentalibus tum Philosophorum tum Modernorum principiis chymico-mechanicis expositus*. 1732. Ex quibus omnibus facile liquet, quam vere loquantur Acta medicæ Facultatis, *Necessum* scilicet virum tam in Aula, quam in Academia estimatissimum obiisse magno sui relicto desiderio.

In Cathedram medicam, ex morte demum *Necessii* vacantem, quippe qui absens illius fructus percipiebat, Electorali decreto susceptus est *Georgius Christophorus Emanuel Hertelius, Michaelis* quondam nostri filius, *Phylicus* antea *Erdinganus*, qui die 14. Decembris Institutionum medicarum publicum ac solenne initium fecit.

Reliqua fere ad hunc annum referenda literaria sunt. Mense Iunio Illustriss. Comes *Hörwartus* ex iure civili, Præsides *Cblingensbergio* seniore, publice disputavit sub gloriosis auspiciis Serenissimi nostri, qui *Schirensen* Abbatem ad illum actum atque ad proponendum honoris argumentum delegavit.

Ex iure Ecclesiastico bis disputatum est Augusto mense, Præsides semper nostro Canonum Professore *Bauschio*. Primus, R. D. *Golder* Sacerdos, suas positiones Reuerendiss. ac Cels. S. R. L. Principi ac Episcopo *Eichstetten*ensi dedicauit, cuius etiam effigiem in elegantissimo iconismo proposuit. Alter D. *Auer* Thesium Iuarum atque Libri typis impressi, de *Prolegomenis Iurisprudentiæ Patronum* elegit Reuerendiss. Dominum S. R. L. Abbatem *Cæsarensen*.

Denique mense Nonembri, die 12. disputationem theologiam instituit *Iacobus Haraffel* Ord. Præmonstr. Colleg. Canonic. *Plagensis* in Austria Professor. Proposuit libellum de *Deo Sciente*, a suo Professore ac Præsides *Georgio Hermanno* conscriptum. Fuerant eodem tempore in nostra Vniuersitate tres *Haraffelii*,

**A.**  
 1737. *raffellii*, omnes Religiosi ac Canonici Regulares; primus quidem  
 mox dictus *Iacobus*; alter *Norbertus*, itidem Ord. Præmonstrat.  
 Osterhouii in Bauaria Professor; tertius *Ioannes*, Canonicus Re-  
 gularis S. Aug. Walthufii in superiori Austria.

Ex philosophica Facultate, post exantlatum trium publi-  
 carum disputationum laborem Octobri mense ad explicanda  
 Theologiæ dogmata Lucernam discessit *Iosephus Binerus*, natione  
 Valesius, vir in omni scientiarum genere versatissimus, quas  
 etiam plerasque cum docendo in variis Academiis, tum scri-  
 bendo ac commentando emensus est. Præter opuscula complu-  
 ra polemica, aduersus Zwinglianos maxime scripta, septem  
 Tomis edidit *Apparatum Eruditionis* &c. verum scientiæ canonicæ  
 thesaurum; quippe qui omnia complectitur, quæ ex Conciliis,  
 ex historiis antiquis, nouis, sacris, profanis; ex pacificationi-  
 bus aliisque publicis conuentionibus Iurisprudentiæ Ecclesiasti-  
 cæ candidato scitu vel necessaria, vel certe vtilia esse possunt.  
 Docuit deinceps Theologiam sex, Ius canonicum integris se-  
 decim annis. Obiit anno 1766. Rottenburgi ad Niccarum, Col-  
 legii S. I. ibidem Rector.

**A.**  
 1738.

## ANNO DOMINI M DCC XXXVIII.

Reft. CCCCLXXXV. IOAN. LACOB. TREYLING, Prof. Medic. &c. IV.  
 Inscripti 137.

Nobiles, *Maurus L. B. de Freyberg & Eisenberg* ab Hopferau,  
 Professor Campidunens.

*Franc. Ant. Comes Fugger* de Kirchberg & Weiffenhorn.

*Franc. Ignat de Hellersberg*, Ehingan.

*Franc. Ant. S. R. I. Eques de Albertis*, Prouincialis Tirol.  
 & Patrit. Trident.

*Carol. Ignat. Langenmantel* a Westheim, Patrit. August.

*Ant. Ludouic. de Gugel* a Brand & Diepoldsdorf, Landis-  
 hut. Bau.

*Mich. Ant. de Zanchii*, Dominus in Catto & Sinchen-  
 berg, Fluminens. Liburn.

*Ioan.*

A.

1738.

- Ioan. Sebast. L. B. de Zherberg*, Milldorfenf. Bau.  
*Theodor. Xau. L. B. de Vieregg* a Görzen in Tunzing.  
*Ioan. Bapt. Zachar.* } *de Rujin* in Glonburg, Egen &  
*Franc. Xau. Florian.* } Noenhofen, Patrit. Roman.  
 Monacens. Bau.  
*Aloys. Wilb.* } *Tänzel* LL. BB. de Trazberg, Dietel-  
*Ant. Wilhelm.* } dorf. Neopal.  
*Carolus L. B. de Hartmann.*  
*Ioan. Georg. Gobel* de Hofgiebing.  
*Franc. Ant. de Vnertl*, Monacens. Bau.  
*Steph. Ant. de Griessenbeck* a Griessenbach & Hanreith,  
 Griessenbacens. Bau.  
*Maximil. Schütz* de Hagenau, Monacens. Bau.  
 Nou. Prof. *Leopold. Neustifter*, Bulsanens. Tirol. S. I. Prof. Caf.  
*Ant. Schallenberger*, Thannens. Alsat. S. I. Prof. Log.  
 Nou. Doct. *Wolfg. Matthias Sutor*, Erlangens. Franc.  
*Ios. Ignat. Seyffart*, Passauiens.  
*Iac. Frideric. Prebler*, Bamberg. Franc.  
*Godefrid. Thom. Wiser*, Nideraltaich. Bau.  
*Franc. Xau. Mayr*, Landishut. Bau. } *Medic.*  
*Ioan. Georg. Widmann*, Frisingens.  
*Ioan. Vdalric. Nidermayr*, Laberberg. Bau.  
*Ant. Auderler*, Weitrauiens. Austriac.  
*Philipp. Max. Sänstl*, Landishut. Bau. }

Ex Nobilium inscriptorum numero debitæ obseruantie  
 causa commemorare inprimis iuvat *Franciscum Antonium de Vnertl*  
 Monachiensem Bauarum, Statuum Prouincialium Bauariæ Can-  
 cellarii filium, atque ipsum hodie eadem dignitate ornatum,  
 virum de patria meritissimum, ac mihi speciaticim multis nomi-  
 nibus honorandum; deinde *Ioannem Georgium de Gobel* Ambergen-  
 sem Palatinum, hodie liberis Baronibus adscriptum, Electora-  
 lis Regiminis Ambergæ Consiliarium, ac Prætozem Prouincia-  
 lem, cuius, vti & totius familie Gobelianæ fauores in commo-  
 ratione mea Ambergensu multoties expertus sum.

Typographus noster *Schleigijs* consilium hoc anno cepit  
*Novellas* imprimendi; quam ad rem licentiam a Senatu academi-

A.

1738. eo expetiit, atque etiam obtinuit, ea tamen conditione, vt censuræ Decanorum theologicæ atque iuridicæ Facultatis subii- cerentur. Quod quidem laudabile consilium, si tamen effectui datum est, certe diu non duravit.

A.

1739.

## ANNO DOMINI M DCC XXXIX.

Rest. CCCCLXXXVI. MAX. FERD. IGNAT. DE PLANK, Controu.  
Fid. Prof. &c. IV.

Inscripti 122.

Nobiles , Ioan. Ios. L. B. de Schönbrunn , a Miltach, Madau, Gre-  
ting, Heitzberg & Mittich.

Sigism. Ferd. L. B. de Priellmayr in Hienhaim & Aicha,  
Griesbacenf. Bau.

Ioan. Georg. Ignat. de Mändl a Deuttenhofen.

Philipp. Ernest. Gros de & in Trockau, Can. ad S. Burc-  
hard. Herbipoli.

Ioan. Wilb. ) LL. BB. de Gleiffentball ab & in Zandt.

Ludou. Ant. )

Ludou. Maria Generosus Dominus de Nys, Can. ad SS.  
Iac. & Tiburt. Straubingz.

Franc. Ant. L. B. a Valuasor, Golleneckenf. Carniol.

Ioan. Adalbert. L. B. de Bodmann de Wier, Can. Ca-  
thedr. Eccl. Ratisbon.

Ioan. Georg. L. B. de Leoprechting ab Altenrandsberg,  
Straubingan. Bau.

Nou. Prof. Ioan. Nep. Refs, Neoforenf. Palat. S. I. Prof. Theol. mor.

Augustin. Deyrl, Monacenf. Bau. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. Franc. Christoph. Twinger, Gamundo-Sueuns. }

M. Franc. Ios. Haeber, Landishut. Bau,

Ioan. Thom. Sixt, Griessenf. Bau.

Carol. Andr. Sanfon, Amberg. Palat.

Franc. Vdalric. Bruner, Ingolftad. Bau.

} Medic.

Senas

A.

1739.

Senas omnino disputationes publicas ac solennes ex vni-  
 uersa Theologia sacra Facultas hoc anno instituit, ex quibus  
 duas maxime postremas memorabo, *Georgio Hermanno* Prælide a  
 geminis Theologiæ Licentiatis celebratas. Primus erat *Caspa-*  
*rus Angstenbergerus*, qui Sereniss. Principis Fürstenbergii iunioris,  
 CAROLI FRIDERICI, Thesium Patroni effigiem in solenni actu  
 proposuit; alter *Ruedorferus*, qui libellum *de Deo Volente*, Præsi-  
 dis sui opus vna cum subiunctis positionibus theologicis in di-  
 sputatione distribuit.

Die 14. Nouembris aduentantes Sereniss. Electricem no-  
 stram, ac Ducem Bau. CLEMENTEM debitis ac consuetis hono-  
 ribus excepimus; qui postridie Eichstadium abierunt sacros  
 Diuz Walburgæ cineres ibidem veneraturi. Venit illuc eo-  
 dem die per aliam viam Sereniss. CAROLVS ALBERTVS Elector,  
 ex Palatinatu scilicet superiore, vbi Propugnaculum Rotten-  
 bergense iustrauerat. Redeuntes deinde ad nos sequenti qua-  
 triduo venationi vacarunt.

## ANNO DOMINI M DCC XL.

A.

1740.

Rect. CCCCLXXXVII. IOAN. FRANC. DE HAIBR, Inst. Prof. &c. III.

Rect. CCCCLXXXVIII. IOAN. PETR. SCHLTENBERGER, Digest.  
 & Feud. Prof. &c. IV.

Inscripti 149.

Nobiles, Franc. Ios. L. B. Segesser, de Brunegg.

Steph. Ant. L. B. de Griesenbeck a Griesenbach & Hans  
 reith. venon.

Franc. Corbin. S. R. I. Comes de Königsfeld a Zaiz- & Saz-  
 kofen &c. Can. Cathedr. Ratisbon.

Lambert. Franc. S. R. I. Comes de Königsfeld &c. vt supra.  
 Illustrissimus Ferrandus Sbarra, Lucenf. Ital.

Hermann. Frideric. S. R. I. Comes de Königsegg & Rottenfels,  
 in Stauffen, Alendorf, Ebenweiler & Wald,  
 Aulendorfens. Sæu.

D d 2

Franc.



**A.**  
**1740.**

*Franc. Xau. Comes de Königsegg &c. vt supra, Capitaneus Legionis Rottenis.*

*Carol. Aloys. Comes de Königsegg &c. vt supra, Can. Eccl. Metropolit. Colon.*

*Ios. Ant. Comes de Königsegg &c. vt supra, Eques Melitenf.*

*Ios. Ferd. Ant. L. B. de Armansberg a Schönberg, Kay, & Oberprunn, Dieffensteinenf. Bau.*

*Ios. Gaudent. L. B. de Pechmann de Brunn, Monacensf. Bau.*

*Wilb. Oswald. L. B. de Stozing &c.*

*Ferd. Aloys. ) LL. BB. ab & in Asch, Oberndorf, Wet-*

*Ios. Aloys. ) terfeld, & Hötzing.*

**Nou. Prof.** *Ioannes Mabr, Sterzing. Tirol. S. I. Prof. Theol.*

*Felix. Tobias Heeg, Schlichtenf. Palat. Prof. Iur. ord.*

*Melchior Schwaikhofer, Bullan. Tirol. S. I. Prof. Hist.*

**Nou. Doct.** *Felix Tobias Heeg, vt supra, Iur. utr.*

*Albert. Aegid. Lenglet, Thuidienf. Leod.*

*Franc. Ios. Schaur, Monacensf. Bau.*

*M. Franc. Ant. Frech, Iettenbacensf. Bau.*

*M. Max. Ant. Morasch, Ingolstadt. Bau.*

*M. Ioan. Carol. Morasch, Ingolstadt. Bau.*

*M. Franc. Christoph. Weifs, Ingolstadt. Bau.*

*Ios. Ant. Seemiller, Inningenf. Bau.*

*Albert. Neiner, Tolzenf. Bau.*

*M. Georg. Ios. Besmiller, Langenpreyding. Bau.*

*Ioan. Philipp. Lindbamer, Eichstad. Franc.*

*Christoph. Henric. Keill, Ambergensf. Palat.*

*Ios. Carol. Reisch, Hilpoltstein. Neopalat.*

*Medic.*

Matriculam nostram insigniter hoc anno ornaverunt quatuor fratres *Comites Königseckii*, qui ex prima Sueuiz nobilitate, patre *Carolo Seyfridio*, matre *Maria Friderica ab Oettingen Spielberg*, progeniti, non hanc tantum Academiam, sed omnes deinceps vitæ humanæ status, ecclesiasticum, civilem, militarem sui nominis fama ac gestis muneribus Illustrarunt. Eodem anno in-  
scriptus est *Florianus Christophorus Frankius Syluomonacensis Palati-*

A.

latinus, postea excelsi Regiminis Ambergensis Consiliarius, 1740.  
Cancellarius, Liber Baro ac Consiliarius intimus.

De cetero funestum habuimus anni huius exordium; ipso enim Ianuario mense ereptum nobis est ipsum Caput Vniuersitatis *Ioan Franc. de Haibe* Inst. Prof. ord. cum inde a Novembri superioris anni continua fere corporis infirmitate laborasset. Natus erat Ingolstadii anno 1689. die 12 Decembris, patre Linguarum Magistro, qui natium *Haibelii* nomen in *de Haibe* mutasse dicitur. *Ioannes* noster *Franciscus* absoluto Iurium studio in ecclesiasticis Consistoriis Ratisbonensi atque Eichstettensi annos complures caussarum patronum egit, inde anno 1722. ad extraordinariam, anno 1724. ad ordinariam Iuris cathedram vocatus. Ab eo tempore per continuos octodecim annos versatus est in explicandis legibus magna cum dexteritate, & singulari auditorum suorum approbatione, quos propositis maxime casibus & exemplis a propria experientia repetitis sibi attentos reddere nouerat.

Alterum funus eadem Facultas iuridica extulit, *Iosephum Antonium de Chlingensperg* &c. Inst. Imper. & Rerum Criminal. Professore, *Hermannii Antonii* filium, fato sane immaturo abreptum, quippe qui eam cathedram nequidem integro quadriennio tenuerat. Noluit parens, ob certas quasdam caussas, defuncti memoriam funebri oratione celebrari. Eius sepulchro, quod apud Specios. Virg. cum reliqua Chlingenspergiorum familia habet, xreum impositum est monumentum, cum sequenti inscriptione:

*Hic quiescit Prænobilis Gen. ac Magnif. D. Iosephus Antonius de Chlingensperg in Schönhofen & Trachensels &c. Serenissimi Electoris Bauaria Consil. Aulicus Actualis, Institut. Imp. Prof. Ord. in hac Vniuersitate Anglitopolitana: Præfectura Gerolfsingensis Administrator &c. Natus VII. Octobris Anno MDCCXII. denatus VI. Martii Anno MDCCXXX.*

Successor in tradendis Iurium Institutionibus Electorali decreto designatus est *Felix Tobias Heeg* Schlichtenſis Palatinus, qui die 2. Decembris Doctor Iurium creatus, & 5. eiusdem solenne principium habuit.

A docendi munere simul & ab hac Vniuersitate discessere in autumno huius anni duo veterani Professores, *Georgius Hermannus* & *Ignatius Schwarzius*, quorum ille continuos quindecim,

A.  
 1740. cim, hic quatuordecim annos in vna huiate schole consumpsit. Natus erat *Hermannus* Schwandorfii, Neoburgici Palatinatus oppido, anno 1693. Absolutis in Gymnasio Ambergensi humanioribus disciplinis Ordinem Clericorum Regularium S. I. amplexus est; in quo cum agris ingenii, atque ad sublimiores præcipue scientias, vt tum tractabantur, expediti specimina plura eaque publica adhuc discipulus edidisset, iisdem publice tradendis paulo post admotus, Philosophiam integro apud nos sexennio professus est, iuratus semper rigidorum Peripateticorum potius, quam antecessorum suorum *Vogleri*, *Kleinbrodii*, *Zetteli*, *Hachtelii* atque *Falkii* sectator. Incidit propterea in notam illam cum *Morascbio* nostro controuerfiam de Philosophia atomistica, quam edito etiam libello impugnavit, cui titulus: *Lapis Offensionis Atomistica* &c. anno 1730. Professor deia Theologiæ constitutus anno 1732. geminos scripsit Tractatus theologicos, primum *de Deo Sciente* anno 1737. alterum *de Deo Volente* anno 1739. Relicta hoc anno cathedra scholastica, gessit deinceps præcipua in suo Ordine ministeria; Magistri Nouitiorum, Rectoris atque Prouincialis, cui demum anno 1766. die 12. Nouembris Ratisbonæ immortalus est, vir antiqui moris ac genii, cuique nihil, quod nouum esset, probabatur.

*Ignatius Schwarzius*, natus Mickhusii in Suenia anno 1690. eiusdem Societatis Presbyter, ac primus in hac Vniuersitate Historiarum Professor, vt dictum est ad an. 1726. & 1727. nouam hanc cathedram insigniter illustrauit; præterquam enim quod numerosissimum ad suas prælectiones attraxerit auditorem, ac nobilissimos non semel pugiles in publicis ac solennibus disputationibus produxerit, libros etiam complures in publicam lucem euulgauit omni eruditione plenissimos. Prodiere plerique typis academicis hoc ordine: *Peripateticus nostri temporis* &c. an. 1727. *Institutiones historica*, an. 1729. *Academia Anglipolitana nouo historia lumine illustrata* &c. an. 1729. *Effigies Historie Bauar.* an. 1731. *Imperii Princeps Ecclesiasticus* &c. an. 1733. *Colleg. Historic. Tomi IX.* an. 1734. — 1737. opus æstimatissimum, pro ratione scilicet temporis, quo de quæstionibus etiam meri facti disputare adhuc animosius cum Protestantibus libuit; horum enim scripta historica nouem illis Tomis præcipue impugnat. Post  
 suum

A.

1740.

suum a nobis discessum edidit *Institutiones Iuris vniuersalis Naturæ & Gentium* &c. Aug. Vind. 1743. Reliquit præterea manu sua descriptas atque hætenus typis non vulgatas *Institutiones Historica Ecclesiastica*, in sequentia Capita diuisas: 1.) *Notitia chronologico-historica Rom. Pontificum.* 2.) *Notitia geographico-politica Ecclesiastici Status.* 3.) *Notitia hierarchica Ecclesie.* 4.) *Notitia polemica Historie Eccles. in genere.* 5.) *Notitia critica Protestantismi ac Iansenismi in specie.* 6.) *Notitia canonica Conciliorum.* 7.) *Notitia Ecclesie literaria.* 8.) *Notitia religiosa SS. Ordinum.* 9.) *Notitia ecclesiastica de statu, progressu & disciplina Ecclesie.* 10.) *Notitia gymnastica Historie ecclesiastica.* Item fragmenta quædam *Historie profane.* Hisce manuscriptis post obitum auctoris modestissimi appositum inuentum est hoc schedion ipsius manu exaratum: *Hæc scripta inutilia sunt, quia ex parte incompleta, & ex altera parte continentia materias ac quæstiones, quæ, qualicunque modo tractate, delicatis hæc temporibus, etiam catholicas aures offendunt, præsertim a Iesuitico calamo exarate.* Obiit *Schwarzius Augustæ Vindelicorum* an. 1763.

In Gymnasio nostro academico Rhetoricæ præcepta explanare hoc anno cepit *Ignatius Weittenauerus* Ingolstadtensis, de cuius meritis literariis ad annum 1730. plura retuli. Ad integrandam viri pretiosissimi memoriam addere hic iuuat, viuere illum ad hunc vsque diem, octauum Martii anni 1782. quo hæc scribo, senectutem vegetam in Salemiensi Ordinis Cisterciensis Monasterio, quo post fata sui Ordinis ex Oenipontana Academia ad sacram quasi otium, seu potius ad quietiorem laborum palæstram secessit.

Mense Novembri in Rectoris electione *Treylingii* nostri modestia ac studium æquitatis præcipue eminuit; cum enim plurium Senatorum suffragiis in Rectorem Vniuersitatis fuisset electus, consentire ipse vnus huic electioni noluit, asserens, tangere ordinem ex suis Collegis quemdam; in eius autem offensionem nihil se facere, nec ad dissensiones in medica Facultate inde exorituras vllam se dare occasionem velle. Post factam a Senatu deliberationem conclusum est, acceptari hanc excusationem, atque ad nouam procedi electionem posse, quod re ipsa ordo alium tangeret; in potestate autem eligentium haud esset, quemquam sine iusta causa præterire. Ad nouam igitur

A.

1740.

tur electionem deuentum cum esset, *Steblerus* Vniuersitatis Rector constitutus ac mox promulgatus est.

Die 24. mensis Nouembris Senatus academicus Sereniss. Electorem Coloniensem hac transeuntem debitis honoribus deueneratus est; vigesima autem nona eiusdem exequias augustis manibus CAROLI VI. Imperatoris, die 20. Octobris defuncti adornatas in templo academico celebrauit.

A.

1741.

## - ANNO DOMINI M DCC XLI.

Reft. CCCCLXXXIX. FRANC. ANT. FERD. STEBLER, Medic. theor. Prof.

Inscripti IOI.

Nobiles, *Ioan. Christoph. L. B. de Frenau* ab Offenstetten, Neokirch. Palat.

*Christian. Clem. S. R. I. Comes de Seinsheim* &c. Ord. Teut. Eques.

*Ioan. Mich. L. B. de Wildenau* in Gröbliz & Gumbrechtshofen, Gröblizenf. Palat.

*Max. Ios. de Clofen* ab Arnsdorf & Gern, Aufhausen, legerndorf & Hainberg &c.

*Philipp. Ernest. L. B. de Zebmen* in Nobitz, Windischleiba & Polhof &c.

*Maximil. Ioan. Andr.* ) LL. BB. de *Blumenthal* ab & in Gänlas & Grünberg, Amberg. Palat.

*Christoph. Ignat. Maria Franc. Max. August.* ) LL. BB. de *Illsung* de Traz-Kuenenberg, Augustan. Sueui.

Nou. Prof. *Franc. Xau. Lussy*, Subsylvan. Heluet. S. I. Prof. Hist.

Nou. Doct. *N. Hauswinkel*, Westphal. Vtr. Iur.

*Ioan. Macht*, Valbinauiens. Bohem. ) Medic.

*M. Iac. Ioan. Winterl*, Erlang. Franc. )

Cum vicinæ prouinciz, superior Austria atque Bohemia iam bello flagrarent, nobis hoc quidem anno pacata fuere omnia;

nia; & quamvis numero aliquantum Academia decreuerit, floruit tamen inter nobilissimos quosque optimarum artium studium & quasi æmulatio; quod tum maxime apparuit, cum duo *Comites Königseckii* cum reliquis Philosophiæ alumnis ad gradum Baccalaureatus concurrerunt, nihil, quod illum actum comitari solet, laboris ac oneris recusantes; atque iterum cum *Comes Seinsbemi* in Diæ Catharinæ peruigilio communem illam Philosophorum Patronam elegantissima oratione in Templo academico honorauit.

Facultas philosophica *Stuberum* quemdam ex Geometria examinavit, quod ipsa Electoralis Camera per literas ad Rectorem Vniuersitatis datas petierat. Cumque etiam anno 1723. & alias sæpius Architecti militares huiati philosophicæ Facultati probandos se, examinandosque stiterint, id ipsum annotare hic placuit.

A.  
1741.

ANNO DOMINI M DCC XLII.

Rect. CCCXC. Ios. ANT. HERTEL, Prof. S. Script. & c. II.

Inscripti 47.

Nobilis, *Ios. Ant. Hemic. L. B. de Braidlobn.*

Nou. Prof. *Ios. Fitterer*, Lauffenf. Salzburg. S. I. Prof. Theol. mor.

*Ignat. Rbomberg*, Offenbacenf. Allgoi. S. I. Prof. Log.

*Ioan. Bapt. Fackler*, Laubenf. Rhæt. S. I. Prof. Hist.

Nou. Doct. *Ioan. Mich. Laurent. Weinig*, Neoforenf. Palat. Medic.

Miras inter vicissitudines hunc annum exegimus, alternante semper prospera aduersaque fortuna. Ianuario mense communi omnibus bonis lætitia celebrauimus electionem Sereniss. Electoris nostri in Romanorum Imperatorem sub nomine CAROLI VII. quæ die 24. Ian. Francofurti peracta est. Patres academici, vnacum militari ciuicoque magistratu in templo S. Mauritii interfuere solenni Officio atque Hymno Ambrosiano ob eam causam ibidem decantato.

E e

Mense

A.  
1742.

A.  
1742.

Mense Februario Urbis Præfectus domibus etiam Professorum academicorum milites impositurus esse ferebatur: proposita igitur eidem sunt priuilegia de exemptione domuum Professorum, simulque insinuatam, mittendas a nobis literas fore ad Augustiss. Imperatorem atque ad Eminentiss. etiam Cardinalem *Fleurium*: exhibitæ item literæ IOSEPHI I. Imperatoris, quibus salua volebat hæc ipsa Academix priuilegia etiam tunc, quando in ipsius potestate erat Bauaria, atque numerosum admodum habebat præsidium in hac nostra ciuitate. Verum insuperhabitis omnibus precibus ac protestationibus, insequente mox mense Martio in ædes Vniuersitatis imigrarunt milites Galli, illucque ægros suos ac vulneratos vnde vnde conuexerunt. Idem fatum experta sunt tertio post die, 22. Martii Gymnasium academicum & Seminarium Xauerianum. Nec priuatæ etiam Professorum domus a recipiendis militibus immunes habebantur; adeo, vt consuetas prælectiones in ipsis suis ædi- bus continuare vix potuerint. Inde facile datur intelligere, quam miser fuerit rei literariæ status, cum paucissimi inprimis noui accederent; alii metu obsidionis aut cubiculorum defectu Academiam relinquerent. Ipsi Patres S. I. eodem mense Martio suos Logicæ studiosos Augustam Vindelicorum; Physicos vero ac Metaphysicos Dilingam dimisere vna cum suis Professoribus; quorum loco Metaphysicam hic docuit Præfectus, quem vocant, Studiorum, Phylicam Professor Mathematicæ, Logicam Professor Historiarum. Lektionen omnes theologicæ ac Iuris Can. habebantur in domo Eckiana; pro lectionibus philosophicis cubiculum quoddam concessit Regens Conuictus S. Ignatii M. Scholæ inferiores in Aula Gymnasii tribus separatis locis sunt institutæ.

Quod autem Boii nostri atque auxiliares Galli tanto numero in urbem sese nostram infunderent, metus faciebat obsidionis ab hostibus forsitan tentandæ, qui die 23. Martii in viciniam nostram ingressi, ac sequentibus diebus arctius nostram urbem cingere aggressi sunt; a qua tamen sexta Aprilis sub noctem iterum discesserunt, aduentante altero die exercitu boice cum copiis auxiliaribus partim gallicis, partim palatinis;

Hisce

A.

1742.

Hisce incommodis, ex numero prædicatorum militum ortis, accessit paulo post malum longe grauius, quod ægroti fecum milites induxere, periculosa contagio. Omisissis tot illis Gallorum millibus, qui intra pomeria nostra obiere, illa solum funera recensere libet, quæ vel honoris causa comitata est Academia, vel ipsa merens extulit. Ad primam classẽ pertinent *Comes d'Acosta* supremus militis boici ductor, die 24. Aprilis; & huius vrbs Gubernator *Comes de Santini*, die 21. Iulii tumulo illatus. Ad alteram, Professor Rhetoricæ *Aloysius Hofreitberus*, qui in obsequiis militum luem contraxerat, & Professor Historiarum *Franc. Xau. Lussy*, ille die 28. Aprilis, hic 11. Iunii, in S. Crucis templo sepulti.

Fecerunt hæc belli atque morborum incommoda, vt de transferenda alium in locum Academia consilium ageretur. Excurrit eo fine, die 17. Iulii, ita volente Senatu, Rector Vniuersitatis *Hertelius* ad D. Mauritii Parochus, Augustam Vindelicorum, exquisiturus ab *Hertelio* Cancellario intimo, quid circa Academiam statuendum esset in sequentem annum scholasticum; ac præcipue an non aliorum transferre illam expediret. Redux *Augusta Hertelius* retulit die 1. Aug. pleno in Senatu, probari *Hertelio* consilium de transferenda Academia; viderique eidem, Eichstadium fore aptissimam illius sedem, quod Cancellarius Vniuersitatis suam ibidem Curiam, Patres autem Societatis Collegium haberent; porro illum hanc causam apud Augustissimum literis acturum. His ita propositis pleno in Senatu datum est negotium eidem Rectori Vniuersitatis ac Decano iuridico, vt arbitrarentur animos Principis ac Capitali Eichstettenfis de recipienda in urbem Academia; quos omnino reperere consiliis Patrum academicorum fauentes. Verum ex Aula Cæsarea nihil responsi ad Academiam datum est, etsi eadem nominis ac specialibus literis translationem illam ab Augustissimo petierit. Sicque annus quidem exactus, calamitibus autem finis nullus impositus est.

E e 2

AN-



A  
1743.

ANNO DOMINI MDCCXLIII.

Rect. CCCCXCI. HERM. ANT. DE CHLINGENSPERG &c. Cod.  
& Iur. publ. Prof. V.

Inscripti 71.

Nobilis, *Max. Eman. de Verger*, Can. ad SS. Iac. & Tiburt.  
Straubingæ.

Nou. Prof. *Ignat. Thierbeck*, Monacens. Bau. S. I. Prof. SS. Can.  
*Matthias Stöttlinger*, Ruestorf. Bau. S. I. Prof. Theol.  
Schol.

*Franc. Horaz*, Gmundens. Austr. S. I. Prof. Theol. mor.

*Franc. Xav. Zech*, Ellingan. Franc. S. I. Prof. SS. Can.

*Andreas Scharrer*, Ramertshofens. Palat. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. *Mich. Fr. Xav. de Ris*, Can. Eccl. Colleg. Straubingæ  
& Parochus ibidem designatus. Iur. Vir.

*Ioseph. Hippolyt. Zinnal*, Straubing. Bau.

*Ioseph. Halser*, Straubing. Bau.

*Franc. Sales. Beer*, Wallerburg. Bau.

*Wolfg. Häckel*, Benediktoburan. Bau.

*Franc. Xav. Scheurer*, Eichstad. Franc.

*M. Ioan. Bapt. Kayser*, Eichstad. Franc.

*Ioan. Stoph. Rottbamer*, Wolferszell. Bau.

Medic.

Primum semestre huius anni satis quiete transactum est; cum enim Philosophiæ etiam Professores cum suis ad Academiam redissent sub anni superioris finem, habitæ sunt pro more aliorum annorum lectiones, disputationes, aliique actus publici in Collegio S. Ignatii M.; quod ædificium academicum e militum valetudinario in granarium fuisset mutatum.

Die 23. Ianuarii exceptæ sunt a toto Senatu academico iuniores duæ Principes filiz Augustissimi Imperatoris nostri Monachium redeuntes ex Eichstettens. S. Walburgæ Monasterio, quo tempore interceptæ ab hostibus vrbis Monacensis confugerant.

Sequenti Februario, die 23. sub quintam vespertinam subitanea morte ex apoplexia obiit *Guilielmus Beuschius* Iuris canonici.

A.

nonici Professor. Hic cum Dilingæ primum per annos plures, in nostra vero Vniuersitate integros nouem annos Iurisprudentiam ecclesiasticam explicasset, non minorem sibi collegit doctrinæ famam, ac eius in hac cathedra prædecessores *Wiesnerus, Fridericibus, Schmalzgruberus & Pichlerus* acquisiuerant. Scripsit *Tractatum de Pænis & Contractibus*, an. 1736.

Eodem mense Februario Romæ viuere desinit *Iosephus Mayr*, Halæ in Tirolis natus, Philosophiæ quondam ac Theologiæ apud nos Professor, vir magni inter tuos nominis; quique, excepto Præpositi generalis officio, omnes Ordinis sui dignitates gessit, Rectoris, Provincialis, & Assistentis. Scripsit, cum sacras scientias hic traderet, *Questiones theologicæ de Contritione*, an. 1716.

Mense Iunio tota belli moles vrbi nostræ ac simul Academici incubuit; cum enim imminente exercitu Austriaco certa videretur obsidio impendere, die 10. dicti mensis statutum est in pleno Patrum academicorum concilio, sublatis scholis dimittendos esse studiosos. Professores Iesuitæ cum plerisque suis, vt vocant, Scholasticis in alia & ipsi migrarunt Collegia; ac Theologi quidem partim Dilingam, partim Eichstadium; Logici Mindelhemium, Physici in villam Forsthofensem Collegio Neoburgico subditam. Viginti tamen & vnus Theologi remansere, qui vnacum viginti duobus secularibus non interrupta diligentia ad festum vsque diui Bartholomæi studia sua prosecuti sunt, Professoribus *Antonio Mayo* & *Ioanne Nep. Resio*; *Knäbelius* enim, *Fittererus* atque *Ihierbeckius*, qui pro defuncto *Behschio* Ius Can. docebat, Eichstadium abierant.

Die 21. Iunii discedente exercitu Gallico, qui inde ab vndecima eiusdem in vicinia nostra confederat, successere milites hungari, qui mox cingere urbem, ac in dies aucti omnes occupare aditus, & intercludere comitatum; denique paratis interea omnibus ad obsidionem necessariis, die 18. Augusti gemina ex vrbi parte, trans Danubium scilicet e regione arcis, & versus portam Feldkirchensem fossas ducere, ac triduo post oppugnare urbem cæperunt. Die 21. mox dicti mensis mane post horam sextam centenas & ultra pilas incendiarias in arcem, in munimenta, & vicinas mœnibus domos immiserunt; damno

E e 3

tamen

**A.**  
**1743.**

amen non admodum magno, nulloque inde orto incendio. Circa horam nonam missi ex vrbe in castra, qui de ditione agerent; nec auditus deinceps tormentorum fragor. Inde per plures dies de conditionibus dedendæ vrbis actum; quas inter illa quoque erat, vt sua Vniuersitati Inra ac Priuilegia salua manerent.

Tandem sub initium Septembris conuentum est in ditionem honorabili hac conditione, vt nisi intra quatuor septimanas suppetiæ aduenirent, obsessi, quibus interea commorari in vrbe liceret, cum omni honoris bellici significatione inde emigrarent. Fuit vero illa quatuor hebdomadarum mora omni obsidione nobis longior ac molestior visa, ob ingentem scilicet annonæ ac omnis generis comestibilium raritatem.

Die 1. Octobris Austriaci iuxta inita ditionis pacta occuparunt portam Feldkirchensem; die autem tertis eiusdem & quarta Galli per portam Danubianam duce *Granduil.*; Bava-ri vero, qui arcem durante obsidione tenuerant, per portam Feldkirchensem, volantibus vexillis, cum duobus tormentis bellicis &c. discesserunt. Vrbs tota mox a *Bernclauio* Pro-Mareschallo occupata est, introductis duabus Legionis germanicæ, totidemque hungaricæ cohortibus.

Tertio post die idem *Bernclauius* inter tubas ac tympana promulgari iussit, etiam sub præsidio austrico studia prosequenda; Collegia vero, Seminaria & Professorum ædes a militum receptionibus immunes fore; idque ipsam, vt per nouellas publicas notum fieret, imperauit. Pulchra actio, nisi pro extorquendo potius honorario, quam pro commodo Vniuersitatis suscepta videretur; certe altero mox die deliberatum est in pleno Vniuersitatis concilio, vnde donum gratuitum, quod *Bernclauius* non ab vrbe tantum, sed etiam ab Academia exposcebat, petendum esset; statutumque, ex Camera Vniuersitatis soluendos esse centum aureos, ea quidem conditione, vt siquando improbaretur ab Augustissimo, ab ipsis Professoribus tota hæc summa refunderetur; quæ deinde die 11. Octobris a Decanis Facultatum & Notario Vniuersitatis *Bernclauio* oblata est. Quoad promissam immunitatem ab hospitibus militaribus ita nihil impletum est, vt potius in Academiam *Banduri* (militis hungaricæ quod,

quoddam genus) in Seminaria vero & domos Professorum officiales bellici fuerint impositi.

Circa extremum Octobrem denuo apertæ sunt scholæ, inferiores quidem in Gymnasio, quod vix ad hoc usque tempus purgari satis potuit; superiores in Collegio Ignatiano, in domo Eckiana, ac priuatis Professorum ædibus. Redierant interea suo ab exilio Theologi ac Philosophi; noui vero Professores accesserunt, ad Theologiam dogmaticam *Matthias Stöttlingerus*, ex Vniuersitate Oenipontana, pro *Reffio* Dilingam abeunte; ad moralem loco *Iosephi Fittereri* *Franciscus Horazius*, continuo antehac sexennio Philosophiæ apud nos Professor. Ad Iuris ecclesiastici cathedram pro *Ignatio Thierbeckio*, qui *Beußbio* successerat, promotus est *Franc. Xan. Zebius Ellinganus Franco*, iam antea Iurisprudentiæ sacræ Oeniponti Professor.

Vrbis Gubernator Austriacus die 10. Nouembris denunciari iussit Rectori, atque hic illius nomine Patribus academicis, habendum fore criminis læsæ Maiestatis reum, qui deprehensus fuerit habere commercium cum Duce Bauriæ (sic ille Augustissimum Imperatorem vocabat) aut ab Eodem mandata acceperit, nisi ea nondum reclusa ad Gubernatorem contulerit. Sub grauissimis quoque pænis mandatum est, vt, qui tormenta bellica vel aliud armorum genus defossum aut alibi reconditum esse nouerit, id statim manifestet.

Inter inscriptos hoc anno notandi tres fratres *d' Aretis*, Liberis postea Baronibus a Serenissimo MAX. Ios. Electore adlecti.

---



---

ANNO DOMINI M DCC XLIV.

Rect. CCCXCII. IOAN. PETR. SCHILTENBERGER, Prof. Digest. & Iur. Feud. &c. IV.

Inscripti 21.

Non. Prof. *Martin. Denk*, Amberg. Palat. S. I. Prof. Theol. mor. *Engelbert. Belasy*, Rauschenberg. Bau. S. I. Prof. Log. designatus.

Non. Doct. *Ioan. Franc. de Kerfing*, Paderborn. Westphal. Iur. utr. Die

A.  
1743.

A.  
1744.

**A.**  
**1744.**

Die 27. Ianuarii circa mediam septimam vespertinam in Domino obiit *Maximil. Ferdinand. Ignattus de Plank*, Vniuersitatis Procancellarius, Professor controuersiarum Fidei, & ad B. V. Spec. Parochus; cum Ecclesiam suam singulari pietate, Academiam exquisita doctrina, urbem insigni morum elegantia in nonum iam ac vicesimum annum exornasset. Eius funus die 30. eiusdem mensis elatum, atque ad D. Virg. sepultum est cum hoc epitaphio:

*Sta Viator & bene precare piis Manibus Plur. Reu. Præn. ac Ampl. Domini Maximil. Ferd. Ign. de Plank SS. Theol. Doct. Ser. Elect. Bau. necnon Reuerendissimi & Cels. S. R. I. Princ. Episc. Eystett. Consil. Summe Cathedr. Eccl. Eyst. ac insign. Colleg. ad D. V. Monachii Canon. Vniuers. Ingolst. Pro-Cancell. Controu. Fid. Profess. ord. & ad D. V. Specios. hic Parochi per annos 29. Obiit 27. Ian. Anno 1744. Aetat. 58.*

Die 3. Februarii post vltimas exequias facundissime in defuncti laudes excurrit *Franciscus Horazius* Theol. mor. Professor. Ipso autem die obitus ex mandato Rectoris Magnifici comparuerunt in ædibus defuncti Facultatis iuridicæ ac medicæ Decanus cum Notario Vniuersitatis ad faciendam obsignationem. At superveniens Parochus Mauritanus, designatus Testamentarius, protestatus est contra eum actum, allegans concordata olim inita inter Reuerendissimum Ordinarium & Academiam nostram, quorum vi obsignatio solis Testamentariis, siqui sint constituti, competit, cum præcitu tamen Rectoris Vniuersitatis. Ex Testamento Plankiano obuenerunt Facultati Philosophicæ Antiquarium rerum variarum, quod cum Armario mathematico coniunctum est.

In munere Procancellarii *Plankio* successus est *Hertelius* S. Script. Professor. Parochus autem ad D. Virg. eadem die, qua promulgatus est nouus Procancellarius, vndecima scilicet Februarii, ex tribus candidatis nominatus est ab Academia pluribus Senatorum suffragiis *Ferd. Balth. Ecker*, Parochus tunc Neostadianus & ruralis Capituli ibidem Decanus ac ad SS. Ioannes Ratisbonæ Canonicus; qui iuris Academicæ ad nominationem Parochi academici ignarus, ab ipso etiam Augustissimo Imperatore, quem adierat, præsentationis promissum iam obtinuit.

tinuerat. Attamen Iulio primum mense sequentis anni Theologiz polemiz cathedram adire potuit.

A Iunio mense & deinceps, hoc iterum vt superiore anno belli incommoda grauius sentire cœpinus. Aduenit circa hoc tempus *Comes Gaisruckius*, qui nomine & auctoritate Reginz Hungariz non tantum ab huius nostræ Ciuitatis, totiusque districtus Ingolstadiensis Officialibus & Præfectis, sed etiam a Monasteriorum Superioribus atque a toto Senatu academico, ipsis etiam Religiosis non exceptis, iuramentum fidelitatis & obedientiz exigebat. *Schiltengerus* Rector, ad cuius ædes diuenterat *Gaisruckius*, præue ac priuatim quasi edocere illum studebat, alienum hoc esse a communi more, nec solere Vniuersitates, vtqote corpora clericalia, eiusmodi iuramenta vel propriis Dominis territorialibus præstare. Quæ cum nihil apud illum efficerent, res tota Patrum academicorum liberationi proposita est. In diuersa abeuntibus sententiis, causam decidit *Cbllngensbergius*, cum primum palam ediceret, se non modo vt Landiastum ac Præfectum, sed etiam vt Professore iuramentum istud editurum; dein vero etiam literas produceret, a *Comite Preisingio* datas Francofurto, quibus significabat, Augustissimum Imperatorem offensum haud iri, si talia iuramenta, vtqote quasi vi extorta, & nonnisi grauissimo cuiusque damno vitanda, deponantur; modo nullus inde maius suum lucrum quaesierit, aut legitimi sui Principis, illiusue subditorum iura violauerit. Itaque die 30. Iunii academici Professores omnes ac singuli (vnus *Steblerus* absens erat) ex concepta formula, quæ prælegebatur, præstitere. Spondebat vicissim *Comes Gaisruckius* se effecturum apud suam Principem, vt vniuersitati iura omnia atque priuilegia salua manerent. Verum quam inanis fuerit ea promissio, patuit paulo post, cum non tantum iterato in ædes Vniuersitatis, in Collegia Georgianum atque Ignatianum, in Seminarja & in domos priuatas imponeretur miles; sed insuper exactiones cum pecuniariz tum frumentariz imperarentur plane enormes. Sic Rector Vniuersitatis *Schiltengerus* 2000. fl. Parochus ad S. Maurit. præter ingentem fœni, straminis, frumentique copiam 1500. fl. *Cbllngensbergius* præter frumenta, 1500. fl. Granarius Vniuersitatis 4000, fl. *Treylingius*

A.  
1744.

2000. fl. intra quatrimum exfoluere iubebantur. Vnus Institutionum Imper. Professor *Heegius* intactus relinquebatur; *Steblerus* vero mature, antequam scilicet ea exactio publicaretur, fuga se subduxerat: cumque idem fugæ remedium *Schiltensbergerus*, *Hertelius* Parochus & Granarius Vniuersitatis arriperent, soli *Chlingensbergius* & *Treylingius* in manu exactorum relictī, ille quingentos, hic quadringentos florenos numerare coacti sunt.

Magnis incrementis auctum est malum nostrum in autumnō huius anni, cum Austriaci, ob irruptionem Borufforum in Bohemiam, a Rheno reduces frequentius viciniam atque urbem nostram infestarent; ac metu etiā imminentis obsidionis copias prædianarias auerent; ita vt quinque centuriæ Legionis *Hildburghulianæ* Gymnasio academico impositæ fuerint. Fecit ea res, vt iterum alibi refugium quærent Musæ nostræ: designatus Professor Logices *Belafius* Augustæ Vindelicorum substitit; *Scharrerus* Physicæ Professor *Biburgum* abiit, quo ipsum non tantum Scholastici S. I. sed nonem quoque seculares secuti sunt; *Rbombergius*, iam tertium exul, *Eichstadium* cum suis Metaphysicis secedere iussus est. Ne penitus extincta apud nos videretur Facultas philosophica, Physicam ex libro a se edito duobus auditoribus in suo cubiculo prælegit *Antonius Mayerus* Studiorum Præfectus; Logicam quinque discipulis explanauit *Facklerus* Historiarum Professor. Scholarum humaniorum discipuli tam fuere rari, vt geminis classibus vnus Professor comode sufficeret. Tantæ vero paucitatis studioforum ea fuit præcipua causa, quod nouus Gubernator *Rodtius* post ferias autumnales neminem intra urbem admiserit.

Serenissimum Lotharingæ Ducem CAROLVM e Rhenanis prouinciis huc aduentantem die 9. Septembris venerati sunt quatuor Facultatum Decani. Abiit ille postridie Viennam versus.

AN-

ANNO DOMINI M DCC XLV.

A.  
1745.

Rect. CCCXCIII. GEORG. CHRISTOPH. EMAN. HERTEL, Prof.  
Medic. &c.

Inscripti 137.

Nobiles , *Ioan. Nepom.* } *de Reifach, Sandelzhuf. Bau.*  
*Frideric. Sigism.* }  
*Godefrid. Ios. Ant. L. B. de Wildenau a Cröbliz, Cröb-*  
*lizenf. Palat.*

*Franc. Ignat. Sebast.* } *LL. BB. de Saur a Zangenstein,*  
*Arnold. Bonauent.* } *Palat.*

*Franc. Maria Ios. S. R. I. Comes de Muggental in Wald-*  
*peternau & Teybach.*

*Ios. Thadd. L. B. de Pelkbofen, a Wildthurn.*

Non. Prof. *Ferd. Baltb. Ecker, Waldässenf. Palat. SS. Theol. &*  
*Iur. vtr. Doct. Eccl. Colleg. ad SS. Ioan. Ratisb.*  
*Can. ad D. V. Parochus & Controu. Fid. Prof.*  
*ord.*

- *Ioan. Bapt. Bernstich, Calderenf. Tirol. S. I. Prof. Theol.*  
*mor.*

*Henric. Eba, Schönbergenf. Sueu. S. I. Prof. Histor.*

*Beniamin Millgraben, Eichstett. Franc. S. I. Prof. Log.*

Non. Doct. *Ferd. Baltb. Eckber &c. vt supra, Theol.*

*Ioseph. Ant. Winkler, Neoburg. Palat.*

*M. Ioan. Bapt. Ios. Grabler, Neoburg. Palat.*

*M. Carol. Linger, Meltenf. Tirol.*

*Georg. Ioseph. Binner, Neoburg. Palat.*

*Casp. Ioseph. Häberl, Neoburg. Palat.*

} *Medic.*

Omni bello crudelius in ipso huius anni exordio mors  
desenit, cum fato sane immaturo die 20. Ian. nobis eripuit  
CAROLVM VII. Augustiss. Imperatorem, anno ætatis octavo &  
quadragésimo, triennio administrati Imperii nondum plene ex-  
cto. Qua quidem gemina in calamitate, cum scilicet eodem  
tempore nos Augusto Capite orbatos, & sub hostili constitutos  
potestate cerneremus, vnum illud solari nos potuit, quod mox  
ipso die 20. Iannarii Sereniss. Princeps MAXIMILIANVS IOSEPHVS



A.  
 1745. in Metropoli sua Mönacensi gloriosum Prouinciarum suarum regimen sit auspicatus, atque paulo post, die scilicet 22. Aprilis optatissimam nobis pacem restituerit; quas etiam ob causas Academia nostra literas ad Eundem gratulatorias dedit.

Quamuis vero miles Austriacus mense primo Octobri ex vrbe nostra emigrarit, cepit tamen mox a promulgata pace Academia florentiorem induere faciem; rediere enim vndique profugi cum discipulis Magistri; ac designatus quidem iam superiori anno Professor Logices *Engelbertus Belasius* die 26. Aprilis, nempe quadriduo post sancitam Füssenz pacem, Augusta huc adueniens, omnium ni fallor primus lætissimi nuncii baiulus exstitit. Eodem fere tempore Professor Physices Biburgo rediit. *Rbombergius* cum suis Metaphysicis iam Martio mense Eichstadio fuerat reuersus, ita concedente speciali ex gratia Urbis Gubernatore.

Nouus quoque ad D. Virg. Parochus *Ferd. Balth. Eckber* in ætate demum huius anni cathedram suam academicam adiit, sesqui anno iam vacantem, cum die 17. Iulii primam ex Theologia polemica lectionem habuit, absque solenniori quidem principio, quod omittendum isto in rerum articulo putabant reliqui Patres academici. Natus erat *Eckberus* Waldsaffii in Palatinatu boico; educatus deinde in nostra Vniuersitate per Facultates omnes, ne medica quidem excepta, cum laude exquisiti ingenii, singularis diligentiz ac progressus excellentis ita ascendit, vt supremos ex Philosophia, vtroque lure ac Theologia gradus suo merito sit consecutus, laurea etiam medica non indignus, si expetere illam voluisset. Ob præclaram, quam studiorum suorum tempore de se faciebat spem, temporalibus subsidiis ab inclita Philosophorum Facultate beneficentissime adiutus fuit, vti ex scripto ipsius manu libello supplici mihi constat, quo depositoris academici, seu *Quinti*, vt vocabant, munus ab eadem expetiit, & anno 1725. etiam obtinuit. Quæ deinceps egerit, quæ scripserit &c. anni 1775. quo mortuus est, historia dabit.

Die 9. Augusti post spontaneum anni integri exilium ad Academiam & Urbem nostram denique rediit *Hertelius* Vniuersitatis Procancellarius & ad D. Mauriti. Parochus; cuius partes  
 in

in peragendo Procancellarii munere, consentiente Reuerendiss. **A.**  
 ac Cels. Episcopo Eichstettensi, interea suppleuerat **1745.**  
*Christianus Knäbelius* Theologiæ dogmaticæ Professor.

Decima demum octaua Octobris, eadem scilicet die,  
 qua nouus Vniuersitatis Rector electus est, egressis ex nostra  
 Vrbe copiis Austriacis, Boicæ succedunt. Atque ab eo die  
 vsque ad exeuntem Decembrem huius anni albo academico in-  
 scripti sunt vndeiginti supra centenos.

Biduo post memoratum militis Austriaci egressum, die  
 20. Octobris circa nonam matutinam secundo Danubio præter-  
 uenti Augustissimi FRANCISCVS I. Rom. Imp. nuper electus, &  
 MARIA THERESIA Imperatrix, qui cum excensionem facturi an-  
 tea dicerentur, ad illos excipiendos salutandosque, omnes se-  
 se Professores cum Magnifico suo capite iam comparauerant;  
 sed incassum scilicet, cum illi continuato cursu Viennam per-  
 gerent.

ANNO DOMINI M DCC XLVI.

**A.**  
**1746.**

Rect. CCCXCIV. IOAN. IOSEPH. ANTON. HERTEL, Prof. S.  
 Script. &c. III.

Director, Ioan. Adam. L. B. ab Ickstatt, Sereniss. Elect. Bau. Con-  
 sil. Intim. Act. &c.

Inscripti 165.

Illustres, *Steph. Bern. L. B. de Griessenbeck* ab & in Griessenbach.  
*Max. Cajmir. L. B. de Leyden*, in Affing, Berg, Essen-  
 bach & Mattenhofen, Affingan. Bau.

*Ioan. Ferdinand.* } *S. R. I. Comites de Preysing*, LL. BB.  
*Ioan. Maximil.* } in Altenpreysing, Cronwinkel  
*Ioan. Sigismund.* } dicto, a Schenkenau, Frey- &  
 Adelshausen, Ingolstadien. Bau.

*Franc. Clemens Fill* L. B. a Camerberg, Windach &  
 Grunertshofen.

*Marc. Frid. L. B. de Mayr* in Schernegg, Rheling &  
 Harlaching, Monacens. Bau.

F f 3

*Ioan.*

A.  
1746.

- Ioan. Ivo L. B. de Tichtl a Tuzing, Armausdorfenf. Bau, ad vet. Capell. Ratisbonæ Canonicus.*  
*Max. Eman. de Mourat ab & in Schönbrunn.*  
 Nou. Prof. *Ioan. Adam. L. B. de Ickstatt &c. Prof. Iur. publ. Nat. & Gent.*  
*Ant. Schallenger, Thannenf. Alsat. S. I. Prof. Theol.*  
*Ant. Ziegler, Kirchhemienf. Suen. S. I. Prof. Theol.*  
*Paul. Lochmann, Alaripenf. Tirol. S. I. Prof. Theol. mor.*  
*Ioan. Georg. Weisbaupt, Brillonenf. Rhen. Prof. Iur.*  
*Martin. Piechl, Vndersdorfenf. Bau. S. I. Prof. Log.*  
 Nou. Doct. *Ioan. Georg. Weisbaupt, &c. vt supra, Iur. Vtr.*  
*Mich. Ignat. Grabler, Monasterienf. Bau. } Medic.*  
*Matthias Anasberger, Osterhemienf. Bau. }*

In vigesimum vsque octauum Ianuarii h. a. dilatæ sunt solennes exequiæ pro Augustis manibus glor. mem. CAROLI VII. Rom. Imp. Inuitati affixo programme Academici frequentissimi comparuerunt, vti & Gymnasium academicum, & Professores omnes. Panegyri defuncto adornauit *Steblerus* Medicinæ Professor, per horam integram feruidus orator.

Iustis Augustissimo rite perolutis, actum est paulo post de reformanda Academia; missumque ea causa decretum Electorale, vt singuli Professores separatim & priuatis literis ad Consilium Intimum mitterent informationem de iis omnibus, quæ in Vniuersitate censerent reformanda. Primus rei illius effectus videtur fuisse superueniens mense Iulio nouum decretum, quo iubentur Philosophi intra biennium deinceps suum cursum absoluerent. Simul iisdem mandatur, vt ipsi modum tradendæ biennalis Philosophiæ designent.

Eodem mense Iulio Sereniss. Elector noster MAXIMILIANVS IOSEPHVS primum illudque singulare edidit exemplum propensæ suæ voluntatis in Academiam, eiusque promouendi splendorem, cum ad disputationem ex Theologia polemica, quam *Franc. Xav. Hörl* Landishutanus, Præside *Eckbero* Controu. Fid. Professore, sub Auspiciis clementissimis Sereniss. Electoris die 20. Iulii instituit, inprimis *Liberum Baronem de Ickstatt* Consiliarium Intimum & Appellationum Vicecancellarium, dein *Iosephum Clemen-*

A.

1746.

*Clementem du Lac* Conſiliarium aulicum, ac denique ſuum Conſcientiæ Moderatorem *Danielem Stadlerum* ablegauit, qui ſuo nomine actum illum literarium condecorarent. His ſefe honoris cauſa iunxere ſocios Gubernator Vrbiſ *Comes de Reymond*, aliisque primi ordinis Officiales bellici, ante & poſt meridiem concertationi præſentes. Argumentum primarium ſeu honoris, vt vocant, propoſuit memoratus antea *Daniel Stadlerus*, ad id muneris ſpeciali mandato a Sereniſſimo inſtructus.

Sub autumnum ſerio admota eſt manus reformationi Academiz: præcipuum illius instrumentum erat *Illuſtris Ickſtadius*, vir memorabilis, & sæpe deinceps cum laude nominandus. Hic vero quis fuerit, antequam ad nos acceſſit, operæ pretium fore exiſtimo, ſi paucis deſcribam. Natus erat *Ioannes Adamus Ickſtatt Vockenhuſi* in ditione Moguntina anno 1702. die 6. Ianuarii. Rudimenta latinæ ac græcæ linguæ, & ex parte Mathæſeos etiam & Philoſophiæ principia Moguntiz didicit, inuito quidem parente, qui operi potius domeſtico admouere illum cogitabat. Verum iuuenis *Ickſtadius*, ſciendi cupidine tractus Pariſios abiit, vbi *Varignano* præcipue & *Fontenellio* magiſtris & adiutoribus vſus diſciplinæ illas omnes plenius hauſit. In medio ſcientiarum curſu, neſcio, quo fato, ad vitam militarem deflexit, inter Gallos primum, tum inter Auſtriacos, vbi famoſo *Bonneuallio* innotescere cœpit; cum enim rationem, pro more ſcilicet gregarii militis ageret, ac depoſita bombardæ, legendis libris ſe occuparet, obſeruatus ab ipſo *Bonneuallio*, atque ad reddendam rationem vocatus, excuſando huic qualicumque delicto ſuum erga optimas artes ſtudioſum atque amorem prætendit; oſtenſaque literaria ſua ſupellectile, *Homero*, *Horatio* & *Fenelonii Telemacho*, fidem facile inuenit. *Bonneuallius*, qui ipſo eo tempore ſuum ad Turcas tranſitum animo volebat, eius militis, iuuenis ingenioſi & literarum ac linguarum maxime peritia excellentis operam ſibi non inutilem fore ratus, eundem ſibi ſociauit, ac Venetias ſecum perduxit. Verum *Ickſtadius* in ipſo quaſi puncto tranſitus ad Turcas, ab hominis illius ſocietate ſe abſtraxit, atque priſtinum erga ſcientias animum reſumens viſendæ Angliæ conſilium cepit. Eam profectionem cum per Hollandiam inſtitueret, cum *Grononio* aliaque

A.

1746. que erudite aliquamdiu conuersatus in magnam Britanniam transiit. Lustratis ibidem celebrioribus Angliæ, Scotiæ ac Hyberniæ Academiis, ex summorum virorum *Newtonii*, *Popii*, *Addisonii* &c. societate, mirum est, quantum profecerit. Nec vero discendo tantum, sed & docendo sese in Anglicana sua commoratione occupauit; ac speciatim, quod ex ipsius ore habeo, græcæ linguæ ac Matheseos institutiones aliquamdiu tradidit. Hac ratione etsi eidem necessaria vitæ subsidia abunde sufficerent, redire tamen in Germaniam constituit, magni potissimum *Wolffii* fama excitus, qui circa id temporis (anno 1723.) Hala Magdeburgica migrare iussus, ac Marburgi cum honore receptus, non illam tantum Academiam, sed omnem literarium orbem, sui nominis ac doctrinæ celebritate repleuerat. Venit igitur *Ickstadius* anno 1725. vel initio anni 1726. Marburgum, ac ibidem duce *Wolffo* non solum scientiarum philosophicarum cursum repetiit, sed Magister etiam eodem Brabenta paulo post, anno 1727. creatus, lectiones philosophicas atque mathematicas instituendi singularem obtinuit facultatem. Subiit hæc inter eius animum de colendo Iurisprudentiæ studio salubris cogitatio; quo vtiliorem scilicet patriæ se redderet; fecitque in eodem intra biennium tantos processus, quantos a *Wolffii* discipulo expectes, rigori demonstrationum assueto. Anno 1729. relicto Marburgo, Moguntiam denique rediit; Doctorque ibi Iurium creatus, publice tamen eadem interpretandi licentiam impetrare non potuit. Anno autem 1731. opera Comitis *Stadionii* fautoris sui præcipui, quique eundem duos fere annos domi suæ aluerat, ad Wurceburgensem Academiam vocatus, & doctrina & scriptis ibidem claruit ad annum vsque 1740. quo a Sereniss. Electore Bauriæ CAROLO ALBERTO expetitus, Principi Electorali MAXIMILIANO IOSEPHO in addiscenda Iurisprudentia Instruëtor datus est. Cumque eodem tempore CAROLVS ALBERTVS post mortem CAROLI VI. Imp. probandis in ditiones Austriacas suis iuribus intentus esset, *Ickstadius* pleraque scripta, seu Deductiones, quas vocant, in fauorem domus Bauriæ editas, elucubrauit. In laboris præmium Nobilitatis diplomate donatus, ac negotiis publicis adhibitus, primam Regni Bohemiz, mox Imperii Consiliarius aulicus a CAROLO VII. electo interea Rom. Imp. cuius lateri perpetuo

A.

1746.

petuo adharebat, designatus est. MAXIMILIANVS JOSEPHVS post pramaturum Augustissimi Parentis obitum anno 1745. Prouisor ac Vicarius Imperii suum in Iuris studio Præceptorem Vicariatus Iudicii Assessorum ac mox Liberum S. R. I. Baronem nominauit, qua ipsa honoris prærogatiua, instante potissimum *Ickstadio* Illustrum etiam *Wolsium* insigniuit. Sublato Vicariatus Iudicio eundem Consiliarium intimum & Appellationum Consilii Vicecancellarium, ac demum anno 1746. Directorem Vniuersitatis Ingolstadiensis, Iuris publ. Rom. Germ. Naturæ ac Gentium, nec non Iuris Oeconomico-Cameraris Professore, Vicepresidem huius Ducalis Consilii, & Vicepresertum libri ac immediati prouincialis Iudicii Hirschbergenis constituit.

Hisce honorum ac dignitatum titulis ornatus nouus Vniuersitatis Director, seu Inspector, ut quondam dixerunt, ac Superintendens, mense Octobri h. a. ad nos accessit, ac die 30. eiusdem albo academico nomen dedit. Postridie ante ipsam electionem noui Rectoris, post breuem ac perhumanam ad Patres academicos allocutionem, deposuit iuramentum omnibus Vniuersitatis Consiliaris consuetum, ea solum adiecta appendice, se omnia fideliter executurum, quæ insuper sibi per clementissimum Serenissimi decretum iniuncta essent.

Constituto hunc in modum Directore, vltior Vniuersitatis reformatio a Iuridica Facultate cæpta est; (vid. *Annal. Acad. P. IV. Num. LXXXVIII. p. 436. & seqq.*) in qua nouæ imprimis erectæ cathedræ; Iuris Naturæ ac gentium & Iuris Oeconomico-Cameraris; quorum vtrumque vnacum Iure publico Rom. Germ. explicandum sibi sumsit *Ickstadius* Director; Ius patrimoniale ac feudale *Cblyngensbergio* commissum est; *Schiltensbergero* Codex & Digesta. Institutionum Imper. cathedram inde ab aliquot annis *Heqius* tenuerat; verum hoc ipso anno ad Electoralis Regiminis Consilium, quod *Straubingæ* est, translatus, locum fecit *Ioanni Georgio Weishauptio*, Iurium antehac in Vniuersitate *Würceburgensi* Repetitori publico, qui die 14. Octobris per decretum Electorale Institutionum Imperialium & Præceos criminalis Professor, cum stipendio 600. fl. designatus est; eandem die 4. Nouembriis in ipsa nostra Vniuersitate promotore *Cblyngens.*

G g

A.  
 1746. gensbergio suscepit; ac paulo post lectionum suarum initium fecit.

In theologica Facultate quamvis nulla facta fuerit reformatio, illud tamen occurrit huius anni memoria non indignum, quod duo insignes viri explicandis sacris Religionis nostrae dogmatibus sint admoti, *Antonius* scilicet *Schallensbergerus* & *Antonius Zieglerus*, de quibus deinceps sermo redibit.

Haud absque secundo capite reformationis suspicio factum existimem, ut Vniuersitas ipso hoc anno & plures numeraret alumnos, quam a multis retro annis, & in his tales, qui vel generis nobilitate, vel gestis postea muneribus, vel editis ingenii monumentis, vel singulari eruditionis ac doctrinae fama florere; immo hodieum plerique florent. Ex his primo loco memorandi veniunt Illustrissimi tres fratres *Ioannes Ferdinandus*, *Ioannes Maximilianus* & *Ioannes Sigismundus Comites de Preysing* &c. *Iosephi Preysingii* huiusmodi Vicegubernatoris, & *Theoresia Rechbergia* filii; quorum prior *Ferdinandus* fato immaturo extinctus est anno 1755. Alter *Maximilianus*, Consilii aulici Monacensis Vicepraeses; tertius *Sigismundus* huiusmodi urbis hodie Vicegubernator est. Reliquos eo ordine recensebo, quo nomen suum albo academico dedere. I. *Ioannes Georgius Lory*, Steingadensis Bauarus, posthac Iurium apud nos Professor, de cuius publicis muneribus, ac de scriptis in orbem euulgatis alias redibit sermo. II. *Iosephus Eucharus Obermayr*, Wendingantis, subsequenter temporibus Consilii Camerae primum, tum Appellationum, ac demum Intimi dignitate conspicuus, Fisco Electorali praefectus, ac liberos inter Barones relatus; scripsit anno 1763. de *Numis Bauaricis* eruditissimum opus, item *Deductionem* in fol. in causa *Donaustaufeni*. III. *Antonius Ioannes Lipovskij*, ad S. Martinum in Bauaria natus, postea Electoralis Consilii Ecclesiastici Secretarius, in omni Iurium ac Historiarum genere versatissimus, & Monacensis Scientiarum Academiae insignis decus; quippe quam non tantum sapientissimis suis consiliis constans in consuetis conuentibus assessor adiunxit, sed & eruditissimis scriptis illustravit; id quod singula fere Academicarum Commentationum Volumina testantur. De reliquis ingenii illius monumentis, ac praecipue de *Domaniis*, sic dictis,  
 in

A.

1746.

in Boioaria, videatur elegantissima oratio *Laurentii Westenriederi* defuncto an. 1780. *Lipowskyo* dicta. IV. *Georgius Gerardus Schelf*, Volcacensis Franco, & ipse diligentissimus Iurisprudentiæ cultor, ac Electoralis Appellationum Consilii, quod Monachii est, hodie Assessor. V. *Iosephus antonius Carl*, Benedictoburanus Bauarus, Medicinæ tunc studiosus, hodie Professor, de quo ad annum 1754. & deinceps sæpius. VI. *Andreas Carolus Goldhagen*, Moguntinus, Appellationum posthac Consiliarius, ad Camerale Iudicium Wezlariense Subdelegatus, ac S. E. B. Consiliarius Intimus. VII. *Cosmas Damianus Klossner*, Monacensis Bauarus, scientiæ medicæ tum auditor, postea Doctor ac Professor, vti ad annum 1759. notabitur.

Inscripti præterea sunt eodem anno Nobiles complures, qui Illustrium posthac, & Liberorum Baronum prærogatiua sunt aucti, vt *Ios. Matthias Kilian. de Fick*, Solisbacensis; *Franc. Leodegar. ab Erdt*, Monacensis; *Ioan. Baltas. de Hannekamb a Schirmis*, Leuchtenbergensis Palatinus; *Ioan. Franc. Maria de Bartels*, Ambergensis; *Ioan. Casp. Caiet. de Feuri*, Landshutanus; &c.

Die 7. Nouembris coram Rectore Vniuersitatis & quatuor Facultatum Decanis, requisitis cum solennitatibus celebratus est contractus venditionis atque emtionis Bibliopolii *Delabayani* inter Dominam de *Schans*, vxorem antehac *Delabayanam* ex vna, & *Franciscum Xauerium Crätz* ex altera parte.

Circa finem huius anni communicatum nobis est clementissimum Rescriptum Electoralis Cameræ, vi cuius alma Vniuersitas habeat in posterum cumulatiuam administrationem suorum bonorum, ius item patronatus in Parochias, vti antehac habuit. Confirmatum est id ipsum paulo alio Rescripto Consilii aulici. (Vid. *Annal. Acad. P. IV. Num. LXXXIX. p. 446. & seq.*) Fuerunt hi sine dubio primi effectus potentissimorum conatum, quos nouus Director suæ Vniuersitati impendit.



**A**  
**1747.**

**ANNO DOMINI M DCC XLVII.**

**Rect. CCCCXCV. HERM. ANT. MARIA DE CHLINGENSPERG &c.**  
**Iur. patr. ac Feud, Prof, ord. VI.**

**Inscripti 162.**

**Illustres**, *Franc. Philipp. L. B. de Isselbach*, Præfectus Hiltpoltstein. & Haidegg. renou.

*Ioan. Christian. L. B. de Isselbach.*

*Josepb. L. B. de Sternbach*, Klagenfurt. Carinth. SS. Theol. Stud.

*Franc. Ant. L. B. de Lemming*, Ingolstadt. Inst. Cler. secul. in comm. vii. Alumnus.

*Max Ios. L. B. & Nobil. de Hofmihln*, Reichenhallens.

*Herman. Ios. L. B. de Lerchenfeld*, Solisbacens.

*Zacharias de Voitenberg*, Herzogauiens. Palat.

*Franc. de Paul. Liber ac Nobilis Baro de Bienenau*, Dominus in Hartmansberg & Wildenholzen.

*Philipp. Waltber. Comes Pusler*, de Clonebouch, Libicenf. Bohem.

*Franc. Felix Comes de & in Altenfränking*, Dominus in Hagenau, Cellberg &c.

*Ioan. Nep. Franc. Xau. L. B. de Limpöck*, Straubing.

*Carol. L. B. de Falkenstein*, Vzmemingens. Rhætus.

*N. Topor Morawitzky de Rudniz*, Ingolstadiens.

**Non. Prof.** *Georg. Fränklin*, Hiffing. Suen. S. I. Prof. Log.

*Heuric. Schütz*, Niccaro-Vlmenf. Franc. S. I. Prof. Hist.

**Non. Doct.** *Franc. Xau. Hörl*, Landishutan. Bau. Theol.

*Idem Franc. Xau. Hörl &c.*

*Theodorus Camerlobr*, Monacens. Bau. ] **Iur. Vtr.**

*Henr. Franc. Fischer*, Solisbac. Palat.

*Ioan. Iac. Rudolph. Schumacher*, Tugiens. Heluet. ] **Medic.**

*Ioan. Iosepb. Giefs*, Wemding. Bau.

*Ioan. Valentin. Höbn*, Herbipolit. Franc.

**Mox ad initium huius anni difficile negotium Vniuersitati fecit Ioannes Michael Forsterns, Parochus Wemdinganus. Nominatus ia fuerat iam anno 1744. Iulio mense communibus Pa.**

A.  
1747.

Patrum academicorum votis ad dictam Parochiam, & a Consilio Ecclesiastico Monacensi, quod tum sub Administratione Austriaca constitutum erat, etiam presentatus, atque a Reuerendiss. Ordinario Eichstettensi investitus. Cum vero paulo post Francofurtum Monachium redisset Augustiss. Imp. CAROLVS VII. reiecta *Forsteri* nominatio atque presentatio; & Parochia Wemdingana *Streichero* Sacellano aulico collata est. Lis Romanam deducta; fructus autem parochiales sequestro dati sunt. *Forsterus* cum audiisset, nuper Vniuersitati omnia iura Patronatus confirmata esse, petiit & ipse ab eadem in acquisito per nominationem iure stabiliri. Consensit iustæ petitioni Senatus academicus, suamque apud Serenissimum interposuit intercessionem, ut Vniuersitatem iure nominandi ad certas parochias nuper confirmato frui pleno cum effectu hoc maxime in casu permitteret. Et vero optatum ea res successum habuit: *Forsterus* in Parochiam Wemdinganam immissus; *Streicherus* autem illius annulus ad Kelhemientem paulo post promotus est.

Cum Magistratu etiam ciuico dissensionis nonnihil interuenit Vniuersitati; cum enim ille per literas Senatui academico insinaret, vi decreti Electoralis omnes Academicos, ipsis Professoribus non exceptis, portam Danubianam egressuros ad soluendum pontagium quoddam obligari, dum nouus pons extrueretur, rescriptum eidem est, exemptionem studiosorum tam antiquam esse, totque exemplis firmatam, ut in presenti casu ab illa recedi non debeat. Cumque postea pontagium illud militari manu ab Academicis exigeretur, significatum est Praefecto militiae, ut ab omni violentia interea abstineret, dum ab iustissimo Electorali Consilio, ad quod ab Vniuersitate recursum iam esset, responsum adueniret. Ita demum exemptioni datus est locus, & studiosi libere ire, redireque permitti sunt.

In communi per Bauariam huius anni lætitia, ob duplices scilicet, easque mutuas inter Aulam Boicam atque Saxoniam nuptias, id nobis præcipue honoris obuenit, ut die 15. Ianii præter Sereniss. Electorem nostrum Serenissimam quoque Eius sororem MARIAM ANTONIAM, regii Poloniz ac hæreditarii Saxoniz Principis FRIDERICI CHRISTIANI sponsam ritu solenniori venerari liceret; quæ etiam Rectorem cum Senatu sibi gratulantem

A.  
1747.

lantem beneuole audiit, suasque eidem gratis clementissime promisit. Die 7. sequentis Iulii MARIAM ANNAM Regis Poloniz ac Saxoniz Electoris filiam, Sereniss. Electori nostro desponsatam circa nonam vespertinam Patres academici excepere, admissique sunt ad alloquium cum singulari gratiz testificatione. Sereniss. MAXIMILIANVS IOSEPHVS Elector, qui & ipse presens aderat, publicam salutationem non admisit, quod incognitus esse vellet, atque aliquot post horas hinc Wollenzachiam abiret, vbi vnacum Augustissima Imperatrice Vidua altero die Serenissimam Sponsam expectabat.

Die 5. Septembris solennitas homagii nouo Electori ab huiate Ciuitate prestandi instituebatur: peractum est eo sine hora 8. matutina Officium diuinum ad D. Mauritii; tum depositum a ciuibus iuramentum, ac demum decantatus hymnus Ambrosianus. Hæc inter ter explosa omnia per munimenti circuitum tormenta bellica; inhibita vero ædium illuminatio, omnesque ignes artificiales. Ad Patres academicos illo de actu nihil pertinuit, nisi vt testes agerent honorarios.

Ad Academiam nostram hoc anno accessit *F. Cælestinus Angelsbrugger*, Augustanus, Ord. Cisterc. Cæsareæ Professor, hodie ibidem Abbas, literarum ac literatorum fautor eximius, & nostræ Vniuersitati addictissimus, quod sæpe quidem alias, anno tamen eidem tertium seculari præcipue ostendit, vti ad ipsum illum annum memorabitur.

E Collegio philosophico in autumnno huius anni discessere *Ioannes Baptista Facklerus* Historiarum, & *Engelbertus Belafus* Metaphysicæ Professor; atque hic quidem cum per sex deinceps annos Cathedræ theologicæ, ac multo plures Seminario Clericorum secularium Bruntrutano præfuisset, demum ab ipso Sereniss. Electore MAX. IOS. conscientiz arbiter adhibitus, ad fatale vsque anni 1777. momentum Eidem adstitit, magna integritatis ac fidei commendatione. In Cathedra Philosophica eidem successit *Georgius Fränklinus*, vir rectissimis moribus, & singulari in laboribus literariis solertia. Scripsit nuper iam septuagenario proximus, *Grammaticam Lingue Germanicæ*, a summis Criticis in multis laudatam. Obiit anno 1781. Neoburgi ad Danubium. Pro *Facklero* lectionem historicam suscepit *Henricus Schltzins*,

*tzius*, qui spartam illam per continuos viginti & vnum annos ornamit, cum felicissimæ memoriæ & indefesse diligentiz laude, quod eruditissimæ ipsius commentationes satis dem. nstrant, de quibus suo loco.

Huius anni historiam claudit clementissimum Rescriptum, quo ritus deponitionis, vt vocant, academicæ, omnisque sumtus in eam hæctenus fieri solitus, prorsus interdicitur. Variè per hunc annum super ea re consultatum fuit a Patribus academicis, opinantibus nonnullis, abrogata etiam deponitionis cærimonia, saltem pecunias, vt antehac exsoluendas esse, cum duo semper pauperes studiosi egestatis subsidium ex illo proventu habuerint, ac porro habere possint. Monachium etiam hæc in libello supplici perscripta sunt; sed nihil effectum est, nisi quod rescriberetur, vt ex dictis pecuniis Substituto Pedelli academici a Rectore Vniuersitatis provideatur.

---

ANNO DOMINI M DCC XLVIII.

Rect. CCCXCVI. IOAN. IACOB. TREYLING, Medic. pract. & Anatom. Prof. &c. V.

Inscripti 136.

*Hæstres*, Clem. Maria de Zebmann sur Katz- & Pettendorf, Dominus in Di-merzheim, Bonnenf.

*Christian. L. B. de Horneck* a Pirkha.

*Sigism. Ant. L. B. de Müller*, Neoburg. Palat.

*Maximil. de Frenau* ab Offenstetten.

*Franc. Bernard. de Anetban* a Densburg, Pfaffenhof: Palat.

*Clem. August. L. B. de Herwarth* ab hohenburg, S. E. B. Epheb. Aulic.

*Ios. Dominic. Comes de Tauffkirch* ab Engelburg, S. E. B. Epheb. Aulic.

*Wilhelm.* ) *L. L. B. de Hallberg*, Mannhemienf.

*Franc. Ios.* )  
*Hieron. Maria S. R. I. Comes de Lodron* in Haag &c. Nou.

A:  
 1747.

A:  
 1748.

**A.**  
**1748.**

**Nou. Prof.** *Ioseph. Leyx*, Eichstett. Franc. S. I. Prof. Caf.  
*Berthold. Hauser*, Wildenberg. Bau. S. I. Prof. Ethic.  
*Ioseph. Mangold*, Rheling. Suen. S. I. Prof. Log.

**Nou. Doct.** *Ios. Ignat. ab Vuerthl*, Monacens. Præpos. Inful.  
 ad S. Wolfg. in Burgholz prope Hagam. }  
*Carol. Liepert*, Can. ad S. Maurit. Augustæ } *Ar. Iur.*  
 Vind. }  
*Anton. Hertel*, Can. Ilenens. }  
*M. Ioan. Ioseph. Rieger*, Straubing. Bau. }  
*Franc. Xau. Ignat. Ascher*, Straubing. Bau. }  
*Sebast. Haggmayr*, Grientegernbacens. Bau. }  
*Modest. Rauschmayr*, Penzing. Bau. }  
*Ioan. Nicol. Caron du Val*, Amberg. Palat. } *Medic.*  
*Ioan. Ant. Dorner*, Rhainens. Bau. }  
*Ioan. Georg. Max. Pock*, Landsberg. Bau. }  
*Ioan. Georg. Zech*, Monacens. Bau. }

Cum ob superioris anni decretum Electorale, quo Directori Vniuersitatis præcedentia ante ipsam Rectorem Magnificum extra actus academicos concedebatur, obque alia nonnulla reformationis capita, varii sese motus inter Patres academicos extulissent; atque inde ipsorum etiam Studioforum animi varie pro vario affectu essent accensi, ita vt infamia carmina, alizque chartæ contumeliosæ passim spargerentur, *Ichstadius* Director, quem turbæ illæ fere vnum petebant, Commissionem, vt vocamus, Electoralem Monachio euocauit. Aduenit igitur die 12. Ianuarii *Comes Zeilius* Commissionis Præses, qui eodem adhuc die coram congregato Senatu academico literas Sereniss. Electoris, commissi negotii testes prælegi iussit. Varia deinceps tractata sunt modo cum singulis, modo cum omnibus Facultatibus; ac præcipue inquisitum est in auctorem infamium, de quibus dictum est, libellorum; qui cum detegi non posset, die 3. Februarii illæ ipse infames chartæ publico in foro a carnifice flammis traditæ sunt; die autem 8. eiusdem mensis DD. Commissarii Monachium rediere.

Perpectum ex his habemus, quantum Sereniss. Electori nostro disciplina morum, ac scientiarum incrementum cordi fuerint.

At

A.  
1748.

At non segnus pro augendo Religionis nostræ decore vigilavit, cum elementissimo sanxit decreto, ut in festo Theophoriz, quam Catholici vocamus, Professores imprimis omnes, doctoralem habitum induti; omnes item Academici consuetam processionem comitarentur. Ac Illustribus quidem Studiosis vi eiusdem decreti concessum est gladiatis interesse; quod eo sine hic annoto, ut intelligat lector sæpe rerum etiam minimarum curiosus, ad quod vsque tempus se extenderit illa siue lex, siue consuetudo gestandi pallium in omnibus seu sacris seu literariis actibus publicis. Certe cum superiori anno Professor Institutionum Imperialium in publica disputatione theologica gladius compareret, id ipsum tanquam rem insolitam *Eckberus* læræ Facultatis Decanus scripto notavit.

Ad actus literarios eo lubentius nunc progredior, quo plures ac splendidiore hoc anno celebrauimus. Die 3. Iulii sub auspiciis Sereniss. Electoris duo fratres germani ab *Vnertl*, *Ios. Ignatius* scilicet Præpositus insulatus ad S. Wolfgangum & *Max. Philippus Nerius* Theses publicas ex omnigeno iure defenderunt Præside *Cblingensbergio*, qui illo in actu sua *Collegia Iuris patriæ ad processum summarium* typis impressa publicauit; quibus eodem adhuc mente in alia disputatione *Continuationem eorundem suorum Collegiorum* subiunxit. Die 8. Iulii memoratus *Ios. Ignar. Vnertelius*, *Carolus Lieppertus* & *Antonius Hertelius* ab ipso Vniuersitatis Directore *Ickstadio* Iuris vtriusque Doctores creati sunt. *Schiltenbergerus* quoque noster Iurium Professor in lucem publicam edidit Dissertationem academicam *de Pace*, cum Præsidem ageret disputationis solennis, quam *Maximilianus Baro Leidenius* die 19. Aug. instituit.

Hoc tandem anno Philosophia triennalis in Academia nostra expirauit, postquam ducentos ac septuaginta sex annos, a prima scilicet illius origine in eodem subsisterat. Absoluit vltimum cursum triennale, ac simul primum biennale *Beniamin Mühlgrabentus*; cum enim *Martinus Picchelius* Physices Professor ob destructam ex intentione studiorum valetudinem hinc discessisset, *Mühlgrabentus* vtriusque cursus auditores coniunctos vna eademque prælectione erudiuit, ac denos ex illis Magistros die 15. Iulii creauit. Patres Societatis pro suis Philosophiæ

H h

Stu-

**A.**  
**1748.** Studiosis integrum triennium putarunt esse retinendum; tum vt ex ingenti illa materiarum philosophicarum farragine quasdam enucleatius perdiscerent, ac rigorosum etiam examen sustinerent; tum etiam vt ad humanioris literaturæ magisterium, cui absoluto Philosophiæ curriculo applicabantur, hoc intercalari quasi anno præparare se possent. Hi vero vt & ipsi Professore rem haberent, qui iura & priuilegia Vniuersitatis cum ceteris Facultatis philosophicæ Patribus participaret, cum consensu Serenissimi Electoris istud inuentum est medium, scilicet, vt Ethica, quæ hætenus cum studio historico coniuncta erat, ab eodem iam separaretur & peculiarem acciperet Professore, illum nempe ipsum, qui Philosophiæ biennis cursum absoluisset; quamuis hoc quidem anno, ob *Piechellii* discessum nouus ac primus constitutus fuerit Professor Ethicæ *Bertholdus Hauserus*, insigniter posthac de Philosophia meritis, quippe cuius partes omnes octonis omnino Tomulis diligentissime ac eruditissime scriptis illustravit, immortalis demum docto labori anno 1762. cum Dilingæ Matheseos Professore ageret, annos nonnisi novem & quadraginta natus; dignus certe, cuius in literaria patriæ nostræ historia immortale sit nomen. Logicam eodem autumno explanare cepit *Iosephus Mangoldus*, vir clari & ipse nominis, quique primus omnium in hac Vniuersitate Philosophiam Cartesianam typis publicauit. Verum de hoc sæpius deinceps redibit sermo. Circa lectiones secundarias a Philosophiæ auditoribus frequentandas ita constitutum est, vt Logici Matheseos, Physici Historiam audirent; Ethicam cuius liberum esset accedere.

Medio Nouembri missum est ad Vniuersitatem triplex Serenissimi nostri decretum, quo iudicium expetebatur Patrum academicorum super triplici libello supplici; quorum vnum Serenissimo obtulerat *Schiltensbergert* nostri filius, Consiliarius Regiminis Burghusiani, pro obtinenda apud nos Iurium Cathedræ ordinaria, cum quadringentorum florenorum stipendio, ac re-tento titulo Consiliarii Burghusiani. Alter libellus erat *Georgii Lorii* Iurium Licentiati, qui sese offerebat ad extraordinariam Institutionum ac Historiæ Iuris lectionem gratis, & sine cuiusquam præiudicio habendam. Tertius denique erat Chyrurgi  
 cuius-

cuiusdam, petentis, vt in academicum Artis obstetriciæ Magistrum assumeretur, ac congruum suo muneri stipendium ex Academia arario acciperet. Conclufum est per plura Patrum academicorum suffragia, vt *Schiltbergeri* ac *Lorii* caussa Facultati iuridicæ relinqueretur, quæ illa de re scriptum quoddam conficeret, Senatui communicandum, antequam Monachium mitteretur. Quamuis eiusdem tenor quis fuerit, mihi hæud constet, patet tamen ex subsequentium annorum historia, *Lorium* anno proxime sequenti, *Schiltbergerum* vero anno 1755. voti sui damnatos fuisse. Chyrurgo, cathedræ obstetriciæ candidato peius cessit sua supplicatio; cum enim Facultas medica, ad quam illa caussa translata fuit, suam iudicium Serenissimo transcripisset, ille per novum decretum non sine dedecore quodam suo a conceptis consiliis desistere iussus est.

A.  
1748.

ANNO DOMINI M DCC XLIX.

A.  
1749.

Reft. CCCXC VII. FERD. BALTHAS. ECKHER, SS. Theol. & Iur. vtr. Doct. Summæ Cathedr. Eccles. Eichstettens. Canonicus, S. E. B. necnon Reuerendiss. & Cels. S. R. I. Princ. Episc. Eichstett. & Ratisbon. Consil. Eccl. Collegiatæ Ecclesiæ ad SS. Ioannes Canon. Controu. Fid. Prof. ord. ad D. Virg. spec. Parochus.

Inscripti 168.

Illustres, *Frideric. de Reifach*, Sandelzhufan. Bau.

*Ios. Ferd. Comes de Plettenberg*, ex Lenhausen.

*Carol. Ant. de Hellersberg*.

*Max. Ios.*

*Franc. Ant. S. R. I. Comes de Kreith a Guttenegg*, Palat.

*Ioan. Bapt. Georg. de Neys*, Straubing. Bau. Eccl. Collegiat. ad S. Vit. Frisingæ Canon. Domicell.

*Augustin. L. B. de Leoprechting*, Allersberg. Palat.

*Ios. Maria L. B. de Packerreith*, Monacens. Bau.

*Wilb. Ludou. L. B. de Rummel*, Poppenreithens. Palat.

H h 2

Ludou.



A.  
1749.

- Ludou. Ios. S. R. I. Eques de Bähly.*  
*Ioan. Nep. Ios. S. R. I. L. B. de Zech, Monacens. Bau.*  
*Carol. de Imhof a Spillberg &c.*  
*Ioan. Nep. L. B. de Füll a Cammerberg &c.*  
*Hubert. Ferd. L. B. de Psetten, Rözehl. Palat.*  
*Maximil. Comes de Tooskirch* } S. E. B. Ephebi auf.  
*N. L. B. de Zehmen*  
*Franc. Ios. L. B. de Berger, Sraubing. Bau.*  
*Max. Franc. Ios. L. B. de Schönbrunn a Mattan & Mittich.*  
*Carol. Borrom. L. B. de Berchem, Burghuf. Bau.*  
**Nou. Prof.** *Franc. Horns, Gmundenf. Austr. S. I. Prof. Theol.*  
*dogmat.*  
*Ignat. Thierbeck, Monacens. Bau. S. I. Prof. Theol. mor.*  
*Ignat. Bayer, Roschacens. Acron. S. I. Prof. Log.*  
*Ioan. Georg. Lori, Steingadens. Bau. Rer. criminal. &*  
*Hist. Jur. Prof. extraord.*  
**Nou. Doct.** *Ioan. Georg. Lori, vt supra,*  
*Ioan. Christoph. Graf, Syndic. Ciuit. Ingolstadt.* } *Iur. utr.*  
*Thom. Casp. Gabelsberger, Mainburgens. Bau.*  
*Ios. Iac. Kuplbaar, Vetero-Oettingan. Bau.*  
*Ios. Ant. Carl, Benedictoburau, Bau.*  
*Ioan. Mart. Strixner, Kaltenbacens. Bau.*  
*Cosmas Damian. Kiosner, Monacens. Bau.*  
*Ioseph. Iacob. Poll, Frisingen.* } *Medic.*  
*Ioseph. Leonard. Schwemmer, Donauwerdan.*  
*M. Matthias Brunwiser, Ramersberg. Bau.*  
*Georg. Franc. Klony, Eichstadian. Franc.*  
*Ioan. Casp. Erhard. Schmetzerer, Eichstad. Franc.*

Serenissimus noster MAXIMILIANVS IOSEPHVS hoc iterum anno pro Vniuersitatis bono solícite vigilauit; mense enim Februario per speciale decretum singulis Facultatibus antiquissimum ius sua stipendia libere conferendi ita restituit, vt in posterum ab Electorali Camera dependere minime debeant; quæ res multa Academix incommoda per plures iam annos attulerat.

Mense

A.

1749.

Mense Martio aliud ad Academiam ex Consilio intimo transmissum est decretum, quo serio præcipitur, ne quisquam ad Iuris vel Medicinæ studium deinceps admittatur, nisi integrum Philosophiæ biennium ab eo absolutum fuisse certo constet. Cumque duæ Facultates, consultissima ac saluberrima, exceptiones quasdam in contrarium Serenissimo obtulissent, nouæ eodem adhuc anno superuenere literæ, quibus extranei saltem ab ea lege eximuntur; alii admitti quidem possint in secundo studii philosophici anno ad Collegia Iuris Naturæ, vel Anatomie frequentanda, ita tamen, ut hic annus ad abfoluendum cuiusvis Facultatis curriculum non computetur.

Eodem Martio missæ sunt Monachio ad Vniuersitatem literæ cuiusdam Prætoris, quibus Abbatem Farnbacensem apud Sereniss. Electorem accusat, quod propria auctoritate, in præiudicium Vniuersitatis secularem quemdam Iuris Repetitorem Salisbùrgensem ducentorum florenorum stipendio conduxerit, qui iuuenes Monachos ad civilem Iurisprudentiam institueret. Hasce literas una cum libello supplicii ipsius Abbatis, quo Prætoris obiectiones disbluere, ac Repetitoris huiusmodi retinendi gratiam obtinere conabatur, Serenissimus ad Vniuersitatem transmissit, eiusdemque super ea causa iudicium exquisiuit; Collectis Patrum suffragiis responsum est ab Vniuersitate, hominem secularem ad tradenda in monasterio Iura dicto Abbati minime permittendum esse.

Roma etiam habuit quoddam theologicum circa vsuras ad vniuersitatem nostram missam, cuius resolutionem Theologi nostri mense Iunio in urbem remisere. Exerouere hanc adhuc tempore antiquum suum ius-censuræ in varia opuscula, ab ipso direttore Vniuersitatis, a Canonum, Legum, & Medicinæ Professoribus submissa.

Ad Iurisconsultorum nostrorum Collegium accessit hoc anno *Ioannes Georgius Loff* in superiori Bauaria prope Staingadium natus, Rerum Criminalium & Historiæ Iuris Professor extraordinarius a Serenissimo circa Iunium mensem designatus. Hic suo generi videtur superiori iam anno præfuisse, cum sub auspicijs Excellentiss. D. Vniuersitatis nostræ Directoris, *Baronis Iekstadii* insignè opus in lucem publicam euulgauit; hoc titulo:

H h 3

Com.

A.

1749. *Commentatio Prima, de origine & progressu Iuris Boici Ciuslis antiqui, qua Historia Iuris patrii a prima Boiorum memoria usque ad initia Seculi XIV. ex geminis fontibus illustratur.* Laudat, imo miratur orbis literatus eruditissimum hoc scriptum, auideque expectat *Secundam ac Tertiam Commentationem*, quam in præfatione Auctor promittit. Die 10. Nouembris *Lorius a Weisauptio* nostro Iurium Doctor creatus est.

Die 3. Iulii pientissime in Domino obiit *Antonius Mayr S. I.* emeritus Philosophiæ apud nos ac Theologiæ Professor & per multos annos studiorum superiorum in huiate Patrum Societatis Collegio Præfectus. Primam is lucem aspexit *Nesselwangii* in Allgoia anno 1673. die 24. Nouembris; literas dein humaniores *Monachii Boiorum* edoctus, ad Societatis Iesu tyrocinium, atque inde ad nostram Academiam translatus est, ubi Philosophiam ac Theologiam insigni cum laude primum discendo, tum etiam docendo atque scribendo absoluit. Edidit typis academicis *Philosophiam Peripateticam*, Tomis III. anno 1739. *Augustinum Doctorem Gratia*, anno 1721. *Theologiam Scholasticam* Tomis VIII. anno 1732. *Vitam P. Pauli Segneri*, anno 1741. *Ita, statum de primo & secundo aduentu Christi*, anno 1742. Doctrinæ soliditas, quæ ex his eius scriptis elucet, quamque omnes semper in publicis prælectionibus ac disputationibus mirati sunt, facit, vt summis eum Academiæ nostræ viris comparem; coniuncta vero doctrinæ modestia & morum sanctitas, quam moralium quoque sententiarum rigore dissimulare non potuit, eundem absque inuidiæ periculo superiorem omnibus prædicare me iubent. Ex sensu illorum hæc scribo, qui virum norant, quique virtutum illius ac doctrinæ exempla suis oculis atque suis auribus hauserunt.

Memorabilis omnino & ab his Annalibus, vt mihi videtur, minime aliena est expeditio, quæ die 2. Octobris h. a. ex nostra Ingolstadiensi ciuitate in vicinum Eichstettensem agrum suscepta est. Decreuerat *Sereniss. Elector noster* actum supremæ Iurisdictionis in Imperiali ac libero provinciali Iuridica *Hirschbergensi* post centum fere annorum intervallo denuo exercere; quare missa ad omnes, quorum interest, edictali citatione iudicii instituendi dies in secundam Octobris indicitur.

A.

1749.

citur. Serenissimus Elector reservato sibi *Iudicis Provincialis* titulo, quem plerumque alias Gubernatores Ingolstadienses gesserant, eius Iudicii *Administratorem* constituit Baronem *Ickstadium*; *Procuratorem* vero Baronem *Griessenbeckium*. *Actuarius* Iudicii primus seu superior Iurium Professor *Cblingensbergius*; inferior, Iurium Licentiatus *Antonius Palpius*; *Caduceator* vero, vulgo *Heroldus*, *Heuzerus* Senator huius, designati sunt. *Assessores*, ex *Abbatibus* nominati sunt *Schyrensis*, *Weltenburgensis*, *Robrensis* & *Plankstadianus*; ex *Nobilibus*, Barones *Hegnensbergius* de *Dolling*, *Peckmannus* de *Brunn*, *Bassus* de *Sandersdorf*, & *Camerloberus*; ex *Doctoribus*, *Schiltensbergerus* & *Weisauptus* Professores ac *Christophorus Grassius* *Syndicus* civitatis. His ita constitutis die 2. Octobris, inter præcinentes tubas, octonis cum curribus solennis fiebat egressio *Buxhemium* versus, Iudicii scilicet locum, octoginta boiorum militum cohorte agmen claudente. *Eichstadiani* milites centum & triginta numero, *Buxhemium* occupauerant, aditum, ut videbantur, prohibitori; cum tamen intelligerent illum armata etiam manu aperiendum esse a *bavaro* milite, pacificum dedere ingressum, quod vim vi repellendi mandatum a suo principe non haberent; nullaque re illum actum turbaere, nisi quod *advocatus* quidam cum *Notario* ac duobus testibus solennem aduersus illam protestationem interponere sit conatus; verum neque admittus ille, multo minus auditus est. Omnibus igitur ex ordine peractis, editoque in hunc modum actu possessionis, *Ingolstadium* omnes rediere.

Noster *Historiarum* Professor *Schüssius*, qui inde ab anno 1747. hanc cathedram tenet, edidit hoc anno *Erotemata Historica*, in *Collegiis Historico-Academicis secundum Criticam pertractanda*; ostenditque vel exiguis huius primitiis, quantum eruditionis thesaurum reconditum haberet; quem etiam subsequenter annis non viua tantum voce in consuetis prælectionibus, sed multo magis scriptis commentationibus palam exposuit.

AN-

A.  
1750.

ANNO DOMINI M DCC L.

Reft. CCCXCVIII, IOAN. PETR. SCHILTENBERGER, Cod. & Digest. Prof. ord. V.

Inscripti 124.

Princeps, LVDOVICVS S. R. I. Princeps de *Hobenlobe* &c.

Illustres, Ioan. Christoph. de *Weissenstein* ab Arnstein & Gayflach, Palat.

Carol. Ignat. L. B. de *Baaden*, Can. Cathedr. August. &c.

Clem. August. Comes de *Terring* &c. S. E. B. Camerarius.

Ioan. Bapt. ab *Vlm* ab Erbach, Campidunens. Sueu.

Ioan. Christoph. L. B. de *Icher*, Monacens. Bau.

Ioan. Max. S. R. I. L. B. de *Mezgeru*, & Nobil. de *Megnhofen*.

Franc. Xau. de *Müller*, Neoburgens.

Alexand. Carol. Comes de *Königsegg*, Aulendorfens. Sueu.

Franc. Max. L. B. de *Schoff*, Wolfseggens. Austr.

Ioan. Nep. L. B. de *Strall*, Staizenhofens. Neopalat.

Florian. Foglia de *Veffanhoff*, Nobilis Venetus.

Franc. Ant. L. B. de *Stromer*, Winzerens. Bau.

Non. Prof. Ios. *Monschein*, Zufmershusan. Sueu. S. I. Prof. Physf.

Ios. *Erhard*, Reichling. Bau. S. I. Prof. Log.

Georg. *Kraz*, Schongauens. Bau. S. I. Prof. Math. & Ling. Hebr.

Non. Doct. Carol. Ignat. L. B. de *Baaden*, Can. Eccl. Cathedr. August. & Equestr. Capituli in *Bleyenstadt*, necnon Ord. Equestr. S. Georg. sub titulo *Defensorum Immaculat. V. M.* Decanus, *Phil. & Theol.*

Tandem post elapsoſ triginta annos album noſtrum academicum Principis cuiusdam nomine illustratum denuo vidimus. LVDOVICVS S. R. I. Princeps de *Hobenlobe-Waldenburg-Bartenſtein*, excitus haud dubie Vniuerſitatis noſtræ fama, quam *Baro Ickſtadius*, director ſimul Academix & Iuris publici, Naturæ, Gentium ac cameralis Profeſſor multum auxerat, Ianuario meſe ad nos delatus, in ipſis Ickſtadianis ædibus diuerſorium ſibi elegit.

A

git. II. Post Principem Hohenlohicum præcipue memorandus venit *Carolus Ignatius L. B. de Baaden* Can. Cathedr. Eccl. August. &c. qui mense Martio ad nostram Academiam accessit, ut Doctoratu theologico insigniretur, qui ad præbendam, quam vocant, concionatoriam acquirendam necessarius ipsi erat. Cumque hac in Vniuersitate gradus theologici, nisi præmissæ Magisterio philosophico conferri ordinarie non soleant, consentit Facultas inclita, ut ab eodem Promotore prius Philosophiæ Magister crearetur, a quo paulo post Theologiæ Doctor esset renunciandus. III. *Casparus etiam Lippertus* Furthenfis Boius die 19. Nouembris h. a. in Vniuersitate nostra Facultati iuridicæ nomen suum dedit. Huius ego memoriam tanto lubentius hic ingero, quod præclara inprimis gesserit deinceps munera, de quibus inferius; deinde quod pro suo in historiæ atque antiquitates boicas studio mihi ad condendos hosce annales præcipuus exhortator extiterit. IV. *Erdmannus* demum *Indoblerus* Sulzbacensis Palatinus, iam sacerdos pro Theologiæ ac Iurium studioso inscriptus, inde maxime in hac Vniuersitatis historia commendari meretur, quod ob haustam in schola nostra Iurium ac Theologiæ scientiam, ad eam denique euectus fuerit dignitatem, quo plerique alii nonnisi per probatos antiquissimæ nobilitatis gradus ascendunt, scilicet ad Canonatum Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis.

Agitabantur hoc anno Monachii consilia, ut omnes militiæ tyrones voluntarii, ipsique iuniores Officiales bellici e tota Banaria Ingolstadium congregentur, ad discendam simul atque exercendam in præcipuo hoc patriæ propugnaculo rem militarem. His intellectis Rector cum Senatu censuit exponendum esse Serenissimo, tantam iuniorum Officialium multitudinem coniungi non posse cum Inuentute academica sine periculo quotidiano rixarum, aliorumque plarium incommodorum; aut certe eidem supplicandum, ut, si forte res decreto iam sancita mutari non posset, milites feneris legibus coerceantur, ne quid inde præiudicii Academiæ accedat. Nescio, an ob has ipsas, an vero ob alias rationes propositum illud impeditum fuerit; certe res ipsa effectu caruit.

I i

Aliud

A  
1750.

Aliud consilium non minus notum *Laubenthalius*, quidam, Lechhusii rei lignariae praefectus, Serenissimo Electori proposuit, erigendae scilicet Ingolstadii Nobilium Academiae, ad exemplum Parisiensis, Parmensis, Lunebillanz, Mussipontanae &c. Huius libellum supplicem, quo scilicet facultatem illam expetebat, Serenissimus Senatui academico transmisit, eiusdemque super ea re iudicium exquisiuit. Re proposita in pleno Patrum concilio per vota fere vnanimita conclusum est, consilium huiusmodi hoc quidem tempore inter pia desideria reponendum, cum optimae huic intentioni difficultates non sperandae sese obiecturae viderentur.

Res literaria Vniuersitatis insignem splendorem accepit ex publicis concertationibus, editisque eruditis commentationibus. Die 3. Augusti ex vniuersa Philosophia cum solida atque insignis scientia laude, ut acta loquuntur, disputauit *Wilhelmus Eckberus* Parspergensis Palatinus, nostri Theologiae polemicæ Professoris ex fratre nepos. Dedicauit suas Theses Eminentiss. ac Sereniss. IOANNI THEODORO Bau. Duci, S. R. E. Cardinali, Episcopo Leodiensi, Frisingensi ac Ratisbonensi &c. cuius effugiem iconismus, elegans sane ac pretiosus, thesibus praefixus referebat. Argumentum honoris propoluit Rector Vniuersitatis, cui id muneris subdelegauit, ut vulgo loquimur, Ratisbonensis Pro-Episcopus. Tanquam Praeses solennem hanc disputationem moderatus est *Iosephus Mangoldus*, qui biduo post hunc ipsam egregium pugilem, & alios viginti octo Philosophiae Magistros prima vice in aula restaurati aedificii academici creauit, ritu antiquo & solenni, qui a pluribus iam annis praetermissus est; quamdiu nempe ob vastatam iniuriis belli aedem academicam actus eiusmodi alieno in territorio celebrare oportuit.

Noster Canonum Professor *Zechius*, cum superiori iam anno iuris publici fecisset sua *Pracognita Iuris Canonici*, progressus hoc anno ad reliquas Iurisprudentiae sacrae partes pertractandas, in lucem edidit typis academicis *Hierarchiam Ecclesiasticam*, seu Tractatum de Personis Ecclesiasticis; cuius primam partem in disputatione publica proposuere duo fratres germani *Max. Franc. Xau. & Casp. Caiet. de Feurs*; alteram *Antonius Schwayer*.

A.

*Schmayerus* Berghusanus Neopalatinus, qui & ipse Præfide Zebio ex utroque iure disputavit sub Auspiciis Reuerendiss. S. R. I. Abbatibus Cælarensis, cuius effigiem libro præfixit. 1750.

Tertiam ex iure disputationem instituit *Balthasar Wildius Eichstettensis*, proposuitque Schiltensbergero Præfide & Auctore eruditam lucubrationem *de Muneribus & Honoribus*, quam Reuerendiss. ac Cels. S. R. I. Principi & Episcopo Eichstettensi IOANNI ANTONIO II. dedicauit.

Ineunte Nouembri mense communicatum est Senatui academico decretum Serenissimi, quo extraordinario Iurium Professore *Lorio* non tantum Facultas conceditur ab Academia ad anni unius spatium discedendi, comitandique Illustrem quemdam *Amium* in Italico itinere; sed præterea Camerario Vniuersitatis iniungitur, vt eidem vistici nomine trecentos florenos quantocytus exsoluat.

Die 25. Nouembris in ipso S. Catharinæ festo Sacellum academicum eidem diuæ Virgini ac Martyri sacrum, quod per bellum ac per nouam Academiæ fabricam destructum fuerat, a Procancellario Vniuersitatis, assistentibus septem Sacerdotibus, præsentate Rectore Magnifico ac Decano Facultatis philosphicæ cum tribus eiusdem Professoribus ritu præscripto reconciliatum est, cum biduo ante a Vicariatu Eichstettensi hæc potestas dicto Procancellario delegata, & aqua benedicta in eum finem seruitura submissa fuisset, vna cum indulto, vt post factam reconciliationem cuilibet, censura non impedito, quotidie liceat super altari portatili ibidem missam celebrare; reliquis vero Christi fidelibus etiam Dominicis festisque diebus sacrum audire. De eodem Sacello erit sermo ad diem 2. Augusti anni sequentis.

Die 12. Decembris in urbem nostram aduenit Serenissimus Elector & Archiepiscopus Colonienſis CLEMENS AVGVSTVS e Ducibus Bavariz, quem tota Academia in ædibus Ickstadianis, ad quas per semihoram pransurus diuerterat, deuenerat est.

In Pedellum academicum hoc anno assumtus est *Christianus Mayr Michelfeldensis* Palatinus, qui eo munere ad hunc usque diem digne fideliterque perfungitur.

I i 2

AN-



A.  
1751.

ANNO DOMINI M DCC LI.

Rect. CCCXCIX. FRANC. ANT. FERD. STEBLER, Med. Pract.  
Prof. &c. II.

Rect. D. GEORG. CHRISTOPH. EMAN. HERTEL, Medic. Prof. &c. III.  
Inscripti 163.

Illustres, Franc. Ioseph. S. R. I. L. B. de Stromer in Iezendorf,  
Weix &c. Landishut. Bau.

Ioan. Nep. Ios. ) LL. BB. de S in Häckledt, Bau.  
Ioseph. Anton. )

Carolus Comes a Ruepp, Bau.

Maximil. L. B. de Gudenus, Eichstettens. Franc.

Ioan. Nep. L. B. de Gudenus, Pragens. Bohem.

Franc. Christoph. L. B. de Reifach, Oberbeching. Suen.

Ioan. Philipp. S. R. I. Comes de Stadion & Thanhausen &c.

Eccl. Metropol. Mogunt. Cathedr. Imperial. Bam-  
berg. & Ducalis Herbigol. Can. Domicellaris.

Anselm. Franc. Xau. ) LL. BB. de Schneidt, Moguntini,  
Valentin. Anton. )

Leopold. L. B. de Hartmann, Viennens. Austr.

Franc. Felix S. R. I. Comes de Albertis.

Ioan. Ant. L. B. de Peckenzell, Dorfbacens. Bau.

Franc. Xau. L. B. de Limpöck, Straubing Bau.

Nou. Prof. Ioan. Georg. Lori, Staingadens. Bau. Instit. Imp. Prof.  
ord.

Leonard. Obermayr, Wemding. Bau. Phil. & Medic.  
Doct. Anatom. & Chyrurg. Prof. ord.

Nou. Doct. Franc. Sebast. Kirländer, Donawerdan. Suen.

Ioan. Mich. Nantonin. Mayr, Monacens. Bau.

M. Ios. Ioach. Sulzbeck, Brünnens. Morau. } Medic.

Ioseph. Lani, Landishutan. Bau.

Wencesl. Mich. Molitor, Bérgens. Bau.

Ex omni inscriptorum numero in literariis Patria no-  
stra factis precipuo quodam titulo memorandi veniunt: I. Leo-  
poldus

*poldus Baro Hartmannus* Vienna Austriae, vbi primam legem aspe- 175  
xit, Neoburgum ad Danubium, vna cum parente Electoralis  
ibidem Palatini Regiminis Cancellario translatus. Post absolute  
ta apud nos Iurisprudentiae studia a Sereniss. Electore postq  
Burghusiani Regiminis Consiliarius anno 1755. designatus est.  
Ab illo tempore, quantum in scientiis economicis tanquam  
Societatis Burghusianae Vice Praeses praestiterit, & scripta lo-  
quentur, & honorum tituli, quibus a summis Principibus est  
condecoratus. II. *Angelus quoque Merzins*, Benedictinus Schy-  
rensis, hoc anno matriculae nostrae inscriptus est, qui pluribus  
postea scriptis, praecipue demonologicis inelavit; III. *Michael*  
item *Adamus Bergmannus*, Monachiensis Bavarum, hodie Consul ac  
Praetor civium in Boiorum Metropoli, qui vix absolute Iurium  
studio celebratissimam illam *de Iure Regni Ducum, Baipania-Dissert-*  
*ationem*, elucubrauit; atque in illustranda Patria nostrae historia  
ad hunc usque diem (20. Maii an. 1782. quo ex apoplexia subito  
obiit) diligentissime versatus est.

Die 6. Martii, cum pro more, Gonellium angariale ce-  
lebratum fuisset, recitatum est Decretum Electorale, quo *Steb-*  
*lerus* Medicinae practicae Professor, & eodem tempore Rector  
Vniuersitatis ad Sereniss. atque Eminentiss. Cardinalem de Ba-  
varia IOANNEM THEODORVM, tanquam Medicus Cubicularius  
succatur, reservatis tamen titulo & dimidio stipendio Profes-  
oris, atque iure etiam postliminio succedendi in omnes prae-  
rogativas lenioris Medicinae Professoris, qui tunc *Treylingius* erat.  
Eodem decreto Senatus academici arbitrio relinquebatur, vtrum  
nouum Rectorem eligere, vel Exrectorem *Schiltenbergerum* con-  
firmare vellet. Collectis suffragiis ex Medicorum Collegio sub-  
rogatus est *Hentelius*, cui *Steblerus* dimidium Rectoris salarium,  
i. e. quinquaginta florenos relinquere debuit. Denique petit  
Serenissimus a Senatu academico certior reddi, quid eidem de  
*Stebleri* successore, ac nominatim, quid de *Leonardo Ober-*  
*mayero* videretur, qui Medicinam Lugduni Batavorum ac Gæt-  
tingae didicisset, & modo in praxi versaretur. Lutetiae Parisio-  
rum. Facultas medica, cui respondendi negotium Senatus com-  
misit, informationem *Obermayero* non admodum fauentem Mo-  
gachium

**A.**  
 1751. mschium transmissis, qua tamen insuperhabita ille Novembri  
 mensē h. a. ad Academiam Professor aduenit.

Honoris ergo illud etiam referre hic tuat, quod Acta  
 Facultatis medicae ad diem 8. Maii notarunt; scilicet examen  
 pharmaceuticum eo die subiisse *Georgium Ludovicum Rousseau Kün-  
 nigsbosensem Franconem; ob expeditas & in arte peritissimas responso-  
 nes cum maxima laude approbatam.* Quibus gradibus vir hic dili-  
 gentissimus demum ad academicam Chemiae Professoris cathedram  
 ascenderit, deinceps memorabitur.

Ex vniuersa Mathesi, sicut & superiori anno ex vni-  
 uersa Philosophia, theses publicas die 11. Augusti propugnauit  
*Benedictus Statterus Kötzinganus Bavarus, S. I. Religiosus;* quod  
 eam maxime ob causam referre hic placuit, vt patet, quem  
 sibi viram Vniuersitas nostra eduoarit, Theologiae scilicet post-  
 hac Professore & Procancellarium, eundemque scriptis tam  
 philosophicis, tam theologicis clarum; de quo plura suo tem-  
 pore.

*Georgius Lorius,* quem anno superiori Italici itineris caus-  
 sa a nobis discessisse diximus, rediit mense Novembri ad Acade-  
 miam, atque ad ordinariam Institutionum Imperialium cathedram;  
 quare die 26. dicti mensis solenne habuit principium;  
 illoque absoluto in numerum Senatorum academicorum suscep-  
 tus est, deposito prius consueto iuramento. Postridie *Dorotheus  
 Obermayerus* Philosophiae & Medicinae Doctor, designatus a  
 Serenissimo Electore Anatomiae & Chyrurgiae Professor, lectio-  
 nibus suis solenni oratione praelusit; & quamuis in clementissi-  
 mo decreto expressum haud esset, ordinariusne, an extraor-  
 dinarius Professor habendus esset, volente tamen Facultate sa-  
 luberrima tanquam ordinarius inter Consiliarios Vniuersitatis  
 cooptatus est. Stipendium annuum eidem assignatum est mille  
 ducentorum florenarum; ducentorum quidem & quinquaginta  
 ex arario Vniuersitatis; reliquum ex cassa officii salinarii.

Sacellum diuae Catharinae, quod anno proxime elapso,  
 vt nempe interea sacris vrbis deseruiret, benedictum, recon-  
 ciliatumque fuerat, die 2. Augusti h. a. consuetis Ecclesiae rit-  
 uibus consecratum est a Reuerendiss. Eichstettensi Praeposito  
*Barone Kapeneggio,* assistentibus inclitae Facultatis philosophicae  
 Pa.

A:  
1751.

Patribus, ac compluribus eiusdem studii alumnis. Fuerat abs dubio Sacellum hoc iam anno 1456. rite consecratum, id quod ex charta pergamena perspectum est, quæ sepulchro, ut vocant, altaris vnicuique SS. Reliquiis inclusa, & rubro sigillo cereo Episcopi Eichstettensis MARTINI munita eundem annum exhibebat. Cumque & *Chlinsbergius* Inrim Professor, & *Hertelius* Procancellarius testarentur, sua adhuc memoria cruces quasdam in parietibus visas fuisse, quis dubitet, eodem tempore & Altare & Sacellum ipsum consecrata fuisse; præcipue cum eodem anno Dux LUDOVICVS cognomento *Diues stabiles* assignarit redditus pro sacerdote, qui hoc in Sacello, quod tunc ad domum præbendam pertinebat, post primam in Parochia missam, lacrum diceret.

Facultas philosophica singulare exemplum rigoris sui in conferendis gradibus eodem anno exhibuit; cum enim quidam S. R. I. Comes primi ordinis, Syntaxeos tunc studiosus, gradum sibi Baccalaureatus conferri peteret, ob certissimam gemini Canonici, Coloniensis scilicet, atque Argentinenfis spem, negavit illa consentire se huic petitioni, vlla ratione posse, nisi intra tempus, quo conferendus esset gradus, ad examen se pararet ex principiis saltem Logicis sustinendum. Fecit ea obiectio, ut D. Comes ad aliam Academiam se converteret, ubi petitam lauream facili negotio obtinuit.

---

ANNO DOMINI M DCC LII.

A:  
1752.

Rect. DI. IOAN. IOS. ANT. HERTEL, S. Script. Prof. & c. IV.

Inscripti 177.

Illustres, *Ioan. Nep. L. B. de Muggenthal*, Straubing. Bau. Subdiaconus.

*Ioan. Adam. L. B. de Schroff*, Heidelbergens. Ser. Elect. Palat. Consil. Intim. Actual. & Legatus ac Minister, Plenipotentiaris in Aula Bau.

Carol.

A.  
1752.

- Carol. Iosf. L. B. de Stinglbemb* in Kürn & Bernhardswald, Dingolfingan. Bau.
- N. L. B. de Linker*, Can. Domicell. ad Vet. Capell. Ratisbon.
- Maurit. Franc. Xau. S. R. I. Comes de Fugger* a Göttersdorf, Willing, Poching, Wochenweis & Gergweis.
- Ioan. Nep. Iosf. L. B. de Tirntz*, ab & in Hönhard, Oberschneiding, Ratiszell & Edlhausen.
- Ant. Maria S. R. I. Eques de Pockenreitb* a Sendling & Holzhausen, Landishutan. Bau.
- Wilhelm. Adam. L. B. Huber* de Maur in Pogenhofen & Ginskofen, Neuburgens. Palat.
- Iosf. Ignat. L. B. de Leyden*, Dominus in Affing, Berg, Effenbach, Degenbach & Mattenhofen, Affingau. Bau.
- Iosf. Ioan. Nep. L. B. de Ezdorf*, Dominus in Kolmstein, Weihenstephan, Effenbach, Degenbach & Dornwang, Landishut. Bau.
- Max. Franc. Xau. L. B. de Fraunberg*, Dominus in Fraunberg, Riding & Obernbergkirchen, Burghusian. Bau.
- Ioan. Nep. Iosf. L. B. de Daxberg* ab Eggkofen, Rottenwerth, Neuensteig, Herrnsfelden, Rahmfels, Innernzell, Frauenstörten & Rahmsdorf, Eggkofen. Bau.
- Carol. Iosepb. } LL. BB. a Mändl* de Deittenhofen,  
*Max. Amadens } Landsberg. Bau.*
- Nou. Prof.** *Iosf. Zwinger*, Hainersdorfens. Bau. S. I. Prof. Theol.  
*Iosf. Monschein*, Zusmershusan. Suen. S. I. Prof. Caf.  
*Thom. Aquin. Mayr*, Sulzens. Alsat. S. I. Prof. Log.
- Nou. Doct.** *Ioan. Christian. de Fick*, Sulzbacens. Palat. }  
Confil. Eccl. Eichstettens. Sem. Cler. in }  
comm. vii Regens. } *Theol.*
- Christian. Ant. Kreislmayr*, Neoburg. Palat. S. }  
E. Palat. Confil. Eccl. Parochus in Wei- }  
chering. } *Ioan.*

A.  
1752.

*Ioan. Mich. Rösler*, Neoforens. Palat. Consil. Eccl. }  
Eichstett. Parochus in Berggau. }  
*Ioan. Martin. Zinsmeister*, Millhemiens. Franc. } *Theol.*  
Consil. Eccl. Eichstett. Parochus in Ber- }  
ching. }

*Franc. de Paul. Eberl*, Monacens. Bau. }  
*Ioan. Bapt. Andr. de la Haye*, Ingolstad. Bau. } *Lur. Vir.*  
*Wolfg. Fr. Xau. Prifinger*, Pedepontan. Bau. }

*Franc. Ioan. Nep. Paur*, Menkhofens. Bau. }  
*M. Franc. Alex. Schmid*, Brünens. Morau. } *Medic.*  
*Ioan. Georg. Leopold. Pruckbaur*, Mattikhof. Bau. }  
*Franc. Xau. Mayr*, Freystadian. Palat. }

Ex descripto nouorum Doctorum catalogo, atque ex magno inscriptorum numero manifestum est, Academiam nostram hoc tempore plurimum floruisse. Sed illud multo abhuc magis eius splendorem commendat, quod ex ipsis etiam Illustribus Viri, Inuenesque in eadem gradibus academicis insigniri sese voluerint. I. *Ioannes Adamus L. B. de Schroff* S. E. Palat. Consil. Intim. ac Legatus in Aula Monacensi, cum ad Assessoris munus Wezlarium vocaretur, Licentiam ex utroque Iure in nostra Vniuersitate Ianuario mense suscepit. II. *Alexander Comes de Königsegg in Aulendorf &c.* non contentus, disputationem publicam ex impressis thesibus *de Aequilibrio & Pressione corporum*, in Aula academica, praesentibus Rectore Magnifico, Professoribus & Nobilibus magno numero, instituisse, rigorosum praeterea examen ex vniuersa Physica, pro consequendo Magisterii philosophici gradu sustinere non abhoruit, successu tam felici, vt primum ordine doctrinae locum sit promeritus, *praclarissimum Facultatis philosophicae decus*, quae actorum philosophicorum verba sunt. - III. Infimum quoque ex Philosophia gradum, quem Baccalaureatum dicunt, mire ornauit, ac plane illustrauit *Felix Comes de Albertis*, qui & ipse aemulatus Illustrissimum *Königseggium* tentamen consuetum subiit, & primus ex octodecim candidatis Baccalaureus pro doctrinae suae merito renunciatus est. IV. Neque ex Nobilitate boica silentio praetereundi sunt *Liberi Barones, Leydenius, Ezdorsius, Daxbergius &c.*

K k

qui

**A**  
 1752. qui omnes postea Consiliariorum Intimorum dignitate ornati,  
 ac summis muneribus admoti sunt.

Illud quoque in anni huius historia inprimis memorabile, quod Serenissimum CAROLVM THEODORVM Electorem Palatinum, vna cum Sereniss. Coniuge & FRIDERICO Bipontino Duce, Neoburgo huc excurrentem, atque Templum nostrum academicum & Museum Orbanianum clementissime perlustrantem, venerari nobis licuerit.

Honorem Vniuersitatis auxere hoc anno geminae disputationes iuridicae ac editae in publicum lucubrations, auctore *Zechio*, nostro Canonum Professore, dignissimae. Primam publici examinis loco Licentiatu gradui praemisit *Maximilianus Eberl*, Sacerdos; proposuitque ea occasione *Decadem dubiorum ad Lib. III. Decretal. Tit. XXV. de Peculio Clericorum*, *Zechii* opus, etsi nomen illius non praesferat. Alteram eodem *Zechio* Praeside instituit *Iosephus Maria de Packenreit in Sendling & Holzhausen &c.* ediditque in solenni disputationis actu *Dissertationem Politico-Legalem de Ambitu*, cum profusa effigie Sereniss. MAXIMILIANI IOSEPHI Electoris &c. cuius sub auspiciis insignis ille liber prodit. Et vero ea argumenti vtilitate, eruditionis amoenitate, doctrinae soliditate & sermonis claritate conscriptus est, vt eum *Cblingensbergius* noster tanquam regulam omni ex parte perfectam omnibus publica munera ambientibus proponere non dubitarit.

E Professorum numero solito plures hoc anno Academiae valedixerunt; ac e theologica quidem Facultate tempore feriarum autumnalium ad regendum huius S. Ignatii M. Collegium discessit *Franciscus Horaxius* SS. Dogmatum Professor. Natus hic Gmundii in superiori Austria, educatus vero atque scientiis humanioribus imbutus Monachii Boiorum, Philosophiam atque Theologiam apud nos didicit, docuitque maxima cum approbatione. Obiit paulo post haec tempora Geniponti anginae malo suffocatus. In huiate Cathedra academica eidem successit *Iosephus Zwingerus* vir eloquens ac eruditus; quique eodem anno Friburgi Brisgoiae, vbi Theologiam explicarat, *Apologiam Dni Hieronymi aduersus Ioannem Clericum* typis publicis edidit, atque inde cum singulari doctrinae fama ad nos accessit.

**Ab**

A.

1752.

Ab Iuriconsultorum nostrorum Collegio abiit *Georgius Lortus* Inst. Imper. Professor, ad Consiliarii aulici munus Monachii promotus. Variis ibi summisque negotiis adhibitus, ac demum ad Referendarii, Consiliarii que Intimi dignitatem euectus, studia tamen academica nunquam abiecit, sed scribendo, colligendo &c. non tantum auctor ipse, sed strenuus aliorum incitator, quibus potuit modis, rempublicam literariam adiuuit. Scripsit præter supra laudatam *Commentationem primam de Origine & Progressu Iuris Boici Ciuili Antiqui* &c. Ingolst. 1748. *Baierisches Bergrecht*, fol. Monach. 1764. *Abhandlung von Ludwig dem Reichen Herzoge in Baiern Stifter der hohen Schule in Ingolstadt*, München 1772. *Chronologischer Auszug der Geschichte von Baiern*, quo in concinnando opere hodiernum laudabilissime occupatur. Describi quoque ac typis etiam imprimi curauit integras Collectiones Diplomatum, omnisque generis Documentorum ad Historiam Iusque Bauaricum pertinentium, vt *Geschichte des Lechrains*, fol. Tomum vnum; *Baierisches Münzrecht*, fol. Tomos tres; *Baierisches Kreisrecht*, fol. Tomum vnum; quibus quidem pretiosissimis Collectionibus aliud nihil deest, quo minus in publicum prodeant, quam præuia quædam Introductio, quæ partem Instrumentariam illustret.

E Cathedra medica, vix completo biennio, discessit *Leonardus Obermayerus*, Anatomen Monachii interea traditurus, dum post alterum biennium ad nos rediret.

E Facultate philosophica ad Theologiam translatus est *Iosephus Monscheinus*, pro *Thierbeckio* scilicet Casus Conscientiæ, vt vocant, explicaturus.

Reliqua huius anni acta fere litibus tantum & controversiis domesticis absoluuntur, quibus gemina maxime causa occasionem præbuit; prima, cum infantis recens sepulti cadaver e cæmeterio ad D. Virginis noctu ablatum esset, sectionibus scilicet anatomicis seruiturum; altera, cum in concione quadam publica de periculoso cum acatholicis commercio, & importatis libris auitæ Religionis aduersantibus intempestiua mentio esset ingesta, atque inde nonnulli se perstrictos putarent. Vtraque causa vehementius aliquamdiu acta, vt plerumque fieri obseruamus in rebus cum Religione quadam ra-



A.  
1752.

tione connexis, ac denique Monachium delata, nonnisi decretis Electoralibus finiri potuit. Inter alia rescriptum est ad Vniuersitatem, 1.) Professores sibi pro suo vsu libros quocunque sine præuia visitatione procurare posse; 2.) ceterorum autem venalium visitationem ac censuram theologicæ Facultati competere; non tamen propter vnâ alteramue propositionem librum quemlibet reiici oportere; 3.) Auctores in Collegiis inuidicis prælegendos, prius a Directore Vniuersitatis *Ickstadio*, Professore Canonum *Zebio*, & Iuris patrii Professore *Cblingensbergio* examinandos ac seligendos esse; 4.) in futurum tamen ab ipsis Iurium Professoribus vtilia pro Collegiis publicis compendia conficienda esse. 5.) In Collegiis historicis abrogandam esse dictationem ad calatum, ac prælegendum potius Historiæ compendium, Theologiæ dogmaticæ & Iuris publici Romano-Germanici auditoribus oportunum &c.

A.  
1753.

## ANNO DOMINI M DCC LIII.

Rect. DII. IOAN. GEORG. WEISHAVPT, Inst. Imper. & Iur. Feud.  
Prof. ord. &c.

Inscripti 149.

Illustres, *Franc. Xau. Andr. L. B. de Dirsch* a Rohrbach, Monacens.

*Iacob. L. B. de Schneidt*, Moguntin.

*Clem. August. S. R. I. Comes de Hundt* in Lauterbach, Monacens.

*Ios. Ioan. Nep. L. B. de Bienzenau* in Hartmansberg.

*Ant. Bern. S. R. I. L. B. de Donnersberg* ab Igling.

*Philipp. Ner. L. B. de Verger*, Straubing. Bau.

Nou. Prof. *Bentamin. Mühlgraben*, Eichstett. Franc. S. I. Prof. Theol.  
*Ioan. Ios. Prugger*, Landsberg. Bau. Inst. Imper. & Iur.  
Criminal. Prof. ord.

Nou. Doct. *Franc. Andr. Mich. Adam. Hoffess*, Pottenwöhrens. Pal.  
lat. Sacerd Theol. & Iur. utr.

*Ioan. Ios. Prugger*; vt supra. Iur. utr.

*Ios.*

*Ios. Maria Hoffes*, Pottenwöhrenf. Palat.  
*Wilhelm. Egger*, Patsbergenf. Palat.  
*Georg. Mich. Jac. Jung*, Eichelhofenf. Bau.  
*Ioan. Carol. Rechtbaler*, Monacent. Bau.  
*Fortunatus Khäfer*, Cambenf. Bau.  
*Ios. Bonauent. Sänftl*, Frilingenf.

} *Iur. Vtr.*} *Medic.*

A.

173

Professore Anatomiz, vt superiori anno relatum est, Monachium promotus, eam cathedram *Martinus Struxnerus* am-  
 biebat, qui hodie Oettingz veteris Professor est Artis obstet-  
 riciz & loci illius Physicus. Circa medium Maii informari  
 petiit Serenissimus ab Vniuersitate, quantum eius candidati pre-  
 cibus deferendum videretur. Equidem nescio, quid ea super  
 re ad Serenissimum responsi datum fuerit; illud tamen constat,  
 ad Nouembrem vsque mensem sequentis anni locum *Obermayeri*  
 vacante, cum demum hic ipse ad nos rediit.

*Iosephus Mangoldus* Physices Professor, cum ad initium  
 mensis Augusti publicam ex Artibus & Philosophia promotio-  
 nem Magistrorum institueret, laudabili certe exemplo, loco  
 iconismi, cui alias candidatorum nomina inscribi solebant, li-  
 bellum in illo actu distribuit, de Sono, Lumine & Coloribus, iux-  
 ta Cartesii placita a se compositum, & ab omnibus magnopere  
 approbatum.

Non minorem doctrinz & eruditionis laudem tulit *Anto-  
 nius* noster *Zieglerus*, cum eodem Augusto mense Tractatum suum  
 theologicum de *Incarnatione Verbi diuini* luce publica donaret.  
 Proposuit illum in disputatione solenni *Franciscus Andreas Hoffes-  
 sius*, cum Præside eodem *Zieglero* selecta ex vniuersa Theolo-  
 gia positiones in Academia nostra defenderet, qui iam alibi  
 ex Philosophia, ex Theologia morali atque ex iure canonico  
 publice disputauerat. Idem paulo post supremum Doctoris gra-  
 dum ex Philosophia primum, deinde vnicum fratre germano  
 ex vtroque Iure, ac demum ex Theologia ritu publico ac so-  
 lenni suscepit; conuiuium quoque doctorale, a multis iam an-  
 nis pecunia redimi solitum, lautum sane atque opiparum om-  
 nibus Patribus academicis in horto botanico instruxit. Sacer-  
 dos hic omnibus numeris absolutus, Parochiam hodie *Viech-*

tacen-

A.

1753. tacensem moderatur, ruralis simul Capituli Deggendorfenſis Decanus.

His ita peractis & absoluto anno ſcholastico *Antonius Zieglenus*, vir de ſcientiis ſacris meritiffimus, ab Academia, ac ſimul a docendi prouincia deceſſit, cum ſacra Religionis noſtræ dogmata ſeptem apud nos, atque vniuerſe duodecim annis explicafſet. Quantum is in tradendis hiſce diſciplinis, ordine, claritate ac profunditate valuerit, licet multi ſuperſint ex eius auditoribus, qui grati teſtantur, multo tamen luculentius gemini Tractatus demonſtrant, quos de difficillimis totius Theologiæ materiis conſcripſit, ſcilicet *de Gratia Diuina*, Dilingæ, ac *de Incarnatione Verbi Diuini*, Ingolſtadii editum; in quibus eruditionem hiftoricam cum profunditate theologica pulchre proſus atque vtiliter coniunxit. Huic tam eximie doctrinæ cum par ſociafſet virtutum religioſarum ſtudium, ab Ordinis ſui Superioribus dignus eſt habitus, qui ad ſequentis anni initium Oenipontano primum, tum variis per Prouinciam Collegiis Rector præeſſet. Obiit hoc in munere Halæ Tiroleos anno 1773.

In Theologiæ dogmaticæ cathedra *Zieglero* ſucceſſit *Beniamin Mühlgrabenius*, iam antehac Philoſophiæ apud nos Profeſſor; qui & die 20. Octobris ſolenne docendi initium fecit. Verum vixdum exacto mense ægrotare cæpit; & cum nulla integræ ſanitatis recuperandæ ſpes affulgeret, relicta Academia Ebersbergam ſeceſſit, vbi anno 1755. die 26. Auguſti pie obiit. De eiusdem ſucceſſore mentio fiet Ianuario mense ſequentis anni.

Mense Septembri allatum nobis eſt ex Franconia triſte nuncium, fato ſane immaturo abreptum eſſe Vniuerſitatis noſtræ caput, *Ioannem Georgium Weishauptium* Inſt. Imper. & Iur. Feud. Profeſſorem ordinarium Heiligenthalii prope Herbipolim, quo vacationum tempore excurrerat. Venit is ad Academiam noſtram anno 1746. docuitque publice præter Inſtitutiones Imperiales ab initio Praxin criminalem, ſub finem vero Ius feudale cum fama viri doctiffimi ac in Iuriam ſcientia exercitatiſſimi; quod teſtes omnium minime ſuſpecti, editi ab ipſo libri comprobant; *Differtatio inauguralis de Summo Imperio*, Würceburgi 1746. *De Actione personali circa debitorem &c.* Ingolſt. 1750. *De Natura & Radice Indicii poſſeſſorii*, ibid, 1750. *De eo quod in-*  
ſum

*sum est heredis Exceptione Prescriptionis contra Petitozem utentis, ibid. 1753.*  
 1751. Natus erat *Weisbauptus* Brillonii in Archiepiscopatu Coloniensi, anno 1717. adeoque annos nonnisi sex & triginta vivendo explevit.

In defuncti locum Octobri mense susceptus est *Ioannes Iosephus Pruggerus*, antehac Collegii Neoburgensis S. I. Syndicus, & in iudiciis civilibus Præpositus; qui die 7. Nonembris Iurium Doctor creatus, biduo post solenne Institutionum Imperialium ac Iuris criminalis principium fecit.

Serenissimus Elector noster cum die 10. Nouembris venationis causa, in vicina Köschingensi silva instituendæ, vna cum Sereniss. Coniuge ac huius fratre CLEMENTE Sax. Duce, in urbem nostram aduenisset, ac consuetis honoribus a Senatu academico fuisset exceptus, postridie restauratam Vniuersitatis ædem clementissime lustrare dignatus est; cumque reliqua omnia summopere probasset, inspecto loco pro Bibliotheca destinato, commotus miserabili illius statu, de eodem reparando adornandoque efficaciter cogitare cepit; vti ipso effectu paulo post comprobatum est, cum centenos, nescio quot, florenos pro illius restauratione clementissime obtulit.

## ANNO DOMINI M DCC LIV.

Rect. DIII. HERM. ANT. MARIA DE CHLINGENSPERG &c. Iur. A.  
1754.  
 patr. Prof. ord. VII.

Inscripti 158.

Illustres, *Ioan. Ios. L. B. de Neuburg a Teuffenbach.*  
*Theodoric. Henric. S. R. I. Comes Topor de Morawisky in*  
*Rudniz, &c. Monacens. Bau,*

*Max. Eman. Ios. L. B. de Rechberg &c. Monacens. Bau.*  
 Non. Prof. *Andreas Oberhuber, Traunsteinens. Bau. S. I. Prof. Theol.*  
*Leonard. Obermayr &c. Prof. Inst. medic. Anatom. &*  
*Chyrgurg.*

*Ios. Ant. Carl, Benediktoburan. Bau. Prof. Botan. &*  
*Chem.*

*Ios. Grabl, Edlstettenf. Suen. S. I. Prof. Log.*

Non.

**A.**  
**1754.** **Nov. Doct.** *M. Ioan. Mich. Steinle*, *Hufanus Suev.*  
*Ioan. David, Baumann*, *Straubing. Bau.* } *Medic.*  
*Ioan. Petrus Nest*, *Ambergens. Palat.*  
*Iof. Samuel Zollner*, *Cambens. Bau.* }

Ex inscriptis hoc anno Illustribus Academicis præcipuo quodam titulo memorandus mihi venit *Theodorus Henricus Comes Morawizkyus*, postea Aulicus, tum Reuisionum Electoralium, dein intimus Consiliarius, & Cameræ primum, mox supremi Bauariæ Regiminis Præses, ac totius rei scholasticæ per vtramque Bauariam, superiorem Palatinatum & Ducatum Neoburgicum Curator. Habuit idem in Academia Scientiarum bqica præcipuas quasdam partes; quippe quam compluribus annis tanquam Vice-Præses moderatus est; atque egomet quidem Illustri huic Societati sub illius Præsidio, die 17. Ianuarii anno 1774. adscriptum me esse, grata in omne æuum memoria recolo.

In ægotantis *Mühlgrabeni* cathedram theologicam mense Ianuario h. a. susceptus est *Andreas Oberhuberus*, eiusdem disciplinæ iam antea *Dilingæ* Professor; qui die 19. dicti mensis solenne lectionum suarum principium fecit.

Mense Aprili Serenissimus Elector noster missis literis Senatus academici iudicium exquisiuit, quid deferendum videretur precibus *Mindelhemienisium*; qui duos Professores, vnum *Physices*, alterum *Iuris canonici* oblato supplici libello sibi expetèrent. Cum respondisset Vniuersitas audiendos haud esse *Mindelhemieneses*, secundum hoc iudicium Serenissimus paulo post sententiam dixit; eiusque exemplum Rectori Vniuersitatis communiçauit.

Memorabilis omnino mutatio in saluberrima Facultate, atque in ipso studio medico vniuerse, hoc anno accidit, cum ex mandato Serenissimi Methodus ac doctrina *Boerbauiana* introducta est. Hanc vero siquis cum antiqua *Galenica* comparauerit, facile is, puto, intelliget, eam reformationem sine nouo lectionum ordine, & quod præcipuum, sine nouis ingeniis suscipi non potuisse. Igitur designatus inprimis est, qui consilium vtilissimum executioni daret, Illustris vir *Antonius de Wolster* Serenissimi Electoris Protomedicus, futurus deinceps Facultatis medicæ

A.

1754.

medicæ perpetuus Inspector. Deinde *Leonardus Obermayerus* Monachio, quo cathedram anatomicam biennio abhinc transtulerat, Ingolstadtum redire iussus. Anatomiz, Chirurgiz atque Institutionum medicarum Professor de nouo constitutus est, cum stipendio 1200. florenorum & prerogatiua Electoralis Archiatri, gaudentis sessione & voto in Collegio medico Monacensi. Denique *Herteltus*, inde ab anno 1737. Institutionum medicarum Professor, pro emerito declaratus, atque eidem subrogatus est *Iosephus Antonius Carl*, in nostra primum, tum in Argentoratensi & Parisina Academiis Medicinam edoctus. Is præter Materiam medicam etiam Botanicam atque Chemicam tradere est iussus, constituto eidem 600. florenorum stipendio, quos proprio ex ærario Serenissimus Elector exsoluit, relictis scilicet *Hertelio* quingentis florenis, quos antehac ex fundo Vniuersitatis habuerat. Nouus Professor die 29. Nouembris in solenni lectione suarum principio solide demonstrauit vtilitatem, quæ ex Chemia in reliquis artes atque scientias dimanat.

Hæc studii medici reformatio vt orbi literato innotesceret, designatio Collegiorum typis publicis mandata ac nouellis literariis Ratisbonensibus & Göttingensibus inserta est. Domi vero strenue laboratum tum in horto Botanico, in quo, præter exotica, quadringentæ plantarum indigenarum species numerabantur, tum in theatro anatomico, in quo septem omnino cadavera hæc vna hyeme fuere dissecta.

---



---

 ANNO DOMINI M DCC LV.

A.

1755.

Reft. DIV. IOAN. IACOB. TREYLING, Medic. pract. Prof. &c. VI.

Inscripti 180.

Illustres, *Christian. Christoph. L. B. de Gugl*, Traitendorfsenf. Neopalat.

*Philipp. Ferd. de Limburg Isenburg*, Comes de *Styrum*, Westphal.

*Philipp. Ner. S. R. I. Comes de Es in Lerchenfeld*.

*Ioan. Bapt. L. B. de Euerhard* in Brechtenhaag, Vilsatling, Beberskirchen, Enzersdorf &c. Austriac.

L I

Oswald.

A.  
1755.

*Ostwald. Inc. L. B. de Anetbas, Pfaffenhofens. Palat.*  
*Frid. Henric. L. B. de Stain, Dominus in Stozingen,*  
*Bergenweiler, Riedhausen & Beltenberg, ex*  
*Saevia, natus Gandauns.*

*Franc. Mar. Ios. L. B. de Vieregg a Wolfsegg & Perets-*  
*kirchen, Hachelmillens.*

*Ioan. Max. L. B. de Prenau ab Offenstetten, Offen-*  
*stettenf.*

Nou. Prof. *Ioan. Paul. Sutor, Arbergens. Franc. Inst. Imp. Prof.*  
*ord.*

*Ios. Schiltberger, Ingolstadt. Bau. Consil. Regim. Elect.*  
*Burghuf. Præfekt. Neofor. Iur. patr. Prof. ord.*

*Virgil. Kröll, Rattenbergens. Tirol. S. I. Prof. Log.*

Nou. Doct. *Ios. Schiltberger, vt supra. } Iur. utr.*  
*Casp. Lippert, Furthens. Bau. }*

Februario mense Schola nostra magnam passa est iactu-  
ram in morte *Herm. Ant. Chlingensbergii*, Iurium Professoris fe-  
re iubilæi; quippe qui iam anno 1708. ad eam cathedram ac-  
cesserat. Profectus hic Oettingam, pagum Ingolstadio vicinum,  
vbi castrum quoddam habebat, Trachenfels dictum, correptus  
subito est dolore cholico, ab hernia excitato, tam vehementi,  
vt breuissimum intra tempus expirarit die 27. Febr. hora 10.  
nocturna. Tumulo gentilitio apud Speciosam Virginem illatus  
est die 4. Martii, ingenti numero omnis conditionis hominum  
funus comitante. Post tricesimi exequias defuncto pænegyri-  
dixit Institutionum Imperialium Professor *Pruggerus*, Monimen-  
tum æneum sepulchro impositum sequentem habet inscriptionem:

*Hic iacet & tacet Anglipolitana Vniuersitatis lumen, Prenobilis,*  
*Gen. ac Magnificus D. Hermannus Antonius Maria de Chlingensberg, ab*  
*& in Schönhofen, Trachenfels & Stöcklrhain, I. V. D. Serenissimi Ele-*  
*ctoris Bauria & Palatini Consiliarius Actualis & respectiue Dapifer, in*  
*bac alma & electorali Vniuersitate Ingolstadiana Codicis & Iuris Publici*  
*Professor ordinarius Legumque primarius, Archiuarius ac p. t. Executor,*  
*in Stambamb & Oetting Præfektus. Natus 7. April. anno 1685. dena-*  
*tus 27. Febr. anno 1755. etatis sue 69. Lectori Academiae huius vale*  
*dicens.*

Habuit

A.  
1755.

Habit geminas successine vxores; primam *Mariam The-  
resiam Beatricem* ex familia *Guglerorum de Pichel*, anno 1722. mor-  
tuam; alteram *Mariam Franciscam Ioannam*, natam *Scheibl de Turn-  
stein*, quæ & ipsa ante suum maritum obiit anno 1736. Ex  
priori quinque genuit filios, quos quidem ad maturiorem æta-  
tem peruenisse nouimus; *Iosephum* scilicet *Antonium Iurium* Pro-  
fessorem, de cuius obitu anno 1740.; reliquos quatuor statui  
Ecclesiastico addictos, vnum Rhainæ primum, tum Oettingæ  
prope Ingolstadium; alterum Bergæ prope Monachium Parochos;  
tertium O. S. B. ad S. Emeramum; quartum Ord. Can. Reg. S.  
Aug. ad S. Magnum, Professos. *Cblingensbergiorum* familia,  
quæ hodie in Electorali Appellationum Consilio Monachii  
florebat, ex defuncti fratre germano propagata est.

Sed *Hermannus* hic noster *Antonius*, quamuis nullos, quod  
ex dictis patet, post se reliquerit ex filiis hæredes, multo  
perennius ad posteros nomen sibi comparuit ex doctrinæ fama,  
quam innumeri per Bauariam commendant testes viui; atque  
ex editis magno numero partibus literariis, quibus omne ge-  
nus civilis Iurisprudentiæ illustrauit. Atque horum omnium,  
quos conquirere quidem potui, catalogum iuxta ordinem tem-  
poris, quo lucem aspexerunt, hic exhibeo: *Disputatio Iuridica,  
de Obligatione Iuris ciuili in conscientia*, 4. Ingolst. 1709. *Dispu-  
tatio de Iudicijs in genere, Iudicij in primis competentia, Actoris, Rei,  
ceterarumque personarum ad Iudicium spectantium qualitate & officio*,  
4. ibid. 1710. *Questiones selectæ ex Iure publico, canonico, ciuili,  
feudali & criminali*, fol. ibid. 1711. *Processus editalis*, 4. ibid.  
1713. *Tractatus Iuridicus de feudis*, 4. ibid. 1716. *Semicenturia  
Considerationum iuridarum super Iure Hofmarchiali Bauarico*, 4. ibid.  
1717. *Quinquaginta Positiones iuridicæ per modum Thesium in patenti*,  
ibid. 1717. *Differentia potissima inter Ius Bauaricum & ciuile commu-  
ne*, 4. ibid. 1718. *Memoria Serenissimorum Ducum & Principum,  
qui Electoralem Vniuersitatem Ingolstadiensem studiorum causa hæc usque  
illustrarunt, resuscitata &c.* 4. ibid. 1719. *Questiones Illustres ex uni-  
uerso Iure*, 4. ibid. 1726. *Disputatio Iuridica ad L. fin. Cod. de Iure  
deliberandi seu de inuentario*, 4. ibid. 1727. *Modus referendi casum,  
super L. aliqua Cod. Iurium Candidatis pro examine rigoroso assignari  
solita, in Facultate Iuridica Ingolstadiensi hætenus receptus, & ad vti-  
litate*



**A.**  
 1755. *litatem publicam Iuventutis academica elaboratus*, 4. ibid. 1728 *Similis Casus, super L. quoties, Cod. de Hered. Instit. formatus*, 4. ibid. 1729. *Questiones Illustres ex titulo Codicis de Iure Emphyteutico*, fol. ibid. 1730. *Tractatus Iuridicus de Hofmarchiali Iure in Bauaria*, 4. ibid. 1731. *Consilia Civilia*, Tom. I. & II. fol. Norimberg. 1734. *Collegiorum Codicis Iustiniani repetite praelectionis Lib. I. & II.* fol. Ingolst. 1737. *Consilia Criminalia*, Tomi II. fol. Norimberg. 1738. *Collegia Iuris patrii ad processum summarium*, 4. Ingolst. 1748. *Collegia super processu summario Bauarico & Palatino*, 4. ibid. 1751.

Die 23. Martii ex ipsis Iurium studiosis nobilissimum mors nobis eripuit, morbo scilicet hectico extinctum *Ferdinandum S. R. I. Comitem de Preysing &c.* huius Gubernatoris filium natu maximum. Huius funus, cum paulo post ad Freyhufianum castrum deportaretur, Senatus academicus, ab Illustrissimis defuncti parentibus inuitatus, ad portam usque Danubianam comitatus est.

Per reliquum deinceps annum fere in constituendis novis Iurium Professoribus, designandisque cuilibet legendi materiis apud Academiam nostram laboratum est. Vacantem ex obitu *Cblingensbergii* cathedram Iuris patrii *Pruggerus* suscipere decreto Electorali iussus est. Ad tradendas vero Institutiones Iuris Eichstadio huc accessit *Ioannes Paulus Sutor*, *Arbergæ* in ditone *Eichstetten*si natus anno 1706. Hic, cum absoluto apud nos Iurisprudentiæ quadriennio, publice anno 1728. ex eadem disputasset, varia deinceps munera, *Granarii Dollsteinensis*, Secretarii & Consiliarii aulici, Referendarii, *Consalenti Augustani* ac Consiliarii etiam intimi, in patria sua gessit. Scripsit etiam, ante suum ad nos aduentum, & typis publicis, prætermisso quidem suo nomine, edidit eruditam Dissertationem de Episcopatu *Eichstetten*si, num scilicet ille inter Episcopatus boicos sit referendus. Novus hic Professor in Doctorem utriusque Iuris eodem anno *Altdorfii* promotus, die 31. Maii solenne apud nos docendi principium fecit.

Circa idem fere tempus *Petrus Schiltbergerus* Codicis ac Digestorum Professor hemiplexia tactus est, eoque impeditus malo rite fungi suo munere iam non potuit. Ad mensis igitur Augusti initium decreto Electorali declaratus est pro emerito,  
 cum

A.  
1755.

cum Facultate tamen tradendi pro Iubitu Collegia priuata, ac retento etiam integro 800. florenrum stipendio; quo tamen, quamdiu pater quidem viueret, carere iussus est eiusdem filius *Iosephus*, iam per tredecim annos Electoralis Regiminis Burgusiani Consiliarius, qui eodem decreto Iuris patrii Professor constitutus est, Codice ac Digestis in *Pruggerum* translatis, Aegre ferebat *Schiltengerus senior* se pro emerito declaratum, atque ita apud Vniuersitatem quasi extra agendi limites extrusum esse; quare oblato libello supplici nouum Monachio decretum obtinuit, die 29. Octobris Senatui academico communicatum, quo in ordinario Professoris Codicis officio confirmatus est. Verum insuperhabito hoc decreto, quod manu Serenissimi, vt antea illud, signatum haud erat, Patres academici tanquam emeritum habendum esse censuerunt; atque vt plenior rerum notitia ad Serenissimum perferretur, Decanum iuridicæ Facultatis Monachium ablegarunt. Allatæ igitur die 10. Nouembris aliæ literæ, quibus declarauit Serenissimus, insistendum omnino esse primo suo decreto, die 2. Septembris dato, vi cuius 1.) *Pruggerus* esset Professor Codicis ac Pandectarum; *Schiltengerus* vero iunior Ius patrium explanaret, abque stipendio tamen, dum pater viueret. 2.) Senior *Schiltengerus*, vtat pro emerito declaratus, suos nihilominus 800. florenos annuatim per reliquos vitæ dies reciperet, cum liberrimo iure instituendi Collegia priuata, ex quacunque materia ipsi liberet. 3.) Quoad sportulas academicas pater ac filius pro vna duntaxat persona censerentur; vnde de illarum partitione ipsismet conueniendum fore. 4.) Ne denique vota Senatorum auergerentur, decreuit Serenissimus, vt nunquam ambo simul, senior, ac iunior, in Senatu comparerent, aut distincta duo suffragia ferrent; sed alteruter duntaxat cum ceteris Senatoribus suo solius nomine sententiam diceret. His bonus senecio acquieuit.

Iunior *Schiltengerus* die 28. Nouembris vna cum *Casparo Lipperto* vtriusque Iuris Doctor renunciatus est; ac eodem die post dictam publice orationem inauguralem ad consuetum iuramentum admissus atque inter Senatores receptus est; sessionem tamen inter Iurium Professores capere noluit; sed stans

L 1 3

per-

A.  
1755. perfitit, ob prætenſum ſcilicet ius præcedentiz, eoquod col-  
legis ſuis ſenior eſſet Conſiliarius Electoralis. Hanc vero con-  
trouerſiam diremit decretum Sereniſſimi die 27. Decembris al-  
latum; ſcilicet, vt in actibus academicis ſeruaretur ordo ſe-  
cundum tempus acceſſus ad Academiam & ad munus docendi;  
extra illos autem præcederet, qui ſenior eſſet Conſiliarius Ele-  
ctoralis.

In Facultate medica ad huius anni finem noua condita  
eſt ſanctio, decreto etiam Electorali firmata, vi cuius Licen-  
tiate Medicinæ non tenerentur Doctõris gradum ante ſuſcipere,  
quam quatuor candidati conueniſſent; vt ſingulorum ſcilicet  
ſumtibus parceretur; huiusmodi tamen Licentiatos iam vt ve-  
ros Doctõres habendos, & ad initiale doctrinæ ſpecimen coram  
Conſilio medico Monacenſi admittendos eſſe; dummodo iuramen-  
ta conſueta, & ſumtus pro doctõratu, ſinguli ſcilicet pro ſua  
parte, præſtitiffent.

A.  
1756.

## ANNO DOMINI M DCC LVI.

Rect. DV. FERD. BALTH. ECKHER, Prof. Controf. Fid. &c. II.  
Inſcripti 161.

Illuſtres, *Carol. Maria L. B. de Pembrer a Stepperg, Frifingenſ.*  
*Erneſt. Maria Comes de Limburg Styrum, Willhermsdorfer*  
*ſianus.*

*Ioan. Nep. de Lizlburg, Ratisbonenſ.*

*Constantin. Valentin. Comes de Tattenbach &c Fuldenſis.*

*Max. Joſ. L. B. de Lerchenfeld ab Aham & Amerland,*  
*Craiburgenſis.*

*Sigism. Fr. de Paul. Comes ab Haslang, Hohenkammer,*  
*Giebing & Haslangkreith, Monacenſ. Bau.*

*Ioan. Theodor. L. B. de Geeböck ab Arnbach & Sulzen-*  
*mos, Moſsburgenſ. Bau.*

*Ioan. Sebaſt. L. B. de Peſtalozza, Tagmershemienſ. Palat.*

*Joſ.*

A.  
1756.

*Ios. Carol. S. R. I. L. B. de Rebling*, Dominus in Klein-  
kizighofen, Heinhofen, Reuttenreuth, Zufs  
dori & Dankertsweil &c Augustan. Suen.

*Franc. Ferd. L. B. de Priellmayr*, Dominus in Ach &  
Wanghausen.

*Ferd. Mich. de Sainte Marie Eglise*, Krumenabienf. Palat.

*Georg. Adam. L. B. de Sazenhofen*, Rottenstattenf. Pa-  
lat. S. E. B. Epheb. aulic.

*Ioan. Nep. Ios. L. B. de Pelkhofen*, a Teising & Grä-  
sing, Blaybacenf. Bau.

**Non. Prof.** *Ios. Mangold*, Rhelingenf. Suen. S. I. Prof. Theol.

*Ioan. Georg. Hagn*, Zangbergenf. Bau. Prof. SS. Script.  
& Parochus ad D. Maurit.

*Thom. Aquin. Mayr*, Sulzenf. Alfat. S. I. Prof. Caf.

*Franc. Borg. Fischer*, Mindelhemienf. Suen. S. I. Prof.  
Log.

**Nou. Doct.** *Valentin. L. B. de Schneid*, Moguntinus, Eccl. Cathedr.  
Ratisbon. Can. Iur. utr.

*Ios. Greindl*, Ihrenfeldenf. Bau.

*Ignat. Fr. Xau. Reutter*, Ratisbonenf.

*Franc. Ios. Maria Schmid*, Zimetsbusan. Suen. } Medic.

Hunc annum a precibus & publicis religionibus auspica-  
ti sumus; cum enim terræ motus totam ferme Europam con-  
cutissent, ad auertendam a nobis, omniq[ue] patria iram diui-  
nam die 7. Ianuarii per primaria vrbis templa solennem suppli-  
cationem instituimus, comitantibus Professoribus omnibus, ac  
Studiosis, omnisque conditionis hominibus tanta copia, quan-  
tam per multa lustra Ingolstadii collectam videre non fuit.

In sacra Facultate cum ipso anni exordio nonnullæ mu-  
tationes accidere. *Ioannes Iosephus Hertelius* SS. Scripturæ Pro-  
fessor, Vniuersitatis Procancellarius & ad D. Mauritium Paro-  
chus die 28. Ianuarii Monachium abiit, Parochus primum ac  
paulo post Decanus Collegiæ ibidem Ecclesiæ futurus. Præ-  
clare de Academia ac de Ciuitate meritus est *Hertelius*, qui per  
integros sex & viginti annos Professoris ac Parochi munus dif-  
ficillimis temporibus ita gessit, vt ob prudentiæ, doctrinæ ac  
vite

A.

1756. vitæ integerrimæ Commendationem omnium desideria post se reliquerit. Doluit maxime Vniuersitas, ereptum sibi virum esse, in quo tanquam in viuo Archiuio circa negotia academica confidere poterat. Successorem in dignitate Procancellarii, quam per 12. annos sustinuit, nactus est *Eckberum* ad Virg Specios. Parochum; in officio autem Professoris ac Parochi *Ioan-nem Georgium Hagnium*, antea Ecclesiæ Collegiatæ, quæ Oettingæ veteris est, Decanum, qui die 19. Maii solenne legendi principium fecit.

Ab eadem S. Facultate ac simul ab Academia die 23. Martii discessit *Andreas Oberhuberus*, Theologiæ dogmaticæ Professor, vocatus Landsbergam, vt Collegii illius regimen ac Nouitiorum curam & instructionem in se susciperet. Postea Prouinciali datus est Socius, ac Collegio Neoburgensi & demum huiati in anuum vsque 1773. Rector præfuit. Obiit Landsbergæ anno 1780. Relictam ab eodem cathedram occupauit *Iosephus Mangoldus* per integrum antehac sexennium Philosophiæ apud nos Professor. Hic cum biennio abhinc Philosophiam suam typis academicis euulgare cœpisset, concessus eidem est annus intercalaris, quo integram absolueret; quod hoc etiam anno accurate præstitit, edendo in lucem *Philosophiæ Rationalis atque Experimentalis* Tomum III. eumque vltimum. Exceptum tunc est opus illud communi passim approbatione; quod paulo post patuit, cum alteris illud typis edere necesse fuit. Theologicas lectiones *Mangoldus* publica oratione auspiciatus est die 26. Martii.

*Iosephus* quoque *Monscheinius* ab huiate cathedra Casuistica ad Dogmaticam Dilinganam translatus est; vbi Vniuersitatis postea Cancellarius, *Theologiam Dogmatico-Scholasticam* 8. Tomis edidit. Successorem hic habuit *Ibomam Aquinatem Mayr*, qui & ipse posthac disciplinas theologicas Friburgi Brisgoiæ eruditius scriptis illustrauit.

Theologiæ polemicæ Professor *Eckberus* eodem anno in publicam lucem edidit *Tractatum Theologico-Polemico-Historico-Practicum de Suffragiis tum pro viuis, tum pro defunctis &c.* Serenissimo atque Eminentissimo Bauariæ Cardinali THEODORO dedicatum.

Medi-

Medicorum etiam nostrorum industria vtilissima tres  
 Commentationes academicis typis prodire; *de Dysenteria*, Au-  
 ctore *Treylingio*; *de Antispas*, Auctore *Carlio*; *de Vena sectione*,  
*precipuo in morbis inflammatoriis remedio*, cuius auctorem frons  
 operis *Schmidium Zimetshufanum*, Laureæ medicæ candidatum  
 præfert.

Die 20. Iulii nomine Vniuersitatis renouatum est co-  
 ram Curia feudali Eichstettensi feudum decimarum Haunsta-  
 diensium, per mortem *Cblingensbergii* nostri liberatum. Consi-  
 tutus est Monachii ad hoc negotium Codicis Professor *Prugger*,  
*rus*, literisque in eum finem a Senatu academico instructus.

---



---

ANNO DOMINI M DCC LVII.

Rect. DVL. IOAN. IOS. PRUGGER, Cod. & Pandect. Prof. ord. &c.  
 Inscripti 153.

Princeps, Sereniss. CAROLVS S. R. I. Princ. de *Hobenlobe Schillings-*  
*fürst* &c.

Illustres, *Carol. Ios. L. B. de Gemmingen*, Mühlhausen & Leinin-  
 gen, Mühlhufan. Sueu.

*Anselm. Frid. Gross* de & in *Trockau* &c. Can. Eccl.  
 Cathedr. *Herbipol.* & *Eichstett.* necnon Equestris  
 ad *S. Burkard.*

*Calet. Ant. S. R. I. Comes de Hörwartb* ab *Hohenburg* &  
*Steinach.*

Nov. Prof. *Ios. Hizler*, *Kicklingenf.* Neopalat. S. I. Prof. Caf.  
*Maximus Mangold*, *Rhelingan.* Sueu. S. I. Prof. Log.

Nov. Doct. *Ioan. Casp. Weber*, *Landsbergenf.* Bau.  
*Ios. Fr. de Paula Baader*, *Ratisbonenf.* } Medic.  
*Franc. Xau. Artmann*, *Straubing.* Bau. }

Cum ipso huius anni exordio communem illum luctum,  
 quem patria nostra ex morte Augustiss. AMALIAE Imperatri-  
 cis Viduæ Decembri iam mense superioris anni conceperat,

M m

nos

A.

1757.

nos singulari quodam ritu celebrauimus, cum die 26. Ianuarii, decantatis pridie Vigiliis, vt vocamus, defunctorum, piissimis Illius manibus solennes exequias in templo academico adornauius, subiuncta etiam oratione funebri, quam Decanus Facultatis philosophicæ *Virgilius Kröllius* in Patrum academicorum præsentia publico ex ambone recitauit.

Alterum nobis luctum indixit Reuerendiss. Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Eichstettensis, cum initio Maii datis ad Vniuersitatem specialibus literis nunciauit mortem Celsiss. Principis ac Episcopi, Reuerendiss. Ordinarii ac Cancellarii nostri, IOANNIS ANTONII II. ex Liberis Baronibus *de Freyberg*, die 20. Aprilis defuncti. Vniuersitas solennibus Eidem exequiis parentauit die 14. Maii, perorante post peractam rem diuinam *Eckbero* Procancellario *de Arte Sanctitatis*. Post IOANNEM ANTONIVM Ecclesiam Eichstettensem regendam suscepit RAYMVNDVS ANTONIVS ex Comitibus *de Strasoldo*.

In Gymnasium nostrum academicum a pluribus iam annis introducta fuerat consuetudo, vt Rhetorices studiosi omnes sine discrimine post festa Pentecostalia albo academico inscriberentur. Cognitum vero est ab experientia, eam rem & morum licentiæ & variis non leuibis incommodis ansam hæcenus præbuisse. Petiit igitur Facultas philosophica, ad quam ex primæua institutione Gymnasii cura pertinet, vt Senatus amplissimi decreto generalis illa omnium Rhetorum inscriptio tolleretur. Collectis Patrum academicorum sententiis decusum est per maiora suffragantium vota, formatumque decretum, Rectoris sigillo munitum, & Facultati philosophicæ traditum, quo sancitur, eam Rhetorum admissionem ad matriulam academicam deinceps nunquam, neque in fine etiam anni scholastici faciendam esse, sed differendam vsque ad Academiciæ & Logicæ ingressum. Inscribi tamen pro more antiquo in album Vniuersitatis posse, quicumque ex Illustribus atque ex filiis etiam Professorum id petissent; aut si qua alia specialis ratio id suassisset.

Dissertationes literariæ hoc iterum anno complures in lucem publicam prodierunt, præcipue medicæ; vt *de Natura corporis humani viventis*, Auctore *Carlio*; *de Causa Erysipelatis proxima*;

*xima; item de Salium natura, diuisione & usu, Præfide quidem Obermayero, auctoribus vero ipsis Respondentibus. Iurisprudentiæ sacræ Professor Zechius exquisitam edidit de Sponsalibus Academicorum Commentationem.*

A.  
1757.

ANNO DOMINI M DCC LVIII.

A.  
1758.

Rect. DVII. IOAN. PAVL. SVTOR, Inst. Imper. Prof. &c.

Inscripti 147.

Illustres, *Franc. Christoph. L. B. de Griessenbeck a Griessenbach, & Amerthal, Ambergens. Palat.*

*Henric. Carol. L. B. de Bechmann in Brunn & Zant, Regenens. Bau.*

*Franc. Sigism. L. B. de Wildenau a Schwarzenfeld, Burglengenfeldens. Neopalat.*

Nou. Prof. *Thom. Aquin. Mayr, Sulzens. Alfat. S. I. Prof. Theol. Schol.*

*Ios. Grabl, Edlstettens. Sueu. S. I. Prof. Caf.*

*Ioan. Casp. Lippert, Furthens. Bau. Iur. patr. Prof. ord.*

*Sigismund. Raith, Oenipontan. Tirol. S. I. Prof. Log.*

Nou. Doct. *Ioan. Ios. Finjinger, Monacens. Bau. Theol.*

*Wunibaldus Laar, Dilingen. Sueu.*

*Ioan. Petr. Spring, Mogono-Geiffenhemiens.*

*Franc. Ignat. Seemiller, Monacens. Bau.*

*Franc. Ios. Hueber, Mariæbildsteinens. Acron.*

Medic.

Die 17. Febr. pie obiit *Georgius Agricola*, Vniuersitatis Notarius, vel inde memoria nostra dignus, quod ab anno 1716. adeoque per continuos 42. annos solertissimam operam Academicæ præstiterit, annorum 76. senecio, vir candoris germani, fidei integerrimæ ac pietatis erga superiores exquisitæ, quam ad vltimum vsque vitæ triduum publicis maxime religionibus demonstrauit. Singulare est, illum ne per vnicam quidem noctem, quamdiu apud Vniuersitatem Notarii munus obibat, Ingolstadio abfuisse; vt scilicet ad omnem nutum Reçtori ac Senatui Vniuersitatis præsto esset. Eius funus die 19. Febr. elatum



**A.**  
 1758. tum est tanta comitantium, non Professorum tantum & Academicorum, sed aliorum omnis conditionis hominum frequentia, vt fœminæ, quarum ingens aderat copia, nullum in incendentium ordine locum habuerint. In Notarii academici officio *Agricola* sine noua electione mox sussectus est, seu potius suo munere solus fungi perrexit *Ferdinandus Maria Mendelius* Ambergensis, Iurium Licentiatus, qui iam ab anno 1753. Notario academico cum iure successione adiunctus erat; postquam scilicet *Antonius Palsius* Schrobenuhanus, *Agricola* gener, qui iam ante *Mendelium* socero suo adiutor & successor datus fuerat, in huiate S. I. Collegio Syndici officium suscepit.

Ex ipso Professorum numero die 18. Septembris mors senibus hoc maxime, vt videtur, anno inimica, extra vrbs nostræ pomœria sustulit Facultatis medicæ ac totius Vniuersitatis Senioſem, *Ioannem Iacobum Treylingium*, per annos omnino 47. Medicinæ Professore. Excurrebat is Geisensfeldam ad celebre illius loci Virginum Benedictinarum Cœnobium; correptusque lethali catarrho, paucos intra dies ab eodem suffocatus est. Tumulum accepit in ipso Asceterii templo cum religiosa & proluxa hac inscriptione:

*Ne queras, aut conqueraris viator: VIRVM AVTEM FIDELIEM QVIS INVENIET? Prou. 20. v. 6. Perlege exanime marmor, & uelut in uiua effigie inuenies virum, nomine & re fidelem. Is est Prænob. Magnif. & Amplissimus Dominus IOANNES IACOBVS TREYLING, Phil. & Med. Doct. S. E. B. Conf. in alma Vniuers. Ingolst. Praxis med. Prof. ord. Prim. & Sen. &c. Vere fidelem hic se exhibuit Deo, Sanctis, Proximo, Sibi. Illi & illis, per exquisita Religionis exercitia & religiosa deuotionis exempla, dando Deo & sectando, quæ Dei sunt, vt notus de primæ nota latreuta: huic, per continua charitatis obsequia, pauperes iuando, & infirmos curando, quin alios scriptis & typis curare docendo, vt 47. annorum Professor celeberrimus: Sibi, per quotidiana virtutum augmenta, vt decem mnas lucraretur, & in gaudium Domini intraret; seruus utique bonus & reuera fidelis. Trinam banc Fidelitatem iam a stirpe Maiorum, magis subin a Crucis stemmate imbibit, in quo Filium, virum dolorum, & Matrem dolentem, ceu mutua, non muta Fidelitatis simulacra & vera vitæ libros suo in Museo suscepit, apertum unum, clausum alterum, prout Doctorem decet. Cæterum*

teram Pansopham fuisse scias, & ferme, quidquid est artium, peritum, 1758.  
 Architectonicæ præprimis & bene moriendi. Illius monumentum inter alia  
 præbet templum hoc, quod opera sua ad summum splendorem erexit; sibi  
 vero tumulum in profundo construxit: huius specimen videre erat in ago-  
 ne, in quo ad letum usque atletam se præstitit, crebra mortis medita-  
 tione exercitatum; & hinc mori non timuit, quia in dies præuidit; imo  
 locum & annum fato suo præsignauit. Nuper vixit 18. Sept. hora 4.  
 matutina, viuenti alias aurea, sed tunc ferrea; ut mors ostenderet,  
 duritiam legis suæ nec fidelitate emolliri. Et sic occidit in tempore sui  
 Nominis unicus & ultimus. Luge proin nomen in occidente; verum ut  
 cum occiduo sole oriretur in aternitate. Fac ergo, ut qui hæc legisti,  
 Viator! legas, sed non lugeas nomen hoc in oriente gloria; ibidemque  
 præter Viri Fidelis effigiem, tuam quoque conspicias, non per speculum  
 in enigmate, sed facie ad faciem, I. Cor. 13. v. 13.

Posuit amoris ergo  
 coniugi coniux A. F. T.

Fuit vero *Treylingius* vir in paucis egregius, æqui re-  
 stique tenax, ac religionis antiquæ studiosus; fundator idem  
 stipendii theologici, & huius Virginum Vrsularum præci-  
 pius auctor. Quantum arte medica præstiterit, inde maxime  
 discimus, quod passim ad ægros cum intra, tum extra hanc ur-  
 bem euocatus, praxi clinica inprimis floruerit; deinde, quod  
 Academiæ Cæsareæ Naturæ Curiosorum Collega, sub nomine  
*Cheræ*, honorificentissimo diplomate salutatus, pluribus erudi-  
 tissimis scriptis acta academica locupletarit; denique quod hanc  
 ipsam Vniuersitatem, cui sexies cum imperio Rectoris lauda-  
 tissime præfuit, selectissimis atque vtilissimis suis commentatio-  
 nibus insigniter illustrarit. Opuscula eius pleraque, quæ col-  
 ligere scilicet in huius Bibliothecis potui, sequens catalo-  
 gus exhibet: *Punctum centrale omnium linearum medicarum*; i. e. de  
*Medici præstantia*, Ingolst. 1719. *Typosis synthetica scrutini medici*,  
 seu *Examen ægrorum a Medico rite instituendi ratio*, ibid. an. eod.  
*De Cancris*, ibid. 1721. *De Causa operationis medicamentorum dire-*  
*ctrice*, ibid. 1723. *Purgatorium Microcosmi, seu de Medicamentis eua-*  
*cuantibus*, ibid. 1723. *Alteratio Microcosmi therapeutica*, 1726. *De*  
*Fabrica & artificiosa Prescriptione formularum medicinalium*, 1728.

A

1758.

*Scbola Patientia, Tractatus Medico-therapeutico-dieteticus, 1739. Tortura corpori humano salutifera & sepe necessaria, 2. Part. 1731. Pseudo-Medicina, Populi ruina, ex negligentia supina, Oratio inaugural. 1732. Abusus Tabaci, 1735. An Margaritæ præualeant auro? 1737. An Femina ciuitate medica sint donandæ, Oratio inauguralis, 1740. An adhuc dentur veri Enurgumenti? sine anno. Optimus Medicus, 1749. Vnicam Gulam plures occidere, quam fatum & gladium, Oratio inauguralis, 1752. De Dysenteria, 1756. Le insensibili Transpiratione Sanctoriana, 1757. De Asthmate, 1758. In Acta Acad. Nat. Curios. sub ipsius nomine relata sunt Vol. V. Obseruat. 126. & Obseruat. 134. de Partu Vesiculari. Item Obseruat. IX. de Mola carnosâ, scirroso-scrophulosa suspendæ magnitudinis & ponderis &c.*

In palæstra literaria hoc anno & publicis concertationibus & euulgatis lucubrationibus eminuit Facultas iuridica: sub ipsius Excellentiss. Directoris Ickstadii præsidio disputauit Ioan. Mich. Philippi Regiscirianus in Aruis Franco, Seminarii Wurceburgensis Presbyter & Bibliothecæ huiati academicæ præfectus; ediditque Dissertationem Inauguralem de Iusta & Efficaci Summi Pontificis Protestatione contra Pacem Religiosam & Westphalicam, Obligationem eiusdem intrinsecam & partitam inter Compacientes baud infringente, Reuerendiss. ac Cels. S. R. I. Principi, Episcopo Bambergensi ac Wurceburgensi dedicatam. Post hunc altero mox die, sub Patrocinio Eminentiss. ac Sereniss. Archiepiscopi Coloniensis CLEMENTIS AVGVSTI, ex omnibus Iurisprudentiæ Civilis ac Ecclesiasticæ partibus, præside Pruggero, respondit Ferdinandus Maria de Schueching, Monasteriensis Westphalus, proposita Dissertatione Inaugurali de Causis, in quibus Status Imperii ut unum corpus considerari nequeunt, a Iure Suffragiorum maiorum exceptis. Sub Auspiciis denique Reuerendiss. & Cels. RAYMVNDI ANTONII Princ. & Ep. Eichstett. publicum ex utroque Iure tentamen subiere Ios. Rupert. Ant. Reicharzer Reebdorfensis & Franc. Xau. Mayr Eichstettensis, Francones; ille typis academicis impressa proposuit *Electa Conclusionum Practicabilium ex vario Iure; hic Trigam Decadum selectarum Conclusionum forensium ex quintuplici Iure, Canonico, Ciuili, Publico, Feudali & Criminali, utrumque scilicet Ioannis Pauli Sutor Iurium Professoris opus. Eidem Reuerendiss.*

rendiss. Eichstettensi Episcopo Professor SS. Canonum *Zechius* A.  
1758.  
fui *de Iure Rerum Ecclesiasticarum* Commentarii Partem priorem  
hoc anno editum dedicavit.

Ad Iurisconsultorum nostrorum collegium accessit in  
autumnò huius anni *Casparus Lippertus*, quem Monachii antehac  
Consiliarium Aulicum, ac Rhainæ postea Prætozem Serenissimus  
Electoꝝ proprio motu Iuris patrii Professozem constituit. Fe-  
cit ille die 4. Nouembris solenne lectionum suarum principium.

Post expletum in Theologiæ dogmaticæ cathedra sexen-  
nium Academiz valedixit *Iosephus Zwingerus*, vir eloquens ac  
eruditus; qui hinc ad regenda Ordinis sui Collegia Lucernam  
primum, tum Dilingam translatus, inde vero ad Aulam Con-  
stantiensem, Eminentissimi Cardinalis *de Rodt* Confessarius futu-  
rus, inuitus, ac quantum per obedientiam licuit, reluctans abi-  
re iussus est; quo etiam in munere anno 1772. die 14. Iunii  
obiit.

## ANNO DOMINI M DCC LIX.

A.  
1759.

Rect. DVIII. IOSEPH. ANT. CARL, Materiz medic. ac Botan.  
Prof. ord.

Inscripti. 130.

*Wostres, Ioan. Nep. Ios. L. B. de Widmann*, de & in Rapperzell,  
in Ginzlkofen, Thanstein, Pilmersried, Rieders-  
heim & Hiegersdorf, Monacens. Bau.

*Max. Carol. Albert. Comes de Thierheim* a Biberzell &  
Fischbachhof, Monacens. Bau.

*Carol. Borrom. L. B. de Pfetten*, ab Ober- & Nider-  
Arnbach, Solen- & Königswisen, Hoheuried  
& Bobenhausen, Arnbacens. Bau.

*Ioan. Adam. L. B. de Donnersberg* in Igling, Erpfting,  
Au, Morch & Zellen, Kauffringan. Bau.

*Erd. Ios. L. B. de Lerchenfeld* ab Ahamb & Amerland,  
Cronburgens. Bau.

*Ioan.*

A.  
1759.

*Ioan. Nep. Leopold. L. B. de Cronschb* a Loderham & Aseham, Brunauens. Bau.

*Franc. Maria L. B. de Gugomos* a Trefflstein, Trefflsteinens. Palat.

*Leopold. } LL. BB. de Schmid* ab Haslach & Piern-  
*Franc. Ant. } bach, Aiblingens.*

*Ioan. Nep. Fr. Xau. Comes de Goder* a Griestorf, Schönerding, Walxing, Bronbach, Thurnstein, Afterhausen, Hoffstetten & Eitting, Walxingens. Bau.

*Ioan. Ios. L. B. de Schleich* ab Harbach & Achdorf, Harbacens. Bau.

*Ignat. Maria Ferd. } LL. BB. de Vogelius,* in Bömien,  
*Carol. Henr. Blas. } Wandtschicht, Hoffzumbrock,*  
*Paderbornens.*

**Nou. Prof.** *Ios. Erhard,* Reichlingens. Bau. S. I. Prof. Theol. dogm.

*Ioan. Petr. Spring,* Mogono - Geissenhemiens. Praxeos medic. general. & Chemiz Prof. ord.

*Cosmas Damian. Klossner,* Monacens. Bau. Praxeos medicz Prof. ord.

*Georg. Urban,* Hannbacens. Palat. S. I. Prof. Log.

**Nou. Doct.** *Ioseph. Xau. Göschl,* Ambergens. Palat. } *Iur. vtr.*

*Ioseph. de Delling,* Monacens. Bau. }

*Casp. Melch. Balth. Reiffinger,* Dilingan. Suen. }

*Carol. Franc. Goller,* Steinbacens. Bau. }

*Nicol. Maximil. Steer,* Groszigethan. Hungar. } *Medic.*

*Franc. Leonard. Steinmez,* Erbendorfens. Palat. }

*Ioan. Nep. Prex,* Salisburgens.

Hoc maxime anno Sereniss. Electoris nostri erga optimas artes atque omnigenas scientias studium eluxit; fundavit enim inprimis ac liberalissime dotavit in Metropoli sua Monachiensis Academiam Scientiarum, a summis deinceps viris frequentatam, atque eruditionis & doctrinæ fama adeo florentem, vt nulla profecto sit literaria Societas, quæ intra breue, viginti & aliquot annorum, curriculum tantum præstiterit, quantum ab Electorali Scientiarum Academia Monacensi præstitum videmus,

A.

1759.

demus, testibus omni exceptione maioribus tot illis Monumentorum Boicorum atque Dissertationum editarum voluminibus, quæ passim omnes per orbem literarium Bibliothecas ornant. Deinde pro Vniuersitatis nostræ honore ac incremento varia & maxime salutaria clementissime sanciuit; quod ex historia huius anni luculente patebit.

Die 11. Ianuarii nouus Medicinæ Professor *Petrus Springius* S. E. B. Consiliarius & Medicus Aulicus Actualis, cum vix Doctor salutatus, superiori iam anno ad id muneris Electorali decreto designatus esset, solenne docendi principium fecit, idem paulo post, cum *Carlius* Rectorem ageret, *Obermaierus* vero ex hac vita decessisset, saluberrimæ Facultatis Decanus. Hoc auctore agitatum est consilium de extruenda domo, quæ operationibus & demonstrationibus chemicis speciatim seruiret; at nihil tunc quidem effectui datum est; potius ipse *Springius*, cum aura Ingolstadiensis minus ipsi salubris accideret, Octobri mense Monachium translatus est, ad tradendam ibi publicæ Chemiam; vbi etiam aliquot post annis obiit. Edidit eodem anno typis academicis *Dissertationem inauguralem de Phosphoro Anglicano chymice ac medicæ considerato.*

Die 11. Februarii h. a. Kirchdorfii obiit *Ioan. Petrus Schiltberger*, Iurium Professor emeritus. Hic, cum inde ab anno 1713. explicandis Legibus summa cum diligentia vacasset, atque hanc Vniuersitatem doctissimis scriptis illustrasset & consiliis prudentissimis adiuuisset, anno 1755. hemiplexia tactus, atque inde corporis, ingenique viribus male affectis, pro merito declaratus est; id quod in eiusdem anni historia retulimus. Anno superiori ad thermas Abensbergenfes, atque inde Kirchdorfium abiit, superioris Bavariz prope Abensbergam pagum, ad germanum fratrem eius loci Parochum; ibidemque redeuntis mali vi prostratus, ac demum eo, quem dixi die extinctus est.

Doctrinæ singularis famam, quam *Petrus Schiltbergerus* inter Iurisconsultos sui temporis habuit, mirifice confirmant Opuscula ab eodem in lucem edita, *Questiones selectæ ex vniuerso Iure*, Ingolstad. 1718. *Questiones Illustres ex vniuerso Iure*. 1731. *Disputatio Iuridica ad Lib. 49. Tit. 16. ff. de Re militari*, 1734. Con-

N n

filia

**A.**  
1759. *filia seu Responsa civilia & criminalia*, fol. Ingolst. 1739. *Disputatio Iuridica ad L. 5. vers. publica conuentio*, ff. de Pañis, 1748. *Disputatio de Pace*, 1748. *Disputatio Iuridica ad L. 50. Tit. 4. 5. & 6. ff. de muneribus & honoribus*, 1750.

Die 5. Martii sub vesperum fato sane immaturo, & huic inprimis Vniuersitati luctuoso occubuit *Leonardus Obermaierus*, Anatomiz, Chyrurgiz, Physiologiz & Pathologiz Professor ordinarius; a cuius præcellenti ingenio ac summa industria Anatomie nostra, cuius restaurator dici meruit, magna sperare incrementa poterat, si vita superfuisset. Quæ de ceteris eius viri laudibus, meritis ac tota vitæ literariæ historia dici scribique possunt, elegantissime simul ac verissime complectitur monumentum publicum marmoreum, quod *Iosephus Eucharius Obermaierus* defunctis fratri ac sorori in academica ad Spec. Virg. Basilica fieri fecit cum sequenti inscriptione:

D. O. M.

*Et christiane memorie Nobilis ac Clar. V. Leonardi Obermaieri Wemdingani Boii, qui postquam artis sospitatrix scientiam apud Batavos, Gallos, Germanos, multo studio, labore & industria quesitam, in castris exercitam, in nosocomiis & publicis miserie humane theatris auctam, nouissime in Patriam retulisset, Archiatrorum Principis sui ordini adlectus eandem in Academia patria e superiori loco cum applausu, accursu & successu docuit; Anatomes apud Boios Restaurator & morborum in ipsis nature latebris Inuestigator sagacissimus, dum militibus prædiariis lue maligna affectis opem publicam affert, eodem contagio afflatus, in flore etatis & fame scriptis & meritis parte, prematuro sibi, suis, Patriæque fato ereptus, pietatis christiane & publice salutis officis immortalitur anno MDCCLIX. die V. Martii, natus anno MDCCXXI. die V. Nouembris.*

*Fratrem hic pone sepulta, secuta est soror unica virgo lectissima Maria Anna Walburga, dum fratri pie opitalatur, eodem morbo confecta eodem anno die IV. Aprilis, nata MDCCXXXVII. XXVII. Oß.*

*Fratri ac Sorori desideratissimis frater mæstissimus postremum hoc pietatis monumentum P. C.*

Edidit *Leonardus* noster, cum anno 1751. Heidelbergæ, Præside *T. I. Ouerkampio* pro obtinendis in Medicina summis honoribus publice disputaret, *Considerationem anatomico-physiologicam*

VENÆ

A.

1759.

*vene porte viscerumque secretioni bilis famulantium.* Pluries apud nos sub eiusdem Obermaieri præsidio disputatum est, typisque commissæ Dissertationes, vt anno 1755. *de Vena Sectione, principali Febrium acutorum, maxime inflammatoriarum remedio*; anno 1757. *de causa Erysipelatis proxima; de Saliu natura, diuisione & vsu*; *de Malo hypochondriaco*; anno 1758. *de Cortice Peruuiano*; anno 1759. *de Inflammatione.* Verum hos illum partus pro suis nunquam agnouisse audio.

In vacuum ex morte Obermaieri Medicinæ cathedram mease Iulio successit *Cosmas Damianus Klofnerus* patria Monacensis; qui cum anno 1749. Doct̃or Medicinæ apud nos creatus, eandem scientiam integro biennio Argentorati excolisset, ac per annos dein complures in Electoralibus Giesingano & geminis intra urbem Monacensem Nosocomiis, constitutus ibidem Physicus, exercuisset, hoc anno Professor publicus ac simul Prouincialis per Circulum Ingolstadiensem Medicus constitutus, die 4. Iulii solenne principium habuit, atque *Boerbauum* de cognoscendis curandisque morbis explicare cæpit.

In publicum Facultatis philosophicæ emolumentum gemina Octobri mense decreta Electoralia Vniuersitati communicata sunt: primum, vt omnes Philosophiæ Auditores, ad comprobandos haustæ doctrinæ fructus, publicum coram congregata Facultate examen subeant; alterum, vt eadem Facultas sua senta circa abrogandam scriptionem in publicis collegiis, ac prælectionem idonei Auctoris Monachium perscribat. Et vero datum est id negotii *Maximo Mangoldio* Philosophiæ tunc Professore, *Iosephi Mangoldii*, de quo supra, germano fratri, vt oportunum quotidianis prælectionibus compendium conscribat; quod ille anno demum 1763. confectum dedit, cum suam *Philosophiam Recentiore* II. Tomis in 8. typis academicis in lucem edidit. Tanquam singularis beneuolentiæ suæ complementum obtulit eodem anno Serenissimus 100. florenos pro armario philosophico.

Eadem Philosophia, cum senos hoc iterum anno, vt fere alias, S. I. Scholasticos publicam in arenam, ternis in disputationibus produceret, numerauit hos inter tres maxime pugiles, qui magnis suis in Philosophiam atque Mathesin meritis



A.

1759. ritis egregie prolusere, *Matthiam* scilicet *Gablerum*, Spaltæ qui dem in Franconia natus, Wemdingam tamen paulo post, cum trimulus adhuc esset, vnacum patre ac tota eiusdem familia translatus; *Ignatium Pickelium* Eichstadianum Franconem, & *Josephum Spenglerum* Constantiensem Acronianum; omnes deinceps pluribus lucubrationibus celebres. Ac de *Gablero* quidem Philosophiæ posthac in Academia nostra Professore, suo loco his in Annalibus redibit sermo. *Pickelius*, cum Elementa mathematica in huiate S. I. Collegio per biennium Professor domesticus explanasset, ad Academiam primum Dilinganam, tum ad Lyceum Episcopale Eichstadianum translatus est, ad easdem disciplinas publice pertractandas; quo in labore hodieum cum laude versatur, editis etiam scriptis mathematicis clarus. *Spenglerus* in Academia Dilingana successit *Pickelio*; docuitque ibidem varias Philosophiæ & Matheos partes, easdemque compluribus nitide ac solide conscriptis commentationibus illustravit, cum tribus abhinc annis maturo nimis fato ereptus est.

Ab ipsis Patribus academicis saluberrima pro bono Vniuersitatis consilia per huius anni decursum agitata sunt; vt de vindicandis zrario academico annuis centum florenis, quos Collegiata ad S. Martinum Landshuti Ecclesia Vniuersitati pendere debet; de Bibliothecario perpetuo; de Bibliotheca publica &c. Quæ quidem vota quam pia etiam erant ac salutaria, nunquam tamen plenum hactenus effectum sortita sunt.

Huius etiam Bibliopola academicus, pro maiori rei literariæ incremento, iuebatur Typographæ viduæ tantum laboris procurare, quantum pro quatuor locis sufficeret; item ne alibi quam hic loci imprimi quidquam faceret. Verum ille propositis in contrarium non leuibis sane rationum momentis facile obtinuit, vt consilium per sese vtilissimum executioni non daretur.

Ad Parochiam Abensbergensem nominatus est *Schambergerus* quidam, Parochus antea Offenstettensis, ab ipso Serenissimo commendatus.

AN.

ANNO DOMINI M DCC LX.

A.  
1766

Rect. DIX. IOAN. GEORG. HAGN, S. Script. Prof. & ad D. Mauritium Parochus &c.

Rect. DX. FRANC. IOS. SCHILTENBERGER, Iur. Statut. Bau. Prof. ord. &c.

Inscripti 138.

Illustres, *Ioan. German. L. B. de Syrgenstein*, Dominus in Altenberg, Zölchingen, Stauffen & Dunstelkingen, Wasseralfingen. Suen.

*Franc. Xau. L. B. de Leyden*, in Affing, Berg, Essembach & Mattenhofen, Affingenf. Bau.

*Ignat. Ios. Comes de Arco* in Penzing & Pogenhausen, Wasserburgenf. Bau.

*Ludou. Alexand. Comes de Sauoli de Fontana*, Bolognens. Ital.

*Ioan. Bapt. Christias. L. B. de Reiblingen* ab Haltenberg, Patrit. August.

Nou. Prof. *Ignat. Bayr*, Roschacens. Acron. S. I. Prof. Theol. dogmat.

*Ios. Ant. Obermayr*, Wemdingen. Bau. Anatom. Chyrurg. Prof. ord.

*Laurent. Veith*, Augustan. Suen. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. *Ioan. Bapt. Grueber*, Hagenhusan. Palat. S. E. B. Confil. Eccl. act. & Parochus in Gnadenberg. *Iteol.*

*Sigismund. Hahn*, Prof. Inst. Imp. Fuldæ designatus,

*Conrad. Leopold*, Mogonus Aduocatus Confistor. Ratisbon. } *Iur. Vtr.*

*Ios. Ant. Schwab*, Ratisbonens.

*Georg. Pergbofer*, Passauiensis,

*Ios. Ignat. Morasch*, Neoburgens. Palat.

*Ferd. Mich. Junker*, Landshutan. Bau.

*Georg. Sutor*, Ambergens. Palat. } *Medic.*

Die 15. mensis Februarii h. a. ad Parochiam Wemdinganam per maiora Patrum academicorum vota nominatus est

N n 3

Reue-

**A.**  
**1760.** Reuerendiss. D. de Ferger<sup>1</sup> Eccl. Cathedr. August. Canonicus & Officialis.

Reliqua huius anni acta fere ad solam Facultatem medicam pertinent *Franc. Ant. Ferd. Steblerus*, quem anno 1751. ad aulam Eminentiss. Cardinalis de Bauaria IOANNIS THEODORI &c. seruato iure Cathedræ medicæ abiisse diximus, rediit hoc anno ad Academiam, cum titulo Professoris Medicinæ Primariæ ac Senioris, moxque iterum lectiones pathologicas ac therapeuticas iuxta *Boerhauium* resumit.

Menſe Maio per decretum Serenissimi Electoris Pharmacentæ ciuico *Georgio Ludouico Rousseau*, de quo superius ad annum 1751. mentio iniecta est, commissi sunt processus chemici, cum annuo stipendio 300. florenorum, sub directione *Carlii Materix* medicæ ac Botanicæ Professoris instituendi. Rescriptis quidem Senatus academicus, sufficere ad eiusmodi operationes Pharmacopolium academicum, nec posse ærarium Vniuersitatis tantos sumtus ferre; sed nihil obtinuit, nisi post elapsum quadriennium, cum Serenissimus ex rei monetariæ atque metallicæ ærario illos 300. florenos exsolui iussit.

Denique Cathedra etiam anatomica, cum integro vacasset anno, dignum Professore facta est in *Ios. Ant. Obermaiero* defuncti *Leonardi* fratre. Didicit is Medicinam in Academia patria; atque inde Argentinam, & ad aliquod tempus Lutetiam Parisiorum abiit, cum post Fratris obitum Electorali decreto successor eiusdem designatus, ac in Heidelbergensi Vniuersitate Medicinæ creatus Doctor, die 20. Iunii in huius Academia anatomicas atque chyrurgicas lectiones solenni oratione auspiciatus est.

**A.**  
**1761.**

ANNO DOMINI M DCC LXI.

Rect. DXI IOAN. CASP. LIPPERT, Prof. Inst. Imper. &c.  
 Inscripti 136.

Illustris, *Ludou. Adam. L. B. ab Erdorf a Weyhenstephan, Essen, Degernbach &c. Landishutan. Bau.*

Non.

A.

**Nou. Prof.** *Virgil. Kröll*, Rattenbergenf. Tirol. S. I. Prof. Theol. 1761.

mor.

*Benedict. Schmidt*, Forchhemienf. Franc. Prof. Instit. Imper. &c.

*Vitus Keller*, Neoburgenf. Neopalat. S. I. Prof. Log.

**Nou. Doct.** *Felix. Augustin. Peer*, Waidenf. Palat. Medic.

Mox ad initium huius anni triste nuncium de inopinato obitu Magnifici Academiæ nostræ capituli *Ioan. Ios. Schiltengeri* Monachio Accepimus, quo scilicet ille sub natalitias Christi ferias excurrerat. Extinctus est die 13. Ianuarii, ac prope ipsam Collegiatam Diu. Virg. Ecclesiam sepultus, ubi in orientali illius pariete sequens habet epitaphium:

*Hic quiescit Prenobilis ac Magnus D. Franc. Ioan. Ioseph. de Schiltenberg, Ingolstadiensis Boius. I. V. D. Excelsi Regim. Elector. Burgus. Consiliarius Actual. in Alma & Electorali Vniuersitate Ingolstadiana Professor Iuris Statutarii Buarici ac Prætor Ord. Publ. Archiuarius ac p. t. eiusdem Vniuersitatis Rektor Magnus. Natus XVII. Mart. Anno MDCCXVI. denatus XIII. Ianuar. Anno MDCCLXI.*

Reliquit post se tres filios, tenerrimæ tum ætatis, at egregiæ indolis adolescentulos, primum *Franciscum Xauerium* Iesuitarum postea Ordini adscriptum; alterum *Aloysium*, Præfectum hodie Pfaffenhofensem & Elect. Regim. Straubingani Consiliarium; tertium *Iosephum Petrum*, Consiliarium hodie Aulicum & Præfectum Neoforensem in Bauaria inferiore.

Patres academici intellecta *Schiltengeri* morte, paulo post ad electionem noui Rectoris processere; ac die quidem 19. Ianuarii per maiora ad id muneris designatus est *Ioannes Casparus Lippertus* Consil. Aulic. actual. & Institutionum Imperialium Professor ordinarius; qui tamen & ipse non nisi ad finem vsque Maii supremum hunc in Academia magistratum gessit; cum enim gracilior corporis constitutio habendis pluribus in singulos fere dies collegiis sufficere non videretur, ex Medicorum sententia liberari a docendi onere expetiit. Baronis *Ickstadii* consilio ad Vicecancellarii dignitatem in Electorali Regimine Burghusiano promouendus erat; verum cum isthoc honoris ipse *Lippertus* deprecaretur, Serenissimus eundem in sum-

mo

**A.**  
**1761.** mo Prouocationum Iudicio Monachii Assessorem nominauit. Anno 1765. Commerciorum Collegii; paulo post tribunalis librorum censorii; demum etiam Iudicii Cambialis Consiliarius constitutus est. Cumque dein Sereniss. MAXIMILIANVS IOSEPHVS ab incomparabili *Oesello* exquireret, quem ingrauescente iam ætate, dignum in Bibliotheca Electorali successorem putaret, atque is *Lippertum* nominasset, ad hoc etiam officii genus Electorali decreto eidem adiunctus est, Equestri insuper Boiorum Ordini ab eodem Serenissimo, proprio motu & absque vlllo illius impendio adscriptus. Quodque ad hos Annales propius pertinet, idem in Ministeriali, quam vocant, Vniuersitatis Commissione locum habuit, ad Philosophicæ primum, tum etiam ad Iuridicæ Facultatis negotia deputatus. Hodie supremi Prouinciæ Regiminis est Consiliarius, & Archiuarius intimus.

Literarii labores, qui *Lipperti* nomen præferunt, sunt  
 I. *Nachricht von den ehemaligen gelehrten Gesellschaften in Baiern;* quæ eruditissima dissertatio, bifariam diuisa, omnium prima occurrit in Vol. I. ac II. Commentationum Academiz Scientiarum Boicæ, cuius ipse per annos complures Secretarium, ipsi petentibus Academiz Sociis, egerat. II. *Marci Velseri Rerum Boicarum Libri quinque, vnacum Libro sexto hætenus inedito. Accedunt Herwarti & Raderi additiones & emendationes &c. Edidit & præfatus est Ioannes Caspar Lippertus Eques Boius. August. Vindel. 1777. 8.* Scripsit præterea de Artificibus & Artefactis boicis plusquam viginti articulos, quos *Mertensius* Scholæ Augustanæ Rector Nouellis suis Artificis, ad annos 1770. 71. & 72. inseruit. Collectiones quoque, sic dictæ, Bavaricæ ad annos 1764. pag. 223. & 320. 1765. pag. 604. 1767. pag. 288. eiusdem Auctoris commentatiunculas quasdam continent. Promittit præterea in Præfatione Velsariana se *Marci Velseri, Christophori Gervoldi, Gasparis Scioppii, Matthæi Raderi* aliorumque epistolas hætenus ineditas publici iuris facturum; quod sane gratissimum literato orbi munus existeret.

Die 11. Aprilis mortem oppetiit *Ignatius Baierns* Theologicæ dogmaticæ Professor pomeridianus, vir optimus & in omni literarum genere, in lingua etiam hebraica versatissimus. Hic etsi fere semper parum firma valetudine ac debili admodum

A  
1761.

dum voce vteratur, libenter tamen ab omnibus audiebatur, ob magnam doctrinae soliditatem, quam in Oenipontana etiam & Dilingana Academiis sacrarum scientiarum publicus Professor comprobavit. In cathedra dogmatica eidem successit huius Professor Caluam Iosephus Grebl; huic Virgilius Kröll, e Theologia Lucernensi huc translatus.

Pro defuncto Schiltenero, novus Iurium Professor, ob doctrinae famam, atque alia merita literaria, quibus a pluribus iam annis Bambergae inclaruerat, ad academiam nostram evocatus est Benedictus Schmidt Forchhemius, qui die 22. Aprilis publice legendi solenne initium fecit, proposito *Programmate de Iure Belligerantis*. Edidit eodem anno suam *Commentationem de Differentiis Iuris Naturae, Rom. Germ. & Bau.* Item *Historiam Iuris, secundum Iura abrogandi, tisque studendi, methodum*; denique *Korberitungs-Grundsätze zur teutschen Reichs-Historie*. Scripsit, antequam ad nos accederet, *Beluchtung des dem Hochstift Würzburg zustehenden Herzogthums zu Franken &c. Bamberg 1751.* *Reichs-Geschichtsmäßige Staats-Vorfälle, warum unter den Carolingern das deutsche Reich ein Wabreich bleiben müssen.* Frankf. und Leipz. 1754. *Reichs-Friedensschlüsse, Vertheidigung, der geistlichen Gerichtsbarkeit Catholischer Reichsstände über ihre Lutherische Unterthanen*, ibid. an. eod. *Prüfung und Urtheil über den Protestantischen Kirchenstaat*, ibid. an. eod. *Bezanken über die aus dem Closter ad Protestantem entwichenen von aller Erbschaft und Lebensfolge ausgeschlossen bleibenden Vebergänger*, ibid. an. eod. *Arbeits, daß sich die Reichshistorie an. 843. mit dem Verdunischen Vertrag; die Kaiserhistorie an. 964. mit Kaiser Ottonen anfangt*, ibid. an. eod. *Principia Iuris Germanici antiqui*, Norimberg 1756. Reliqua eius scripta huius deinceps locis inferemus.

Eiusdem Schilteneri loco, Archiumi academici Praefectus Electorali decreto constitutus est Excellentiss. D. Director Universitatis L. A. de Ingolstadt. Ex illustrium Academicorum numero publice ac solenniter Iulio mense, ex universo Iure disputavit Maximil. Adam. Franc. Xant. L. B. de Lerchenfeld Amerland ab. Abam &c. proposita *Dissertatione Historico-Iuridica de Iure Asyli Ecclesiastici*, quam a Canonum Professore Zebio compositam, Sereniss. Electori Bau. MAXIMILIANO IOSEPHO dedicavit.

O •

Com-

A.  
1761.

Commendari denique ad posteros meretur huius civici  
Magistratus liberalitas, qui Gymnasio academico duodecim or-  
gyias ligni ad triennium in singulos annos concessit, repetitu-  
rus etiam deinceps idem beneficium, siquidem expetatur.

A.  
1762.

ANNO DOMINI M DCC LXII.

Rect. DXII. FRANC. ANT. FERD. STEBLER, Inst. medic. & Prae-  
xeos Prof. ord. &c. III.

Inscripti 135.

Illustres, *Christoph. L. B. de Lemmen*, Can. ad S. Pet. & Andr.  
Paderbornz.

*Theophil. Ignat. L. B. de Ezdorf*, a Weyhenstephan,  
Ellenbach & Degenbach, Landshutan. Bau.

*Franc. Xav. L. B. de Quentel* a Trausnitz & Kaltenthal,  
Schwandorfens. Neopalat.

Nou. Prof. *Raymund. Belloster*, Augustan. Sued. S. I. Prof. Cal.

*Ioseph. Widmann*, Pictenfeldens. Franc. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. *Ioan. Nep. Kösch*, Ratisbonens. Theol.

*Georg. Schweinhamer*, Erdingan. Bau.

*Ioan. Nep. Heinleth*, Donawerdan. Bau.

*Gabriel Baumgärtlinger*, Mattkthoffens. Bau.

*Ant. Ios. Iaser*, Wemdingan. Rhetor. Bau. } Medic.

*Franc. Xav. Clessin*, Feldkirchens. Rhoet.

*Ios. Kickinger*, Pfarrkirchens. Bau.

*Ios. Anselm. Wächter*, Wangens. Allgoi.

Cum ipso huius anni exordio Sereniss. Elector noster  
benevolentissimum suum erga Vniuersitatem animam nouo ac  
singulari quodam experimento testatum fecit; cum enim tra-  
rium academicum ob multiplices expensas reuera exhaustum esset,  
mille florenos in secutura deinceps sexennium annuatim sol-  
uendos eidem liberalissime assignauit.

Ean-

Eandem Serenissimi clementiam in conseruandis etiam Vniuersitatis iuribus ac privilegiis eodem anno experti sumus. Accusatus quidam, Academicæ adscriptus, quod militi transfuge sociam nauasset operam, carceri academico inclusus est. Verum cum milites eundem sibi expeterent, in carcere militari custodiendum; Rector Vniuersitatis, maioris mali euitandi causa, huic quidem translationi consentit, rem tamen ad Serenissimum detulit, qui mox clementissimo decreto illum Academicæ restitui iussit. Reus post bimestrem fere carcerem, repetitaque examina mense tandem Octobri dimissus est.

A.  
1762.

Lectorum nostrorum industria hoc maxime anno ex publicis scriptis eminuit: Baro inprimis *Ickstadius* Dissertationem Iuris publici typis euulgauit *De Vasallis Imperii durante interregno inuestitis, Throno Imperiali repleto ad Inuestituram renouandam, atque Iuramenta fidelitatis electo Imperatori de nouo præstanda obstricis*; quam occasione publici ex vniuerso lure tentaminis in aula maiore academica proposuit eiusdem nepos ex fratre *Ioan. Adam. de Ickstade*, præmature paulo post, cum aulicus iam Monachii Consiliarius, & proxime matrimonio iungendus esset, fato extinctus. *Zechius* Canonista operis sui præstantissimi *De Iure Rerum Ecclesiasticarum Partem posteriorem* eodem anno typis commisit. *Pruggerus*, *Observationes practicas ad Ius & Consuetudines Bavarie de Privilegiis Statuum Prouincialium*; *Schmidius* Dissertationem historico-publicam *de Iure Adlegandi Statuum Imperii*, item *Principia Iurisprudentiæ Romano-Germanicæ, vna cum Historia Iuris*, in lucem publicam edidit.

ANNO DOMINI M DCCLXIII.

Rect. DXIII. FERD. BALTH. ECKHER, Controu. Fid. & Oratoriz  
sacræ Prof. ord. &c. III.

A.  
1763.

Inscripti 145.

Illustres, *Sebast. Sigism. L. B. de Gagomus & Griesdorf*, Landshutan. Bau.

*Max. Ios. L. B. de Lœsch* ab Hilgertshausen, Stain, Tirgenfeld, Besch, Wolferstorf & Neubau, Monacens. Bau.

O O 2

Ios.



A.  
1763.

*Ios. Maria L. B. de Ginsheim &c. Monacens. Bau.*

*Ioan. Nep. Carol. L. B. de Schrenk a Nozing, Vlmerfeldens. Austr. Sereniss. Princ. & Episc. Frising. Ephebus.*

*Maria Ludov. L. B. de Pestalozza, Dominus in Tagmersheim, Pfosenau, Ibersfeld & Rambspaur, Tagmershemienf. Palat.*

Nou. Prof. *Maxim. Mangold*, Rhelingenf. Suen. S. I. Prof. Theol. dogm.

*Carol. Crauer*, Lucern. Helnet. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. *Franc. Sales. Stammler*, Monacens. Bau. *lar. vtr.*

*Carol. Ios. Kayser*, Patiauiens.

*Franc. Ant. Pachauer*, Mosburgenf. Bau. } *Medic.*

*Ioan. Zederer*, Erbendorfens. Neopalat. }

Nihil omnino est in huius anni historia, quod specialem mentionem mereatur, nisi grata *Iosephi* cuiusdam *Singeri* Parochi Lindkirchensis memoria, qua beneficium sibi a Facultate philosophica quondam factum, remuneratus est. Debebat is a multis retro annis dictæ Facultati quinque florenos pro colato quondam Magisterii gradu. Memor in supremo vitæ articulo huius nominis, non illos tantum quinque florenos exsolui iubet, sed insuper alios viginti florenos Facultati philosophicæ testamento legat, pauperi cuidam Magisterii candidato applicandos.

A.  
1764.

## ANNO DOMINI M DCC LXIV.

Rect. DXIV. IOAN. IOS. PRVGGER, Præcos ac Iuris statutarii Prof. ord. &c. II.

Inscripti 161.

Illustres, *Clem. August.* } *LL. BB. de Weichs* a Cörtlinghausen;  
*Ios. Caspar.* } Scharffenberg, Lonne, Cörtlinghausani Westphali.

*Franc. de Paul. S. R. I. L. B. de Köck* a Mauerstetten, Schönberg & Kay, Tirlsteineuf. Bau.

*Max.*

A.

*Max. Ios. S. R. I. Comes de Paumgarten, Franenstein, 1764.*  
 Dominus in Stubenberg, Pillhaim & Grafensee, Monacens. Bau.

*Ios. Ioach. L. B. de Schneid* ab Hirching, Monacens. Bau.

*Ioan. Iul. L. B. de Veltheim*, Rhenopalat.

*Frideric. Maria Comes de Seyffel d'Aix*, Monacens. Bau.

*Franc. Ant. L. B. de Rumel* in Zant & Zell, Ambergens. Palat.

**Non. Prof.** *Ioan. Euang. Cronthaler*, Kaufburan. Sueu. S. I. Prof. Log.  
*Ignat. Zanner*, Eichstettens. Franc. S. I. Prof. Mathes.  
 & S. Linguae.

*Petrus ab Ickstadt*, Vockenhufan. Moguntin. Iur. Prof. extraord.

**Nou. Doct.** *Petrus ab Ickstadt*, vt supra.

*Eustach. Caiet. Eckber*, Parsbergens. Palat. } *Iur. utr.*

*Ferdinand. Höger*, Monacens. Bau.

*Ioan. Nep. Leubner*, Westerhemiens. Bau. } *Medic.*

*Sebastian. Neuner*, Audorfens. Bau.

*Matthias Küsterle*, Monacens. Bau.

Ab hoc maxime anno initium duxere lites & contentiones, quæ deinceps in singulos fere annos Senatam academicum fatigarunt, inter Bibliopolam & Bibliopegum academicum; cum hic scilicet libros aliunde conscriptos, ac a se compactor venderet; ille vero hoc ipsum prohibere, ac Bibliopegum obligare conaretur, vt libros a se compingendos non nisi ex Bibliopolio academico sibi procuraret. Cum causa coram Vniuersitate aliquamdiu disputata esset demum Monachium ad supremum Appellationum Iudicium translata, nec tamen in hunc vsque diem ita decisa est, vt non quot annis nouæ controuersie excitentur.

Die 10. Aprilis communicata est Vniuersitati a Reuerendiss. Ordinario Eichstettensi damnatio *Iustini Febronii*, quæ in primis Academix valuis affixa est; deinde iniunctum Procancelario Vniuersitatis, vt si quæ illius libri exemplaria conquirere posset, ad Ordinariatum transmitteret.

A.  
1764.

Eodem mense Aprili, die scilicet 13. prope Urbis nostræ mœnia secundo Danubio præteruecti sunt Augustiss. Rom. Imp. FRANCISCVS, ac nouus Rom. Rex IOSEPHVS II. vnacum Sereniss. Archiduce LEOPOLDO & recens creatis S. R. I. Principibus *Kheuenbillero & Kaunizio*; quos vniuersi Patres academici e litto-  
re salutarunt, vicissim a summis hospitibus salutati detractis pileis.

Die 27. Maii grauissimus tumultus Academicos inter & Milites exortus est; cum enim Illustris quidam Baro ob futilem, immo nullam fere causam in militarem custodiam esset abductus; Academici vero numerosius mox collecti eundem restitui in libertatem peterent, ad arma conuersi milites, ac in cohortes pro more diuisi, quasi in aciem contra inermem studiosorum multitudinem progressi sunt, ac sclopeta etiam aliquoties in vagam turmam explosere; nullo quidem maiori damno, nisi quod Consul ciuicus *Schleissingerus*, cum ex ædibus suis, ac per fenestras quidem clausas, insolitos illos motus spectaret, globo traiectus fuerit. Tota demum tempesta Chyliarchæ *Herbstii* potissimum auctoritate tunc quidem sopita est. Missi vero paulo post duo Professores ac duo Illustræ Academici, apud Serenissimum effecere, vt causæ inquisitores, seu Commissarios, illico Ingolstadium ablegandos promitteret, qui causam examinarent, ac læsæ parti satisfacerent. Et vero venere die 6. Iunii *Comes de Arco*, *Baro de Widmann*, & *Dominus de La Rosée*, qui ad diem vsque 12. mensis Septembris hic subsistere, variis scilicet examinibus & inquisitionibus occupati. Euentus rei, ac præstitæ studiosis satisfactionis quædam species fuit, quod ea militum legio, quæ magis in culpa fuisse videbatur, alio commigrare iussa fuerit.

Lætiora fuere, quæ reliquum per annum pro literarum incremento gesta sunt. Disputatum imprimis sæpius publice a Laureæ medicæ Candidatis; ac *Ioan. Nep.* quidem *Leutbnerus* typis impressam *Dissertationem de Acidulis Diezenbacensibus* in lucem edidit. Ex vniuersa etiam Philosophia concertationem publicam instituit *Adamus Weisbauptius* Ingolstadiensis, nostri quondam Iurium Professoris filius, & ipse postea ciuilis primum, tum ecclesiasticæ Iurisprudentiæ Professor, id quod suo tempore annotabitur; pro disputationis materia distribuit Libellum the-

A.  
1764.

thesium, Excellentissimo Domino Vniuersitatis Directori, *Ba-  
roni Ickstadio*, Patri suo iustitico dedicatum. Iurium quoque Pro-  
fessores hunc iterum annum suis lucubrationibus illustrarunt;  
*Ioan. Paulus Sutor* edidit Orationem inauguralem, *Ius Nature He-  
terodoxorum, nec Deo, nec Republica, nec Homini summ tribuens*  
*Benedictus* vero *Schmidius*, Dissertationem Historico-Publicam,  
*de Prærogatiuis Episcopatus & Principatus Bambergensis*, cum *Lauren-  
tius Schwarzbarthius*, *Stadtsteinacensis* Franco ex vniuerso Iure  
publice disputaret.

Me nse Octobri ad hanc Academiam accessit *Ignatius Zan-  
nerus* Professor Matheseos, quam integro antehac quinquennio  
Friburgi Brigoiæ docuerat, & linguæ simul hebraicæ, quam  
Oeniponti sub *Wetttenaueri* magisterio didicerat. Huic scilicet  
locum fecit *Georgius Krazius* Schongauiensis Bavarus, vir non  
tam ætate, quinquagenarius enim erat, quam studiorum con-  
tentione fractus & exhaustus. Certe per continuos quatuor-  
decim annos, quos hac in Vniuersitate disciplinis mathematicis  
impendit, fere nunquam reliquit cubiculum, nisi ut laboris  
mutaret genus; transibat enim a scriptione ad obseruationes,  
ab his ad calculos, inde ad experimenta præcipue mechanica,  
quibus ad recreandum quasi animum occupabatur. Effecit ve-  
ro *Krazius* improba hæc industria, ut haud secus ac ipseus in  
hæc cathedra antecessores, *Scheinerus*, *Cysatus*, *Grammatici*,  
*Falkius*, *Hissius* &c. etiam ad externos, ad ipsos adeo Sinen-  
ses, celebre suum nomen redderet, ac a summo Gallie  
Astronomo *diligentissimi obseruatoris* laudem ferret; multo sine  
dubio plura ac maiora præstiturus, si ea habuisset instrumen-  
ta quibus pleræque hodie speculæ astronomicæ instructæ sunt;  
quæ ipse aliis fere vti non potuerit, nisi sua manu fabricatis.  
Laudis non immeritæ testes legitimi sunt scripti ab ipso libri:  
*De Viribus Corporum*, Opusculum I, *de Genuino Principio Aequilibrii*  
*corporum solidorum*, Ingolst. 1759. *Obseruatio Transitus Veneris per*  
*discum solarem*, 6. Iun. 1761. *Methodus cuiuscunque numeri non per-*  
*fectæ quadrati radicem veræ quam proximam breui labore determinandi*,  
1762. vna cum Responso apologetico. *Dissertatio pro præmio, de ratio-*  
*ne motus mediæ & distantie mediæ Lune a Terra ad vires, quibus in*  
*Ænam præmittitur*, 1762. in den Abhandlungen der Churfürstl. Baie-  
rischen

A.  
1764.

rischen Akademie, Vol. IV. München 1767. Reliqua de Viribus Corporum opuscula cum ob affectam valetudinem in lucem publicam promouere non posset, edidit *Ioan. Evang. Cronbalerus* opus posthumum, *Nouam Virium Theoriam de Pressione Fluidorum, Autore Georgio Kraz*, Ingolst. 1765.; *Ioannes vero Kerschbaumerus, Principia Hydraulica, secundum Theoriam Georgii Krazis proposita*, Ingolst. 1770. Obijt *Krazius* anno 1766. Monachii, quo valetudinis curandæ causa translatus fuerat.

Demum Nouembri mense, Directoris *Ickstadii* ex fratre nepos, *Petrus ab Ickstadt*, cum absolutis alibi Iurium studiis supremo Doctoris gradu in nostra Vniuersitate insigniri vellet, die 19. dicti mensis publicum tentamen sustinuit, proposita *Dissertatione Iuridico-Politica de Irrationabilitate Consuetudinis, Legum & Statutorum, quibus functiones in ciuitate necessarie leuis nota macula asperguntur*; ac postridie Iuris vtriusque Doctor renunciatus est. Idem paulo post, die 7. Decembris, Electorali decreto in Iuris publici cathedra Patro subrogatus, die 10. eiusdem mensis publica oratione lectiones suas auspicatus est, mox etiam ad Senatum academicum admissus, quod prorsus singulare erat, cum esset Professor extraordinarius;

Ad Parochiam Wendinganam, qua se Reuerendiss. D. *Fergerus* libere abdicauit, promotus hoc anno est, Patrum academicorum nominatione *Leonardus Heipletus*, ciuis Wendinganus, ac Doctor Romanus.

A.  
1765.

ANNO DOMINI M DCC LXV.

Rect. DXV. COSMAS DAMIANVS KLOSNER, Prax. Medic. Prof. ord.

Inscripti 180.

Illustres, *Ioach. Ios. L. B. de Gugl*, Dominus in Prandt & Dippelsdorf, Traidendorfs. Palat.

*Felix Aloys. L. B. de Asch*, in Asch & Oberndorf, Cambens. Bau.

*Thaddæus L. B. de Mündl* de Deutenhofen, Steegenf. Ban. Ferd.

A.

*Ferd. Ignat. Aloys. L. B. ab Es in Asch, Wetterfeld & Oberndorf, Wetterfeldens. Palat.* 1765.

*Ioan. Ant. LL. BB. de Erolzheim, Pleinfeldens. Franc.*

*Ios. Franc.*

*Sigism. Christoph. Comes ab Es in libero Seyboldsdorf, Landshutan. Bau.*

**Nou. Prof.** *Lawrent. Veitb, August. Suen. S. I. Prof. Caf.*

*Franc. Siardi, Ottmaringens. Bau. Prof. Iur. ord.*

*Ios. Zweiffig, Flüelens. Heluet. S. I. Prof. Log.*

*Cesarius Amman, Oenipont. Tirol. S. I. Prof. Mathes. & Linguz sacræ.*

**Nou. Doct.** *Ios. Hueber, Milsen. Tirol. Paroch. Augiens. Theol.*

*Franc. Siardi, vt supra.*

*Iac. Anton. Thomafini, Annaniens. Tirolens. } Iur. utr.*  
*Seybold, Augustan. Suen.*

*Franc. Ant. Kessler, Berchtesgadens.*

*Franc. Ios. Oswald, Abensbergen. Bau.*

*Matthæus Andr. Peer, Salisburgen. Bau.*

*Wolfgang. Kollmayr, Straubingen. Bau.*

*Ioan. Benno Amerlander, Monac. Bau.*

} *Medic.*

**Feruere hoc anno exercitationes ac promotiones academicæ fere plusquam alias; præter quinas enim senasue disputationes publicas, quas Religiosi S. I. ex Philosophia ac Theologia pro more aliorum annorum instituerunt, in arenam iuridicam descendit generosus pugil Franc. Xau. Andr. Marian. de Orban S. R. I. Eques, Hereditarius in Pilsach, S. E. B. Consil. Aul. & Iudicil Prouinc. immed. Hirschberg. Assessor actual. necnon p. t. sub Legione pedestri Comitibus de Morawitzki primarius Centurionis Vicarius, ac sub clementissimis Auspiciis Sereniss. Electoris nostri publicæ disputationi submisit *Dissertationem Iuris publici de Cesareo primariarum Precum Iure*, Præside & Auctore Petro ab Ickstatt. Erat Orbanus ille patria Ambergensis, Electoralis Regiminis ibidem Cancellarii filius; edideratque superiori iam anno typis academicis *Orationem panegyricam in honorem S. Iuonis*, publico ex ambone antea recitatam in Templo academico.**

P p

Ean-

A.  
1765.

Eandem Iurisprudentiæ palæstram paulo post subiere *Vdalricus Iosephus Weissius* huius, A.A. LL. & Phil. Mag. ac pro summis in utroque Iure consequendis honoribus candidatus, proposita *Dissertatione inaugurali iuridica ad Ius & Consuetudines Bavarie de Iure Feminarum illustrium singulari*, quam Præside & Auctore *Pruggero* inclitis Bavaricæ Statibus dedicavit; & *Burhardus Schwarzbarbius* Stadtsteinacensis Francus, qui in publico disputationis actu *Dissertationem Iuris Germanici de Unione Prolium a Schmidio* nostro elucubratam, propugnauit. Edidit *Schmidius* eodem anno *Anweisungsgrundsätze zur Iuristischen Reichspraxis*.

Denique ex disciplinis etiam mathematicis publicam exercitationem Præside *Zannero* instituit *Paris Iuliani* S. L. Scholasticus, qui cum anno elapto ex vniuersa Philosophia publice disputasset, hunc annum integram perdiscendæ Mathesi speciatim impendit.

Ex nouis huius anni Doctoribus præcipue memorandi sunt *Franciscus Siardi*, Ottmaringens. Bavarus, & *Iac. Ant. Thomasi*, Annanienf. Tirolens. ambo antehac Iurium in hac Vniuersitate Repetitores publici; quorum ille eodem hoc anno Codicis Professor ordinarius Electorali decreto nominatus, die 13. Decembris solenni oratione prælectiones suas inchoauit; hic vero ad Cancellarii munus in Illustri ac Principali Monasterio inferioris, quod Ratisbonæ est, Parthenone enectus est.

Inter inscriptos hoc anno Iurisprudentiæ candidatos locum sibi his in Annalibus merito exposcit *Carolus Borromeus de Vacchiery* S. R. I. Eques, Dachauensis Bavarus, paulo post, anno 1768. Consiliarius aulicus, anno 1775. in summo prouocationum iudicio Assessor, hodie Consilii aulici Vice-Director, & Rei scholasticæ per Bausariam, superiorem Palatinatum & Ducatum Neoburgicum Curator; insignis idem cultor Historiæ patriæ, quam non solum editis ipse scriptis, sed nouis quotidie consiliis per Academiam Scientiarum boicam, cuius in Classe historica Director est, illustrare satagit.

Die 8. Septembris Landshuti obiit noster S. Scripture Professor & ad D. Mauriti. Parochus *Georgius Hagn*. Is, cum sub ferias autumnales ad cognatos suos, atque inprimis ad Electorali Regiminis Cancellarium Landshutum excurreret, eosdem  
ad

ad Iubilæam suam sacerdotale inuitaturus, repente inueterato herniæ malo oppressus, ac intra breuissimum tempus, rite tamen preparatus ibidem occubuit, vir de templo inprimis Mauritiano, cui ad 30000. millia florenorum cum viuens, tum moriens contulit; dein de ipsa etiam Academia, cui libros suos legauit, mille facile florenis æstimatos, præclare meritis. Habet idem in memorato D. Mauritii templo monumentum marmoreum; quod gestorum inprimis munerum, dein beneficiorum ædi Mauritiæ præstitorum memoriam ad posteros conseruat sequenti inscriptione:

*Anno MDCCLXV. Landisbatum profectus 8. Sept. in Patriam celestem migravit Plurimum Reuerendus Fran. & Magnif. D. Iosephus Georgius Hagn SS. Theol. & Iur. utr. Doctor, Sereniss Elect. Bau. & C. & C. ac Celsiss. S. R. I. Princ. & Episc. Eystett. & C. & C. Consil. Eccl. adual. 75. Ann. Sacerdos Iubil. olim Collegii Rom. in studiis Alumn. doctiss. paulo post Parochus in Edlmünster Zelotissimus & Canonicus ad D. V. Monachii deuotiss. dein Oettingæ veteris per 26. annos Decanus & Vice-Prepositus vigilant. denique hic S. Script. Prof. ord. & ad L. Mauritii Paroch. 10. annis munificentissimus.*

*Liberalitatem ipsius non modo in uiuis Templum interius renouatum, Altare summum, Tabernaculum argent. Hierotheica cum margaritis, Capsula cum SS. Reliquiis, nouus calix cum urceolis & pelui, Paramenta pretiosa propriis sumptibus comparata deprædicant, sed etiam Testamentum post mortem confirmat, in hoc Ecclesiam S. Mauritii scripsit heredem, ut cum legione Thebæa expeditus hereditaret eternam felicitatem, quam eidem omnes precantur.*

De Hagnii Successore Carolo Leutnero ad annum sequentem fiet mentio.

Die 14. Octobris solennes exequiæ in templo academico pro Augustissimo Rom. Imperatore FRANCISCO in præsentia Patrum academicorum celebratæ sunt.

Ad finem huius anni, seu ad initium potius sequentis anni scholastici in iuridica Facultate, circa designationem materiarum pro collegiis publicis, mutationes quædam accidere; ac Schmidius quidem Ius publicum, Pruggerus Ius patrium, Sutor Pandectas, Petrus Ickstadius Ius naturæ & Institutiones Imperiales, explicare sunt iussi; Director vero Vniuersitatis Adamus



A.

1765. *Baro Ickstadius* eodem tempore a Serenissimo Monachium suocatus est; atque inde nonnisi per temporum interualla ad Academiam renisit.

Ad parochiam Abensbergensem Academia pro iure suo nominauit R. D. *Ponschab*, antehac per multos annos ad D. *Mauritii* Cooperatorem.

A.  
1766.

ANNO DOMINI M DCC LXVI.

Rect. DXVI. *BENEDICTVS SCHMIDT*, Iur. Publ. & Feud. Prof. ord.

Inscripti 153.

Illustres, *Rudolf. Henr. L. B. de Griessenbeck* a Griessenbach & Amerthal, Sulzbergenf. Palat.

*Frid. Ios. L. B. de Tänzl* de Trazberg a Dietldorf, Landauenf. Bau.

Fr. de Paula } S. R. I. LL. BB. de Clofen a Gern, Arn-  
Anton. } storf, Iegendorf & Aufhausen, nec-  
non Oberpöring, Gneiding, Etling,  
Westendorf & Sycklasperg, Arn-  
storfenf. Bau.

Nou. Prof. *Carol. de Leutner* in Wildenburg SS. Theol. Doct. & I. V. Cand. S. E. B. necnon S. R. I. Princ. Episc. Eichstettenf. & Passauenf. Consil. Eccl. Prof. S. Script. & Parochus ad D. *Maurit.*

*Georg. Urban*, Hannbacenf. Palat. S. I. Prof. Theol. dogmat.

*Laurent. Veish*, Augustan. Sueu. S. I. Prof. Theol. dogm.

*Christoph. Vbelacker*, Türschenrentenf. Palat. S. I. Prof. Cal.

*Adam. Kern*, Eichstettenf. Franc. S. I. Prof. Log.

Nou. Doct. *Carol. de Leutner* &c. vt supra. Theol.

*Thom. Ios. de Hayden*, Monacenf. Bau. Iur. utr.

*Martin.*

*Martin. Enzensperger*, Garfens. Bau.  
*Martin. Kbyb*, Türschenreutens. Palat. } *Medic.*  
*Ioan. Euang. Weßermayr*, Monacens. Bau. }

**A.**  
**1766.**  


---

In S. Scripturæ cathedram ac simul in Parochiam Mauritanam Ianuario mense h. a. successit *Carolus Leutnerus*, patria Tirolensis; qui cum in Oenipontana Vniuersitate sacris scientiis ac linguarum etiam orientalium notitia foisset imbutus, ad Passauensium primum Clericorum Seminarium, inde ad Parochiam Eggersbergensem in Decanatu Eßingensi, ac demum a Serenissimo Electore nostro ad Vniuersitatem Ingolstadiensem transiatus est; ubi die 10. Ianuarii Theologiæ Doctor renunciatus, postridie publica oratione solenne docendi principium fecit.

In huiusmodi Physicam hoc demum anno introducta est doctrina Newtoniana de Viribus Corporum, quam gemini Professores *Carolus Crauerus* & *Ioan. Euang. Cronbalerus* primo exemplo propugnarunt. Hoc Præsidi die 28. Iul. publice ex impressis thesibus disputauit *Ferdinandus Iosephus Baader* Ingolstadiensis Baurus, postea Medicinæ Doctor ac Physicus Erdinganus, hodie Chemiæ ac Historiæ naturalis Professor Monachii, ibidemque Collegii medici Assessor & in Electorali Scientiarum Academia Classis philosophicæ Director.

Nouum est ac singulare, quod in actis huius anni occurrit. *Gmelinus* quidam Lutheranus, patria Stuttgardiensis, qui inde a mense Decembri superioris anni albo academico inscriptus non tantum Collegia medica diligenter ac indefesse frequentauit, sed mores etiam incorruptos & statutis Academiæ conformes exhibuit, petiit Augusto mense h. a. Doctoratu medico insigniri. Insolita & noui in hac Vniuersitate exempli res ad plenum Patrum academicorum concilium deduci omnino debuit. Deliberatum igitur, ac per maiora Procancellarij præcipue & Theologorum Philosophorumque vota conclusum est, eam *Gmelini* petitionem audiendam haud esse. Causa in feriis autumnalibus, absentibus scilicet theologicæ ac philosophicæ Facultatis Patribus de nouo acta est; sed obnitente iterum Procancellario nihil effectum; etsi documenta in Vniuersitatis tabulario asseruata, & ipse Perillustris *de Kreittmayr*, Annot. Cod. Ciu. Tom. V. pag. 2341. doceant, etiam A catholicos posse insigniri.

**A**  
**1766.** signiri gradibus academicis; id quod deinceps Electorali decreto, & nouissimis exemplis an. 1781. firmatum fuit; cum non solum in medica, sed in iuridica etiam Facultate Gradus academici A catholicis collati sunt.

De statu literario Vniuersitatis testimonium maxime idoneum nobis præbent editæ hoc iterum anno lucubraciones; ac *Zechius* quidem noster, cum anno priore *de Iudiciis Ecclesiasticis Partem priorem* edidisset, hoc anno *posteriores* quoque subiunxit, atque ita demum suas *Iuris Canonici Institutiones sex Tomis* feliciter absoluit. Toti operi post aliquot primum annos *Indicem uniuersalem*, quam copiosum, tam vtilem, adiecit *Christophorus Vbelackerus*, *Zechii* quondam discipulus, postea successor. In Ius publicum commentati sunt, *Petrus de Ickstatt*, *Dissertatione de Imperio Eminentis auctijus edita, a criticis Anonymi cuiusdam Animaduersionibus liberata*; & *Benedictus Schmidius*, *Dissertatione Historico-Iuridica de Nouis & Singularibus Capitulationis IOSEPHI II. Rom. Imp.* Denique *Dissertationem Medico-Chemicam de Marte*, propria industria elaborauit *Martinus Enzensperger*, Laureæ medicæ Candidatus; qui tamen paulo post maximas de se conceptas spes Parisiis, vbi præxeos excolendæ causâ versabatur, tumulo secum intulit.

Inscriptus est hoc anno matriculæ academicæ *Iosephus Maria de Cblingensberg*, *Christophori* quondam nostri nepos, hodie Electoralium Appellationum Consiliarius; quod memoriæ magni eiusdem Aui, Viri de Academia nostra meritissimi, denerandæ causâ omittere non debui.

Nec silentio prætereundus est nouus Theologiæ Professor, *Georgius Urbanus*, qui continuo deinceps septennio tanta cum soliditate ac claritate doctrinæ sacra dogmata explicauit, vt, qui docentem audierunt, eundem anno 1773. cathedræ, ac anno 1780. luci publicæ ereptum esse hodiedum doleant. Scripsit anno 1773. *Commentationem theologicam de Beneuolentia Dñi infinita cum Eiusdem Oeconomia conciliata.*

AN-

## ANNO DOMINI M DCC LXVII.

A.  
1767.

Reft. DXVII. IOAN. PAVL. SVTOR, Prof. ff. &amp;c. II.

Inscripti 142.

**Illustres**, *Franc. de Paul. L. B. de Freyberg*, Rannón, Offingén & Landtrost, Augústan. Sueu. Sacerd.*Aloys. S. R. I. Comes Basselet de la Rosée* in Garezháusen, Feldäufig & Wieling, Monacens. Bau.*Max. Iof. L. B. de Gumpenberg*, Dominus in Braitenbrun &c. Monacens. Bau.*Georg. Ant. L. B. de Hegnenberg*, appellatus Dux &c. Ingolstád. Bau.*Ioan. Adam. S. R. I. Comes de Rambaldi*, Dominus in Vlirein, Landishut. Bau. S. E. B. sub Regim. Ser. Ducis CLEM. Signifer.*Ferd. Henr. L. B. de Risenfels*, Schwendtenf. Bau.**Non. Prof.** *Franc. Xau. Fridl*, Breittenbrunnens. Suen. S. I. Prof. Theol. dogm.*Mich. Stauffer*, Höchstadian. Neopalat. S. I. Prof. Log.**Non. Doct.** *Henric. Braun*, Trosbergenf. Bau. Can. ad D. Virg. Monachii, Linguz patriz, Poeseos ac Eloquentiz in Academia Electorali ibidem Professor, *Theol.**Ioan. Georg. Höfste*, Walkershofens. Suen. *Medic.*

Primum in anni huius historia locum meritò sibi vendicant literarii labores, quos Mathematici nostri, *Cesarius Amanus* Matheseos Professor ord. & *Ignatius Pickelins* Mathematicorum Repetitor domesticus pro determinanda Altitudine Poli Obseruatorii astronomici Ingolstadiensis susceperunt. Vñ sunt instrumento in his regionibus nouo (*Señòrem* vocant) & pretio, nì fallor, quadringentorum florenorum, *Brandert* Artificis Augustani manu, recens confectò. Eam machinam improbo imprimis labore examinarunt, deinde institutis obseruationibus poli altitudinem, seu latitudinem huius obseruatorii determinarunt; totius etiam instrumenti descriptionem, examinis item & obseruationum methodum atque successum speciali *Dissertatione* cum literato orbe communicarunt; quam vnacum *Positionibus*

**A.**  
**1767.** *bus Geographicis de inuenienda figura telluris in publica disputatione proposuit Iosephus Bullingerus S. I. Religiosus.*

Chemix quoque studium in hac Academia nouis in singulos annos incrementis florescere cœpit: vt auper *Enzenspergerus de Marte*, isa hoc anno *Ioannes Baptista Schallerus* Lengenfeldensis Palatinus *Dissertationem Chémico-Medicam de Vsu Calcis* proprio marte composuit, ac mense Decembri pro summis in Arte medica consequendis honoribus publico ernditorum examini submitit.

Importuna sane ac permolesta tempestas versus anni huius finem in theologica Facultate exarsit; cum enim *Franc. Xav. Fridelius*, nouus Theologiæ dogmaticæ Professor in solenni lectionum suarum principio aduersus Tolosanum in Gallia Theologos peroraret, occasionem inde arripuit vitilitigator quidam, eundem ad gallicum in Aula Monacensi Legatum, atque inde ad Serenissimum Electorem deferendi. Et vero communicatum est paulo post Vniuersitati clementissimum decretum, quo Serenissimus de causa Frideliana informari petiit; cui vt satisfaceret, vota sexdecim Professorum Prolusioni præsentium, Monachium missa sunt. Atque hæc quidem dum vltro citroque agitantur, *Fridelius* instante Legato extra Bauariam Electoroli mandato migrare iussus est; eiusdem vero superiores *Georgio Urbano*, a Præfectura studiorum ad cathedram theologicam redire iussu, iniunxerunt, vt per modum Principii solennis in aula academica publice declaret, siquid a *Fridelio* dictum fuisset contra Regem Christianissimum, Ecclesiam Gallicanam aut Parlamenta, id minime ex mente Societatis dictum, nec a Societate, cuius ore & nomine ipse nunc loqueretur, vnquam agnitum iri. Legit ipse Serenissimus eam oratiunculam, probauitque; Legatus etiam gallicus, cui similis tenoris protestatio data est, assatum sibi satisfactum esse dixit. Sicque causa terminata est.

Eodem tempore, mense scilicet Nouembri, missum est ad Vniuersitatem apographum epistolæ, qua noster *Controuersiarum* Professor huiatem *Typographum* apud *Dominum de Osterwald* accusauerat, quod clanculum lucubrationem quamdam aduersus *Veremundum Lochsteinium* imprimere ausus esset. Quid ea in causa deinceps actum fuerit, non inueni.

AN-

A.  
1768.

ANNO DOMINI M DCC LXVIII.

Rect. DXVIII. FERD. BALTH. ECKHER, Controu. Fid. & Orator.  
sacrz Prof. ord. &c. IV.

Inscripti 135.

Illustres, Ioan. Casp. Comes de Preysing de Moos, Acholming & Söldenburg, Cremsfent. Austr.

Christoph. Christian. S. R. I. L. B. & Panneresius de Werndle ab Adelsried & Burgleuthen, Steinbergenf. Neopalat.

Ios. Ant. L. B. de Ero'zbeim, Berchingenf. Franc.

Christoph. Fr. Xau. L. B. de Zindt de Kenzingen & Kempfenhausen, Mündelhemienf. Sueu.

Nou. Prof. Thomas Schreiber, Flossenf. Palat. S. I. Prof. Caf.

Christoph. Vbelacker, Türschenreutenf. Palat. S. I. Prof. SS. Can.

Ioan. Euang. Kerschhammer, Gossensaffenf. Tirol. S. I. Prof. Log.

Ioan. Nep. Mederer, Stöckelsbergenf. Palat. S. I. Prof. Hist.

Nou. Doct. Balthaf. Kirschenbofer, Erdingan. Bau. Inst. Cler. in com. viu. Regens.

Josepb. Heifs, Burgstallenf. Bau.

Adam. Weisbaupt, Ingolstadienf. Bau.

Ignat. Wagner, Ratisbonenf.

Ioan. Sebast. Hauser, Spaichingan. Sueu. Ad-uocatus Consistor. Ratisbon.

Josepb. Lengensfelder, Berchingan. Franc.

Ioan. Bapt. Schaller, Lengensfeldenf. Palat.

Christoph. Schmid, Campodunenf. Allgoi.

} Theol.

} Iur. utr.

} Medic.

Ipsò mox Ianuario mense egregie iterum hoc anno Facultatem medicam ornavit ex Laurez medicæ Candidatis *Josepbus Lengensfelderus*, qui & ipse propria industria elucubrauit Dissertationem eruditissimam *de Vitro naturaliter & artificialiter considerato*, quam etiam in solenni Disputatione publicæ eruditorum disquisitioni exposuit.

Q. 9

Ex

A.  
1768.

Ex Illustribus quoque Iurium studiosis publicum doctrinæ specimen præbuit *Iulius L. B. de Veltheim Philippoburgensis Rhenanus*, qui die 23. Iulii vna cum de promptis ex omnigeno Iure corollariis propugnauit *Dissertationem Historico - Iuris Publici Germanici Prædicam de Visitatione Camere Imperialis & in ea Actorum Reuisione, atque per hanc Recursu ad Comitatus ocys, & tandem legaliter sublato, Benedicto Schmidio Præside & Auctore.*

Eorum ex numero, qui Academiæ nostræ hoc anno nomen dederunt, maxime memorabilis est *Maximilianus Stoll S. I.* Religiosus, ac Poeticus in Gymnasio nostro academico Professor. Is natus anno 1742. Erzingæ in Sueuia prope Rottwillam, anno 1760. Ordini S. I. se adiunxit; absoluta dein per triennium Philosophia, ex qua anno 1765. in hac Vniuersitate publice disputauit, haustisque singulari cum industria mathematicis disciplinis & græcæ linguæ cognitione, studia humanitatis Halæ primum ad Oenum, tum Eichstadii, ac denique in Pædagogio nostro academico professus est. Translatus anno sequenti ad Theologiam, dimissionem ex Ordine suo petiit, atque etiam impetrauit. Tum vero ad Medicinam totum se contulit; fecitque in illa tantos progressus, vt publicus paulo post eiusdem Professor in celeberrima Vindobonensi Vniuersitate constitutus fuerit. Atque huic suo muneri tam copiose hætenus satisfecit, vt Illustri *Haenii* antecessoris sui famam non æmulari tantum sed plane æquare videatur; quod editi maxime libri demonstrant, *Opera scilicet posthuma Illustris de Haen, & Rationum medendi in Nosocomio Vindobonensi &c. Tomi tres.*

Die 13. Sept. mortem oppetiit *Henricus Schüzius*, Historiarum Professor & Facultatis philosophicæ senior. Natus hic anno 1714. Niccaro - Vlmæ in Franconia, anno 1747. ad historicam cathedram accessit, Gymnasii simul academici fere per omnes illos viginti & vnum annos Præfectus. Cum ingenio ac memoria, vt superius notauimus, præcipue valeret, atque in legendo & excerptando assiduus esset, mirum haud est, eundem omnigenæ eruditionis laude in primis floruisse; quod quidem relicta variarum commentationum monumenta luculente demonstrant. Scripsit vero ac typis edidit *Erotemata Historica, in Collegiis Historico - Academicis secundum Criticam pertractanda, Ingolst.*

1749.

A.  
1768.

1749. *Mantum Bambergenſe S. Henrici Caſaris, notis illuſtratum*, ibid. 1754. *Commentarium criticum de Scriptis & Scriptoribus Historicis tam antiquis, quam nouis &c.* ibid. 1761. Tres item orationes ſacras; primam de S. Cruce Schiræ dictam, Monach. 1752.; alteram de B. V. Maria de Viſtoria, Ingolſt. 1754.; tertiam de S. Magdalena, itidem in Schirenſi O. S. B. Cœnobio habitam, Friſing. 1755. Dicitur idem auctôr fuiſſe Diſſertationis vernaculæ, *Franken nicht in Baiern*, quæ anno 1764. contra commentatiunculam Pfeſſelianam de *Finibus Nordponie veteris*, ſine nomine & loco prodiit. Meditabatur *Schitzius* etiam maius quoddam opus, integram ſcilicet *Hiſtoriam Romano-Germanicam*, cuius ſingulorum voluminum Pars prior ipſam Hiſtoriam planam, Pars vero poſterior Annotationes, Diſſertationes, atque Diſputationes complecteretur; iamque Voluminis I. Pars prior, ſeu *Periodus Carôllingica*, typis academicis excuſa erat, cum variis primum impedimentis, ac demum morte auctoris, eius libri editio abrupta eſt. Elucubrauit idem nonnullas commentationes ad propoſita a variis Societatibus literariis Problemata hiſtorica; ac quantum mihi quidem ex eius ore conſtat, ſcripſit de *Progenitoribus Luitpaldi Baiaria Marchionis*; item de *Arnulpho Baiaria Duce & eius iuribus ac Prærogatiuis*, ad Academiam Scientiarum boicam; *De Comite Palatii*, ad Academiam Theodoro-Palatinam; *De Polonica gentis aduentu & aduentus Epocha*, ad literariam Societatem Iablonouiam; ex quibus binæ, de *Progenitoribus ſcilicet Luitpaldi, & de Comite Palatii*, præmio 50. aureorum coronatæ ſunt.

In locum deſuncti *Schitzii*, cum Præpoſitus Prouincialis Germ. Super. S. I. tres Ordinis ſui viros, ex noua Electorali ordinatione circa nominationem omnium deinceps Profeſſorum academicorum obſeruanda, Sereniſſimo proponeret, atque inter illos ego quoque numerarer, e Philoſophia Ambergenti, cum iam Ratiſbonam ad idem ſtudium deſtinatus eſſem, ſuccedere iuſſus ſum; edidique eodem adhuc anno, vt haberent auditores mei aliquod ſaltem pro ordinariis lectionibus ſubſidium, *Ideam Systematis Hiſtorie Germanicæ &c.*

Octobri menſe ad quietiorem vitam Monachium abiit veteranus Canonum Profeſſor *Franc. Xau. Zechus*, ſuis, neſcio, an laboribus & meritis grauior. Natus Ellingæ in Fran-



A.

1768. conia anno 1691., absoluta Dilingæ Philosophia anno 1712. Religionem Clericorum Regularium S. I. amplexus est; cumque integro dein quadriennio humaniores literas, ac paulo post, sacris prius disciplinis in hac Vniuersitate imbutus, etiam Philosophiam, Theologiam polemicam atque moralem & Ius Canonicum variis in locis docuisset, anno 1743. ex Oenipontana Academia ad huiatem Iurisprudentiæ Ecclesiasticæ cathedram translatus est. Quia diligentis & eruditionis commendatione per quinque lustra hanc spartam ornarit, cum innumeris superesset per totam fere Germaniam catholicam viui laudatores, qui ex omni infimorum, summorumque, etiam S. R. I. Principum & Comitum statu *Zechium* audierunt, referre lubens supersedeo; libros tamen typis publicatos, vnicos eosque integerrimos solidæ doctrinæ testes, pro meo more recensebo. Primum, quod Oeniponti edidit, sine nomine quidem, loco & anno, est *Responsum Iuris pro veritate ad quesitum, an Religiosi S. I. per vota Scholasticorum post biennium Nouitiatu emissa, reddantur incapaces retinendi ius & dominium bonorum suorum?* Reliqua eius opera omnia Ingolstadii prodire, hoc ordine: *Rigor moderatus Doctrinæ Pontificiæ circa Usuras, Dissertatio I.* an. 1747. *Dissertatio II.* an. 1749. *Dissertatio III.* an. 1751. *Institutiones Iuris Canonici, ac illius quidem Præcognita,* an. 1749.; *Hierarchia Ecclesiastica,* an. 1750.; *De Iure Rerum Ecclesiasticarum,* an. 1758.; *De Iudiciis Ecclesiasticis, Ciuilibus,* an. 1765.; *Criminalibus,* an. 1766. *Decas Dubiorum ad Lib. III. Decretal. Tit. XXV. de Peculio Clericorum,* an. 1752. *Dissertatio Iuridico-Canonica de Sponsalibus Academicorum absque consensu parentum contractis, cum Appendice de in integrum Restitutione Minorum contra Sponsalia,* an. 1757. *Dissertatio Historico-Iuridica de Iure Asyli Ecclesiastici,* an. 1761. Scripsit etiam nonnulla ac typis etiam euulgauit in *Causa Decimarum Langenmosenfium* pro Collegio Neoburgensi S. I.

In cathedra canonica *Zechio* successit *Christophorus Vbelackerus*, nuper apud nos Casuum, ac iam antea Constantiæ & Monachii Iurisprudentiæ canonicæ per annos complures Professor; qui etiam eodem adhuc anno scholastico *Conspectum Iuris Ecclesiastici* typis edidit.

Eo.

A.

Eodem Octobri mense Romam ad Assistentis Germaniæ 1768.  
munus abiit *Ignatius Rbombergius* huius Collegii S. I. Rector,  
inde maxime grata Instolitadiensium memoria dignus, quod  
Speculam inprimis vranicam aliquot florenorum millibus re-  
staurari; Sectorem vero & Quadrantem astronomicum 1600. flo-  
renorum impendio a *Brandero* Augustano confici liberaliter cu-  
rauerit. Memorati Quadrantis Branderiani descriptionem pau-  
lo post hæc tempora Mathematicus noster *Cesarus Ammannus* con-  
fecit, ac typo vna cum figuris æri incisis publicauit.

Lis iterum hoc anno inter Academiam & Magistratum  
ciuicum intercessit circa præstationes quasdam (*Seruiæ Gelder*)  
a subditis academicis faciendas. Equidem hi decreto Mona-  
censi iussi erant eas pecunias exsoluere; sed simul petebat Se-  
natus academicus, vt, cum earum præstationum dandæ essent  
rationes, deputati quoque ex Academia interessent.

*Benedictus Schmidius* edidit hoc anno sua *Principia Iuris  
Publici Germanici*, typis academicis.

A.

1769.

ANNO DOMINI M DCC LXIX.

Rect. DXIX. Ios. ANTON. OBERMAYR, Anatom. & Chyrurg.  
Prof. p. o. &c.

Inscripti 147.

Illustres, *Ios. Martin. L. B. de Pfötten* ab Ober- & Niderarn-  
bach, Niderarnbacens. Bau.

*Ios. Max. L. B. de Frank* a Döfering & Hohenkem-  
nat, Ambergens. Palat.

*Franc. Marquard. Raifner L. B. de Liechtenstern*, a Wop-  
penhof, Treswizens. Palat.

Nou. Prof. *Franc. Xau. Waldner*, Biberacens. Sued. S. I. Prof.  
Theol. dogm.

Nou. Doct. *Claudius Martin*, Divionens. Burgund. Sereniss. S. R. I.  
Principis a Turre & Tassis a Cubiculis Chyrurg-  
us, Medic.

Q q 3

Max.

A.  
1769.

Max. Carol. Keller, Donawertan. Sueno-Bau.  
 Franc. Haager, Clarenf. Heluet.  
 Wolfgang. Denlacher, Schmidmühlent. Neopalat.  
 Ioan. Bapt. Schreffel, Kreuzingan. Bau.  
 Ioan. Bapt. Gruber, Ochsenhufan. Suen.  
 Christoph. Flacco, Vberlingan. Suen.  
 Franc. Iof. Sprengler, Burgauient. Austr. Suen. *Medic.*  
 Ludou. Thom. Sökt, Brunouient. Bau.  
 Iof. Weck, Feilenbacenf. Bau.  
 Ioan. Andr. Winkler, Plainfeldent. Franc.  
 Georg. Iof. Böck, Bettbrunnent. Bau.  
 Franc. Xau. Geiger, Weiffenhorn. Suen.  
 Iof. Hofer, Rottwilan. Suen.

Mense Maio h. a. communicatum est Vniuersitati De-  
 cretum Electorale, quo Iuris Naturæ & Institutionum Imperia-  
 lium Professor Petrus de Ickstatt inter liberos Barones adlegi-  
 tur; quam prærogatiuam paulo post alia consequitur ex Sere-  
 nissimi concessione, vt scilicet idem in Senatu academico vo-  
 tum & sessionem habeat post Decanum, ante reliquos, etiam  
 seniores Iurium Professores.

Scriptit Petrus Baro Ickstadius hoc anno *Dissertationem Iuris  
 Publ. particularis de Iure Cesareo Vasallos durante interregno a Vica-  
 riis Imperii inuestitos de nouo inuestiendi & Iuramenta Fidelitatis ab  
 eis iterato recipiendi, contra oppositiones Selchouianas vindicato*, quam  
 pro Licentia in utroque Iure obtinenda, vna cum Corollariis  
 publicæ disputationi subiecit Ioan. Iof. de Weinbach Mellerich-  
 stadianus Franco, Coniugis Adamo Ickstadianæ ex fratre ne-  
 pos, postea Iurium apud nos Professor, hodie in Iudicio Wez-  
 larienli Assessor.

Pro complemento quasi honorum, Nouembri mense  
 eiusdem anni, Petrus Ickstadius Patrum academicorum consensu  
 Rector Vniuersitatis electus est.

Quid a Serenissimo ad reformationem Vniuersitatis hoc  
 anno statutum fuerit, vid. Annal. Acad. P. IV. Num. XCVI.  
 pag. 467.

Paro.

Parochia Landauiensis iure nominationis, quod Vniuersitati competit, collata est *Baltasari Kirschenbofer*, quem anno superiore SS. Theologiae Doctorem creatum fuisse notauimus.

A.

1769.

ANNO DOMINI M DCC LXX.

A.

1770.

Rect. DXX. PETRVS L. B. AB ICKSTATT, Iur. Nat. ac Inst. Imperial. Prof. p. o. &c.

Inscripti 128.

**Illustres.** *Franc. Maria Ios. L. B. de Wolfswisen* a Salach & Lindum, Schwarzachens. Bau.

*Ioan. Nep. Max. L. B. de Ströbl*, Dominus in Grafenrieth, Straubingan. Bau. SS. Theol. Doct. Rom. Can. Cathedr. Eccl. Frising. & Colleg. Straubing.

*Ignat. Rudolph. L. B. de Erolzbeim*, Berchingan. Franc.

*Adam. Ios. L. B. de Froschbeim* a Fuxmüll, Fuxmüllens. Palat.

*Wolfg. Ant. L. B. de Wildenan* a Kröbliz, Kröblizens. Palat.

**Nou. Prof.** *Benedict. Stattler*, Kötzingan. Bau. S. I. Prof. Theol. dogm.

*Franc. Xau. Sauttermeister*, Mündelhemiens. Suen. S. I. Prof. Theol. moral.

*Ioan. Helfensrieder*, Landsbergens. Bau. S. I. Prof. Mathes.

*Mattbias Gabler*, Wendingan. Bau. S. I. Prof. Log.

*Ios. de Weinbach*, Mellerichstadian. Franc. Prof. Iur. extraord.

**Nou. Doct.** *Franc. Xau. Riedl*, Monacens. Bau. Iur. utr.

*Ioan. Nep. Dismas Fils*, Weilhemiens. Bau.

*Ios. Dominic. de Groyl*, Augustan. Suen.

*Franc. Ant. Seiz*, Kipfenbergens. Franc.

*Henric. Spindler*, Hohenfeldens. Bau.

Medic.

Cum

**A.**  
**1770.**

Cum mense Martio h. a. aditente maxime *Petro Barone Ickstadio*, qui laudabili omnino cum rigore suum Rectoris munus gerebat, dno Studiosi ob publicam negligentiam notam ab Academia dimissi essent, quaestio paulo post mota est in pleno Senatu, verum dimissus ex vna facultate, ad aliam recipi possit? Et vero decisum est octo votis contra septena, recipi illum posse; eoquod spes esset, mutato studiorum genere, etiam animi studium mutari posse atque intendi.

Die 20. Iulii celeberrimus Vindobonensis Astronomus *H. Ilius*, cum a Danica literaria expeditione rediret, vna cum itineris socio *Sainoviczio* ad nos diuertit, iustrisque omnibus visu dignis, in alterum vsque diem perhumaniter nobiscum conuersatus est.

Vigere hoc anno exercitationes publicae literariae fere plus, quam alias antehac. *Philippus Iacobus Hüb*, Würceburgensis Seminarii Presbyter ac huius Vniuersitatis Bibliothecarius, iam antea SS. Theologiae Licentiatum, vt eum gradum ex Iure etiam utroque consequeretur, publicam disputationem instituit, ac *Dissertationem Historico-Politico-Canonicam de eo, quod circa Férias sacras instituendas, abolendasue instum est*, eruditorum crisi submitit, auctor ipse & defendens. *Georgius Moximus Söbilitenbergerus* Neoforensis Boius, *Iosephi* quondam nostri filius, pro capessenda itidem ex utroque Iure Doctoratus Licentia publice disputavit, proposita *Dissertatione Iuris S. R. I. Publici, sistente Obseruationes historicas ad Comitatus & Regimentum*, ab ipso met composita. In eandem arenam iuridicam descenderunt *Iosephus de Sartori* S. R. I. Eques, *Wallersteinensis Rhætus* & *Paulus Schedl Prielentis Bavarus*, vterque moderante *Benedicto Schmidio*, cuius etiam geminae commentationes ea occasione in publicum prodire; prima, *Dissertatio Iuris Publici Germanici Historica, Historiam Legum Imperii fundamentalium praecipuarum ordine chronologico sistens*; altera, *Dissertatio Historico-Iuris Publici Germanici Practica, de Iure eligendi Regem Romanorum Electoribus circa Quaestiones, An, Quando, Quis? cum exclusione caeterorum Imperii Statuum priuatiue competens.*

Ex

A.

1770.

Ex Medicis nostris, supremæ Laureæ candidatis *Dissertationem inauguralem de Hemorrhoidibus* proprio Marte conscripsit *Ioan. Nep. Difmas Filius Weilhemienfis Bauarus*, Illustri *Woltero Protomedico* dedicatam. Ex ipsis vero Medicinæ Professoribus *Ios. Ant. Carlius* edidit eodem anno suum *Hortum Botanico-Medicum*.

Ex philosophicis quinque disputationibus duæ maxime memorandæ veniunt; prima, quam *Iosephus Eckberus Neoforensis Palatinus*, Procancellarii nostri ex fratre nepos, sub Auspiciis Sereniss. Electoris nostri instituit. Edidit illo in actu *Kerschbaumerus Physices Professor Principia Hydraulica, secundum Theoriam Georgii Krazii p. m. proposita*. Altera erat *Exercitatio Mathematica, de Lumine & Visione, ac de Determinatione Systematis Planetarii*, auctore *Cesario Ammano*, respondente *Bernardo Merksio*, S. I. Religioso.

Mense Octobri ex voluntate Sereniss. Electoris nostri facta est diuisio Prouinciæ Bavaricæ S. I. a reliqua Germaniæ superioris Prouincia; ex qua quidem dispositione etiam in Vniuersitate nostra mutatio quædam consequi debuit; cum enim *Waldnerus & Schreiberus* a Facultate theologica abirent, in horum locum successere *Benedictus Stattlerus*, notum posthac apud Ingolstadienses nomen, & *Franc. Xau. Sauttermeisterus*; de quibus illi plura referent, qui historiam Seculi IV. huius Academiæ scripturi sunt. Ex Philosophiæ Professoribus *Adamus Kernius & Ioannes Kerschbaumerus*, licet exteri, in Academia resistere, dum cursum nempe absoluerent; ad eundem vero inchoandum *Landshuto* accessit *Matthias Gablerus*, qui per continuos deinceps vndecim annos huiusmodi Philosophiam suis prælectionibus & compluribus scriptis excoluit; ac demum ipso tempore, quo hæc scribo (mensis Iunio an. 1782.) *Wemdingam Rhoetorum*, in patriam suam abiit, nominatus scilicet ab Vniuersitate nostra eius loci Parochus. *Cesario Ammano*, qui integro quinquennio omnem operam, quod ex editis eiusdem commentationibus patet, immo & valetudinem suam, quæ postremo hoc tem-

R r

pore

A.

1770. pore penitus attrita videbatur, Mathesi atque Observatorio Ingolstadiensi impenderat, dignus successor datus est *Ioannes Helmsriederus*, antehac in Academia Dilingana per annos quinque Matheseos Professor, variis & ipse lucubrationibus cum ante, tum post hæc tempora clarus.

Initio Decembris aduenit clementissimum decretum, quo *Iosephus de Weinbach* Professor Iurium extraordinarius declaratur, ita ut consiliis & aliis actibus Facultatis Iuridicæ interesse & Collegia priuata instituire possit, absque stipendio tamen, aut aliis emolumentis.

Die 10. eiusdem mensis Decembris Professores omnes comitati sunt funus Excellentiss. Domini Urbis Gubernatoris *Iosephi S. R. I. Comitæ de Preysing &c.* qui nuper Monachii extinctus, inde ad sepulchrum, quod sibi in huiate Patrum Augustinianorum templo viuus parauerat, translatus est.

A.

1771.

## ANNO DOMINI M DCC LXXI.

Rect. DXXI. FRANC. SIARDI, Cod. Bau. ciuil. & Iuris crim. com. Prof. p. o. &c.

Inscripti 105.

Illustres, *Iac. Christoph. de Langenmantel* a Westheim & Ottmarshausen, Augustan. Suen.

*Philipp. Carol. L. B. de Gise*, Dominus in Oberhaimbach, Luzmanstein & Allersburg, Luzmansteinens. Neopalat.

*Ioseph. Anton. L. B. de Wildenan* a Schwarzenfeld, Burglengenfeldens. Neopalat. Leg. Herold. Signifer.

Non. Prof. *Iosephus de Weinbach*, Iur. Nat. & Instit. Imp. Prof. ord.

Heurtc.

*Henric. Palmat. Leueling, Treuir, Anatom. Chyrurg.*

& Physiolog. Prof. p. o.

*Bernardus Peischer, Fürstenfeldpruckens. Bau. S. I.*  
Prof. Log.

**Nou. Doct.** *Henric. Golling, Frisingens. Bau. Theol.*

*Ioseph. de Weinbach, &c. vt supra.*

*Anton. Kollmann, Fridbergens. Bau. Parochus in Hochdorf, S. E. B. Consil. Eccles. actual. & ad D. V. Monachii Canonicus designatus.*

*Sebastian. Türk, Pfaffenmonasteriens. Bau. Parochus in Hohenwart.*

*Philipp. Jac. Hutb, Würceburgens. Franco, &c. vt supra.*

*Augustin. Haggenmüller, Viennens. Austr.*

*Ant. Adam. Cornel. Winter, Schalkenwerdan. Bohem. S. E. Palat. Chyrurg. primar. Consiliarius, Chyrurgie & Nosocomiorum militarium Præfectus, Consilique medici in Chyrurgicis membrum.*

*Franc. Philipp. de Oberkamp, Heidelbergens. Palat. Heidelbergæ Medicinæ Professor.*

*Ferdinand. Ioseph. Baader, Ingolstadiens. Bau. Physicus Erdinganus.*

*jur. utr.*

*Medic.*

Die 7. Ianuarii circa mediam decimam noctis præmature, vt frater *Leonardus*, anno professionis academicæ vdecimo, ætatis trigesimo septimo, ex febris hectica obiit *Ioseph. Anton. Obermayr* Anatomes & Chyrurgie Professor, vir diligentissimus, ac in perficiendis maxime Præparatis, vt vocant, anatomicis præcipuè dexteritatis & accurationis. Conscripserat etiam ad illustrandam rem anatomicam obseruationes quasdam singulares, quas mors superueniens vsui publico eripuit. Paulo ante obitum testamento cauit vir modestissimus, ne intra ipsius templi ambitum, vt frater germanus, sepeliretur, sed in



**A.**  
**1771.** communi cœmeterio. Demortuo oratione panegyrica parentavit *Cosmas Damianus Klofnerus*.

In Theatrum nostrum anatomicum, obitu *Obermaieri* vacuum, ex Treuirensi Vniuersitate euocatus est *Henricus Palmatius Leuelingius* Treuir, natus anno 1742. patre Medicinæ Professore & aulico ibidem Consiliario. Didicit Mussiponti Philosophiam, summis etiam ex eadem honoribus insignitus; Medicinam vero Treuiris primum, vbi Dissertationem geminam, *de Homine sano, Physiologicæ, & de Homine aegroto, Pathologicæ considerando, per Semioticam cognoscendo, per Hygenem conseruando, & per Therapeuticam curando*, in publicam lucem euulgauit; tum Argentinz, vbi in Notocomio Regio Demonstrator anatomicus constitutus, ac paulo post edita *Dissertatione inaugurali de Pylo-ro &c. Medicinæ Doctör* salutatus est. Redux inde Treuiros, medicæ Facultatis Assessor primum, mox publicus Professor designatus, scripsit *Dissertationem de indagando ex partium natura motu vitali*. Hoc demum anno in nostra Vniuersitate Anatomiz, Chyrurgiæ & Physiologiæ Professor ordinarius clementissimo Serenissimi nostri decreto nominatus, die 8. Aprilis solenne lectionum suarum initium fecit. Quid porro scriptorum in singulos fere annos elucubravit, quibus Societatibus literariis adscriptus, quibusue honorum prærogatiuis ornatus fuerit, sequentium annorum historia docebit.

Alterum funus, Academiæ & Familiæ inprimis Ickstadianæ quam maxime luctuosum, die 16. Maii sub mediam septimam vespertinam Facultas Iuridica extulit, Perillustrem scilicet *D. Petrum L. B. ab Ickstatt* Iur. Nat. & Inst. Imper. Professore, qui pridie hora quarta pomeridiana ex phtisi occubuerat. Sepultus ad *D. Mauritii*, post solennes exequias die 17. eiusdem mensis celebratas, laudatorem funebrem habuit *Christophorium Vbelackerum*, SS. Canonum Professore; Epitaphium vero ad conseruandam defuncti memoriam marmori inscriptum, his verbis absoluitur;

*Pis*

A.

*Piis Manibus Perillastris & perquam Generosi D. Petri Iosephi* 1771:  
*L. B. de Ickstatt, V. l. Doct. Sereniss. ac Potentiss. S. R. I. Ele&. Du-*  
*cis B&u. Consiliarii Aul. a&ual. & Iurium in hac Anglipolit. Antecesso-*  
*ris Celeberrimi, prematuris fati die XV. Maii An. MDCCLXXI. et.*  
*XXVIII. e viuis ad superos, & quod speramus, ad vitam feliciter*  
*transpositi F. F. M&esta Contux M. F. B. ab Ickstatt, Nata de Wein-*  
*bach. R. I. P.*

Fuit vero Petrus Baro Ickstadius dignissimus Adami nostri nepos, & studiorum illius sedulus æmulator; philosophicis enim scientiis omnibus præclare instructus, in docendo, ac commentando methodum, ordinem & soliditatem; in reliquis vero vitæ actionibus prudentiam, æquitatem ac maturitatem studiose sectabatur. Ex Maria Francisca de Weinbach, Iosephi nostri Weinbachii sorore (hodie Gallo de Heppenstein Consiliario aulico Monacensi nupta) geminas reliquit filias, tenerrimæ tunc ætatis. Ingenii vero partus, quos intra paucos vitæ academicæ annos hic edidit, quamvis supra notatos, pro lectorum commoditate inuat repetere: *De Irrationabilitate Consuetudinis, Legum ac Statutorum, quibus functiones in ciuitate necessaria leuis nota macula asperguntur*, Ingolst. 1764. *De Cesareo primariorum Precum Iure*, Monach. 1765. *De Imperio Eminentis &c.* Ingolst. 1766. *De Iure Cesareo Vasallos durante Interregno a Vicariis Imperii inuestitos de nouo inuestiendi & Iuramenta Fidelitatis ab iis iterato recipiendi*, contra Selchouium. Ingolst. 1769. Institutiones etiam Iuris pro quotidianis prælectionibus scribere, immo & typis committere cœperat; quas tamen ob afflictam valetudinem absoluere non potuit.

Iosephus Weinbachius, qui initio Maii Professoribus ordinariis decreto Electorali adscriptus fuerat, post obitum Petri Ickstadii annum etiam stipendium quadringentorum florenorum obtinuit.

Graduum academicorum dignitas hoc maxime anno ex nonorum Doctorum catalogo resplendet; fuere enim plerique vel iam tum gestis muneribus graues, Canonici, Parochi,

R r 3

Con.

A.  
1771.

Confilariii, Professores &c. vel certe posthac ad id fastigii suis meritis eluctati sunt, magnam partem in literaria etiam Patriæ historia non ignoti.

Die 9. Aprilis aduenit nouus Urbis Gubernator Excellentiff. D. *Max. Emanuel L. B. de Sandisell* &c. quem Vniuersitas more solito per deputatos salutauit.

In diem 24. Iunii cum consensu Sereniff. Electoris indicta est absolutio studiorum huius anni, ob ingentem annonæ caritatem, quæ vniuersam patriam ita afflixit, vt frumenti pretium fere decuplo augetur.

Die 3. Iulii Vniuersitati specialibus literis nunciata est electio noui S. R. I. Abbatis Cæsarensis *Celestini*; quod Patribus academicis tanto quidem gratus accidere visum est, quanto Idem sese indulgentiorem Academix antehac præbuit, cum annos complures huius Collegii S. Bernardi Director esset.

Die 26. Septembris nominatus est Parochus Schongauensis *Felix Siglerus* ex Instituto Clericorum secularium in commune viventium.

A.  
1772.

## ANNO DOMINI M DCC LXXII.

Vsq̄ue ad Festum seculare Vniuersitatis.

Rect. DXXII. CAROL. DE LEITNER in *Wildenburg* &c. S. Script. Prof. & ad D. Maurit. Parochus.

Inscripti 120.

Illustres, *Carol. Wilhelm. Theodor. L. B. de Pardong*, Dominus in *Naderholz & Schönbach*, Neoburgens. Palat. *Casimir. Carol. L. B. de Redwitz*, Dominus de *Küps* &c. *Bambergens. Franc.*

Non.

Nou. Prof. *Ioan. Adam. Weisbaupt*, Ingolstad. Bau. Prof. Iur. ex-  
traord. 1772.

*Ladou. Georg. Rousseau*, Königshofens. Franc. Prof.  
extraord. Chem. & Hist. natural. designatus.

Nou. Doct. *Vdalricus Mayr*, Ord. Cisterc. Cesarez Pro-  
fessus, Philos. Prof. & Bibliothecarius.

*Benno Carol. Zwerger*, Monacens. Bau. Re-  
gens Instit. Cler. secul. in comm. viu.

*Ios. Bened. Geislmayr*, Ingolstad. Bau. Subre-  
gens Colleg. Ducal. Georg.

*Matthaus Gerhartinger*, Vilshofens. Bau.

*Ludou. Ios. Wölkl*, Monacens. Bau.

*Ioan. Paul. Sutor*, Augustan. Suen.

*Vdalricus Mayr*, Ord. Cisterc. &c. vt supra.

*Philipp. Iac. Schmieg*, Würceburg. Franc.

*Ioseph. Hertel*, Ingolstadiens. Bau.

*Ios. Carol. de Köferle*, Zurzachiens. Heluët.

*Norbert. Zöpfl*, Haslangkreutens. Bau.

*Ioan. Iac. Sigle*, Iuliomagens. Suen.

*Max. Carol. Schaffenroth*, Landishut. Bau.

*Philipp. Iac. Schmid*, Augustan. Suen.

*Andreas Zollner*, Frisingens.

*Franc. Xau. Tieffenauer*, Augustan. Suen.

*Simon Mez*, Ambergens. Palat.

*Wilibald. Kögler*, Herriedens. Franc.

*Franc. Xau. Sauer*, Monacens. Bau.

*Ioan. Nep. Recher*, Monacens. Bau.

*Ioseph. Pözenhamer*, Frisingens.

*Sebastian. Paur*, Weidens. Neopalat.

*Nicol. Schmid*, Wemdingan. Rhæto - Bau.

*Ioseph. Ant. Weixer*, Neoburgens. Palat.

inter Doctores Medicinæ in hac Vniuersitate in-  
de ab eiusdem exordio, creatos numero quin-  
gentesimus nonagesimus quintus.

Nihil dum remittente ad huius anni initium frumenti  
penuria, petiit Vniuersitas a Reuerendiss. Ordinario, Episcopo  
Eich,

A.

1772.

Eichstettensi, vt carnibus vesci liceret omnibus diebus alias prohibitis; quod ille eatenus quidem concessit, vt tamen singulis feriis sextis carniū abstinentia seruaretur.

Mense Aprili perlatum est ad Academiam clementissimum decretum, quo *Adamus Weisbauptius* Iurium Doctor, de quo supra anno 1764. Professor Iuris extraordinarius designatus est. Egerat inde ab annis aliquot scientiarum iuridicarum Repetitorem publicum; scripseratque anno proxime elapso *Iuris Civilis priuati Tomum primum*, additis *Determinationibus Iuris Boici*; quod quidem opus, cum ab Electoralibus censoribus iudicium ferret Auctori admodum honorificum, viam quoque ad Iurium cathedram eidem aperuit. Quid deinceps commentatus sit, quibusue gradibus ad Philosophiæ practicæ & Iuris naturalis ac canonici publicam & ordinariam professionem ascenderit, posteri narrabunt.

Eodem tempore Serenissimus noster, vt antiquis & repetitis quatuor Facultatum querelis occurreret, cauit speciali mandato, vt lectiones ac scholæ priuati omnes tollantur, neue vlli seu Theologiæ, seu Iurium aut Medicinæ & Philosophiæ candidato ad quodeunque muneris genus aditus pateat, nisi per biennium saltem Academiam patriam frequentarit &c. *Vid. Annal. P. IV. Num. XCVII. pag. 470.*

Sed medicæ inprimis Facultati saluberrime hoc anno prouisum est. Chemiæ ac Historiæ naturalis studium, tam necessarium Medicis ac Philosophiæ, quam Iurium & Theologiæ candidatis, futuris scilicet œconomis, vtile, publicam accepit cathedram: *Ludouicus Rouffean*, hætenus Demonstrator Chemicus, Electorali decreto, de die 30. Iunii, extraordinarius Chemiæ ac Historiæ naturalis Professor declaratus est; quod quidem munus mense primo Nouembri h. a. adire potuit; cum Philosophiæ ac Medicinæ creatus Doctor, in Seculi IV. huius Academiæ historia suo nomini auspiciatam epocham statuit. Eiusdem Facultatis medicæ commodo 200. floreni annuatim

A.  
1772.

nuatim soluendi, Profectori anatomico clementissime decreti sunt.

Mense demum Iulio ineunte ad solennitatem Seculi III. academici propius accessimus. Præmissis pluribus conciliis ea in causa celebratis, conclusum imprimis fuit, exteras Vniuersitates, ob continuas rei frumentariæ angustias, atque inde ortas itinerum difficultates, ad festa secularia inuitandas esse non videri; id quod ab Aula etiam Monacensi insinuatum est. Deinde rogandum esse Serenissimum, supplicibus literis, vt ex Procerum numero quemdam denominare clementissime velit, qui suo nomine subilæi academici sacris præsideat. Et vero commisit Ille hoc negotii Excellentissimo imprimis D. Maximiliano Emanueli L. B. de Sandizell &c. huius Urbis Governatori; dein Excellentissimo D. Adamo Baroni Ickstadio Vniuersitatis Directori. Incliti Bavaricæ Status, & ipsi scilicet ab Academia inuitati, Antonium Baronem Sandizellium &c. miserunt, qui & solennitatem sua præsentia cohonestaret, & donum simul liberalissimum mille florenorum deferret, præstandis scilicet necessariis sumptibus seruiturum. Reuerendiss. quoque ac Cels. S. R. I. Princeps & Episcopus Eichstettensis, Vniuersitatis Cancellarius suo loco Commissarium nominauit Eckberum nostrum Procancellarium & ad D. Virg. Parochum. Hos omnes die 10. Iulii Rector cum quatuor Decanis salutatos, ad actus cum sacros, tum literarios, a die 12. Iulii & deinceps per octiduum institutendos inuitauit. Idem honor postridie habitus est Reuerendissimo S. R. I. Abbati Cælarensi Cælestino, qui pro antiquo suo in nostram Vniuersitatem studio cum tribus Monasterii sui Religiosis die 17. Iul. huc aduenit, postridie Sacris nostris secularibus cantato diuino Officio solenne initium facturus. Magistratus quoque huius ciuicus, ad communia festa inuitatus, non tantum binos ex primoribus suis destinauit, qui omnibus solennitatibus interessent, sed militarem etiam ciuicum cohortem, vna cum toto rei tormentariæ apparatu, ad augendam eius diæi magnificentiam deduci in publicum iussit.

S s

Die

A.  
1772.

Die igitur 12. Iulii, quæ erat Dominica, circa octavam matutinam conuenere in ædibus Vniuersitatis Professores omnes, Studiosi omnium Facultatum, etiam Gymnasii academici, Magistri Exercitiorum, & ciues atque subditi academici; indeque inter continuos præcinentium tubarum ac tympanorum plausus ad Templum Speciosæ Virginis longo ac pulchro ordine processere. Presentibus paulo post DD. Commissariis Rector Vniuersitatis *Carolus Leitnerus* S. Scripturæ Professor & Parochus Mauritianus *Concionem* habuit *introductionem de Academiis & Iubilæis Hebræorum*, publicis typis impressam; cui rei sacræ initium datum est; ac Reuerendiss. Abbas Cæsarensis ritu sollemnissimo, Infula scilicet (cum consensu Reuerendiss. ac Cels. Ordinarii) ac Pædo utens, diuinum Officium ac Hymnum Ambrosianum decantauit, inter repetitas a ciuibus tormentorum ac bombardarum explosiones. Sacrum hocce spectaculum excepit conuiuium ab Excellentiss. Urbis Gubernatore datum; quod quidem exemplum deinceps secuti sunt Commissarius Statuum Prouincialium, Abbas Cæsarensis & Rector Magnificus.

Reliqua septimana literariis solennitatibus integra impensa est; ac geminos quidem dies vna sibi Facultas theologica vendicauit: die lunæ *Dissertationem Historico-Theologicam de Nexu Historiæ Literariæ cum Studio Theologico*, vna cum selectis ex vniuersa Theologia corollariis, publice defendit *Adalricus Mayr Monachus Cisterciensis e Monasterio Imperiali & immediate libero B. V. M. de Cæsarea, AA. LL. & Phil. Doctor, ac ibid. Phil. Professor & Bibliothecarius*, argumentum honoris proponente ipso Reuerendiss. Perillustri ac Amplissimo Domino S. R. I. Przlato Cæsarensi, cui auctor simul & respondens suam lucubrationem dedicarat. Finito disputationis actu idem religiosus pugil suprema Doctoratus theologici Laurea ritu solenni coronatus est. Altero post die *Ludouicus Iosephus Wölkl* Monacensis, sub auspiciis Reuerendiss. & Cels. S. R. I. Principis & Episcopi Frisingensis, itidem ex Theologia publice disputauit, ac mox Theologiæ Doctor cum aliis tribus renunciatus est.

Dies

A.

Dies 15. Iulii Facultati Consultissima destinata erat; 1772. processitque iterum in arenam literariam, ut nuper sine prælide, *Vdalricus Mayr* &c. proposita *Dissertatione Historico - Politica de Nexu Statisticæ cum Iurisprudentia Ecclesiastica*, quam huiati Academiae sacram voluit. Fuit inter oppositos *Besselius* Imperialis Abbatis Cæsareensis Cancellarius, magni illius *Godefridi Besselii* Abbatis Gottwicensis cognatus. Perducta ad finem disputatione idem *Vdalricus Mayr* vna cum tribus aliis supra descriptis supremo gradu Doctoris ex utroque Iure insignitus est. Erat inter novos Doctores *Ioannes Paulus Sator*, nostri Pandectarum Professoris filius, qui non tantum ipse paulo ante festa secularia publice ex Iure disputavit, sed & *Dissertationem de variis statum Hominis Proprii amittendi modis*, suomet Marte elaboratam, in lucem emisit. Noster quoque Institutionum Professor *Iosephus de Weinbach* *Exercitationem Iuris Publici de singulari Incolatus Iure in Bauaria* eodem anno typis euulgavit.

Facultas quoque medica festiuitatem secularem & diem præcipue 16. Iulii memorabilem reddidit, cum & ipsa disputationem institueret publicam, respondente *Franc. Xau. Pachmaiero* huiate, qui de *Aquis mineralibus inferioris Bauariæ in Hechenstatt prope Cisterciense Asceterium ad Cellam Principum Dissertationem*, *Stebleri* opus, publicæ concertationi exposuit, ac simul pro summis in Medicina honoribus consequendis approbatus est, quamuis gradum ipsum hoc quidem anno non susceperit. Alii tamen quindenii, plures, scilicet quam vnquam alias inde a condita Vniuersitate, hoc anno Doctores Medicinæ solenni ritu creati sunt. Ex ipso autem Professorum numero Iubilæum academicum editis commentationibus illustrarunt *Franc. Ant. Steblerus*, qui præter mox dictam *Dissertationem de Aquis mineralibus Hechenstadiensibus*, typis vulgavit *Historiam trium Seculorum Medicæ Ingolstadiensis Facultatis*; dein *Ios. Ant. Carlus*, qui de *calcinatorum corporum grauitate*; & *Henric. Palmat. Leuelingius*, qui de *Crusta inflammatoria suis cum variantibus Phænomenis*, Scripsere.

Postremam festi secularis biduum sola sibi Facultas philosophica celebrandum sumit, quæ die 17. Iulii, post publi-




A

1772. cam ex vniuersa Philosophia *Aloysi Niderhubert* Ingolstadiensis  
 disputationem, A.A. LL. & Philosophiæ Magistros creauit sex  
 decim. Exercitationem mathematicam de *Theoria & Praxi Astro-*  
*nomie* iam antea præmiserat *Ioan. Nep. Fischerus Miesbacensis Ba-*  
*varus S. I. Religiosus.* Sequenti demum Sabbato, die 18. Iulii,  
 eotam iubilæi solennitatem ac simul annum scholasticum clau-  
 dit publica Concertatio historica, quam gemini itidem S. I. Re-  
 ligiosi, *Iosephus Palsius, & Christophorus Materus* sustinere, propo-  
 sita *Dissertatione de Garibaldo Duce Baiaria ex Agilolfingis Primo,*  
 auctore *Ioanne Nepomuceno Mederer* Historiarum in hac  
 Vniuersitate Professore,



IN-



**I N D E X**  
**R E R V M E T P E R S O N A R V M**  
**I N T R I B V S A N N A L I V M A C A D E M I C O R V M**  
**T O M I S O C C V R R E N T I V M .**

Numerus romanus indicat tomum; arabicus paginam cuiuslibet tomi. Cum in tomo III. numeri 171. ad 176. per errorem typi bis positi fuerint, hi ipsi adiecta literula b. a precedentibus distinguuntur.

**A.**

de **Abensberg** Io. Eustach. I. 293.  
 de **Abensberg** Com. Nicol. I. 29. Carol. Franc. III. 181.  
**Abentheurer** Christoph. II. 284.  
**Abraham** a S. Clara III. 199.  
 de **Absberg** Carol. I. 23. Christoph. 60. Io. Ioachim. 104. Alexaud. & Georg. 108.  
**Absens** creatur Licentiatuſ Medic. III. 3.  
**Absenti** gradus theolog. collatus. III. 157.  
**Academia** quid sit &c. I. XIII. de Academicis protestanticis. xv. Acad. Ingolſtad. fundatio. XIX. publicatio. xx. 1. 2. ſitus. XXI. Rainam transfertur. 167. & Kelheimium. 196. eandem Eichſtadium transferendi conſilium III. 213.  
**Academix** Scient. Monac. funda-

tio. 274. **Academix** Nobilium Ingolſtadii erigendæ conſilium. 244.  
**Academici** ad arma idonei conſcripti. II. 270.  
**Academicum** templum celebrat tertium ſeculum. III. 171.  
 ab **Ach** Leopold. II. 253. Carol. Rudolf. 309.  
 ab **Achlen** Ugram. I. 239.  
 zum **Acher** Marcus. II. 231.  
 d' **Acoſta** Comes. III. 213.  
**Adelheidis** Eleſtrix obit. III. 21.  
**Adelmann** Caſp. I. 23. Conrad. 31. Henr. 264. Io. Chriſtoph. II. 347. Caſp. III. 35. Ioſ. 54. Balth. 63. Caſp. 72. L. B. Ignat. Fr. 110.  
 de **Adelzhanſen** Wilh. I. 60. Ioan. 159. Philipp. 213. Georg. II. 35. Philipp. 58. Leopold. 231.

# I N D E X.

- ab *Adelzhofen* Leonard. I. 27. Ioan. 206. Christoph. 236. Godfrid. 270.  
*Adelzreiter* Ioan. II. 234.  
*Adler* Ionas. I. 207.  
*Adinger* Vincent. II. 378.  
*Adorf* Ioan. I. 5. 6. 7. 8. 10. 23. 26. 36. 39. 42. 51. 52. 59. 68. 69.  
*Adorfianum* stipendium. I. 70.  
*Adrianfen* Cornel. II. 128.  
*Aemilius* Paul. I. 263 & 205; obit. II. 25.  
*Aeolides*, vid. Windsberger.  
 ab *Afry* Io. Ludou. II. 250.  
*Agenda* ecclesiastica Statuum Austriz. I. 329.  
*Agricola* Rudolf. I. 14. 15. Ioan. 71. 93. 94. 118. 125. 134. 140. 148. 268. obit, 322. & seq. Conrad. II. 125. Georg. 135. Conrad. 216. - Georg. Notar. acad. obit., III. 269.  
 ab *Aham* Georg. I. 59. Christoph. 168. Io. Adam. 176. Wolfg. Wigul. II. 185. Io. Ign. 276. Fr. Aloyf. 280. Nicol. 304. Comes Iof. Ant. III. 104. Max. Iof. 184.  
 ab *Aich* Ioan. I. 50.  
*Aichberger* Georg. III. 74.  
*Aicher* Ernest. Vdair., Io. Carol. Io. Isc. & Amstdus. II. 209.  
 ab *Aichorn* Io. Christoph. II. 356.  
*Aipenler* Adam. II. 369. 384.  
*Aigtkofer* Christoph. II. 310.  
*Ainkhorn* Io. Vdair. II. 184. Ib. Henr. 188.  
*Airnſchmalz* Magnus, I. 9. 31. 33. 39.  
*Airoidus* Iof. III. 12.  
*Alber* Marthaf. 88. 113. 114. 123. 160. I. eduard. 256. Ferdin. II. 20.  
*Alberſorfer* Ant. I. 72.  
 de *Albertis* Octavian. II. 118. Comes Bonauent. III. 42. Fr. Ant. 202. Fr. Felix, 246. 251.  
*Albertus* IV. Dux Bavi. I. 66. 73. 76.  
*Albert.* V. nactur. 1134. 158 & seq. 191. nuptus, 199. libert. 205; agit de Collegio S. I. 243. eius cura de religione, 251. 297. obit., II. 56. Princ. *Albertus*, 130. 132. 142. 145. 149.  
*Albertus* Wimpinensis Ioan. I. 267.  
*Albinus* Ioan. I. 225.  
 de *Alba* Eustach. I. 93.  
*Albracht* Rudolf. II. 362. 364. 371. obit., 388.  
*Aldenburg* Ioan. I. 248.  
 ab *Aldringen* L. B. Io. Paul. II. 322.  
*Ali* Io. Franc. III. 84.  
*Allezhaimer* Dan. I. 71. Matth. 381.  
 ab *Altmanshausen* Io. Willib. III. 34.  
 ab *Almenhofen* Georg. Berchtold. II. 134.  
*Almsky* L. B. Petr. Procep. II. 153.  
*Alm* Claud. II. 297. Matth. 255.  
*Altare* summum apud D. V. Spec. erectum. II. 4.  
 de *Alten* L. B. Fr. Rainold. III. 181.  
 ab *Altenau* Wolfg. II. 227.  
*Altenberger* Valent. I. 37.  
 de *Altenfränking* Com. Fr. Felix. III. 230.  
 ab *Altenhofen* Ferd. II. 358.  
*Altenpeck* Ioan. I. 2. 62.  
 ab *Altershaim* Aloyf. Bonauent. II. 38.  
*Althaimer* Mich. I. 23.  
 ab *Altkofen* Io. Petr. II. 354.  
*Altkofer* Wolfg. I. 301.  
 ab *Altmanshausen* L. B. Io. Ernest. III. 143.  
 de *Altmanshofen* Maurit. I. 264.  
 ab *Altorf* Ludou. II. 245.  
 de *Aluano* Raynutius. II. 203.  
*Amalia* Imperatrix obit. III. 267.  
 ab *Ambl* Gaudent. III. 203.  
*Ambshamer* Io. Christoph. II. 28.  
 de *Amelunz* Iodoc. I. 162.  
*Amerbach* Vitus, I. 183. & seq. 250. Georg. 294.  
*Amerlander* Io. Benno, III. 291.

# I N D E X.

- Amman* Cæsar. III. 291. 297. 303. 307.  
*Ammon* Georg. III. 54.  
*Amoni* Mick. II. 369.  
*Amort* Euseb. III. 142.  
*Amrhyn* Beat. II. 355. 359. 369. 386.  
     Fr. Xau. III. 57. 93. 101.  
*Anasberger* Matth. III. 224.  
*Anatomica* demonstrationes cæptæ, III.  
     302. ad solos Medicos, restringuntur,  
     319. III. 6.  
*Anatomico* Professori decernitur sala-  
     rium. III. 315.  
*Anatomicum* theatrum extruitur, III.  
     163.  
 de *Anhill* Federic. I. 106. Io. Albert.  
     108.  
*Andenstiner* Balch. II. 325. III. 78.  
*Anderlier* Ant. III. 203.  
*Anderfson* Archimbald. II. 173. & seq.  
 de *Anethan* Fr. Bern. III. 233. L. B.  
     Oswald. 260.  
*Anfang* Hieron. I. 100. Matth. & Hieron.  
     244.  
*Angelsbrugger* Cælestia. III. 232.  
